ACADEMIA WITTEBERGENSIS

AB

Anno Fundationis

cIↃ IↃ II.

Festo Divi Lucæ die XIIX. Mens. Octobr. usquè ad Annum

cIↃ IↃc LV.

Quo ipso, supra seculi sui secundi dimidium, annos tres complevit ;

CONTINENS

Privilegium Imperatoris, Bullam Papalem, Conservatoria, Nomina Rectorum, Illustrium, Nobilium, aliorumquè egregiorum una cum Numero Inscriptorum. Catalogo Professorum & Promotorum in omnibus Facultatibus & Epistolarum, aliarumq; rerum memorabilium annotatione.

ACCESSERUNT

INSCRIPTIONES WITTEBERGENSES,

usq; ad d. annum cIↃ IↃc LV.

EDITORE

GOTTFRIDO SUEVO, Leorino Silef.
Cod. Prof. Publ.

WITTEBERGÆ

IMPENSIS & LITERIS MICHAELIS WERDT.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0005-3
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

Sammlung Ponickau

Academia Wittebergensis Ab Anno Fundationis MDII. Festo Divi Lucae die XIIX. Mens. Octobr. usque ad Annum MDCLV.

Quo ipso, supra seculi sui secundi dimidium, annos tres complevit ; Continens Privilegium Imperatoris, Bullam Papalem, Conservatoria, Nomina Rectorum, Illustrium, Nobilium, aliorumque egregiorum una ...

Editore Gottfrido Suevo, Leorino Siles. Cod. Prof Publ.

Suevus, Gottfried

Wittebergae, 1655

VD17 23:252636K

urn:nbn:de:gbv:3:1-76399

Visual Library

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Pon Yc" 3438

LECTURIS OMNIBUS.

S. P. D.

Isto Tibi, Benivole Lector imò Literario Orbi universo præsentem exhibeo ACADEMIAM WITTEBERGENSEM, cujus fama & celebritas insignis cum pervagata jam dudum terrarum Orbem fuerit, ipse etiam specialius consignare quædam & per summa saltem laudum capita decurrendo, exponere in publicum, decrevi. Et primo quidem Legitimationem, ut JCti loquuntur Academiæ nostræ si requiras. Non temerè aut fortuitò casu protrusa in lucem est, incluta hæc literarum Nutrix; Sed post DEI sapientissimè cuncta gubernantis, singularem providentiam & curam ortus suos FRIDERICO III. Electori Saxoniæ, æternæ laudatissimæq; memoriæ Principi debet, cujus eximias laudes, tùm alij ex Antecessoribus peculiari scripto sunt prosecuti jam pridem, tum illud, quasi compendium quoddam summarum virtutum ac laudum, tacendum minimè est, quod anno supra millesimum quingentesimum, decimoq; & nono; oblatum sibi Imperium Romanum ingenti animo recusavit, suoq; suffragio CAROLUM V. qui

& potitus rerum deinceps est, designavit. Ille itaq; virtutum omnium genere cumulatissimus Princeps, Studium generale, sive Academiam vel Universitatem hoc in loco constituere, consilio exquisito prorsus & sapienti, quod cognominis ipsi maximo jure inditum hæsit, in animum induxit suum, omine & successu, quod eventus docuit, auspicatissimo & felicissimo. Natales suos Academia refert ad annum millesimum quingentesimum & secundum, ejusdemq; anni diem decimum octavum Octobris, Divo Lucæ sacrum ac festum; quibus Natalibus legitimandis producit Privilegium Imperatoris MAXIMILIANI I. Invictissimi (penes quem potestatem Academias erigendi, confirmandi, Privilegiisque muniendi consistere; verissimè & nullo contradicente existimatum hucusque semper est.) Producit & Bullam *Julij* Pontificis Romani, non quod opus eadem præcisè esset (Contrarium enim Te, LECTOR, docebit Ordinatio Cam. Imper. p. 1. tit. 3. ibi, in Universitäten/ welche zum wenigsten von unsern Vorfahren/ Römischen Käysern vnd Königen der itzigen Käys. Mäjest. oder vns confirmiret) sed quod pro statu & moribus illorum temporum omitti eam non posse ex persuasâ quadam necessariâ Religione crederetur. Et ne quid ad habilitandum (ita loquimur) hoc nomen deesset. Munita præterea incedit Academia variis Confirmationibus, Conservatoriis, Subconservatoriis, Cardinalis, nec non Episcopi, Abbatis, Præpositi, quorum singulorum nomina, quibusque Privilegiis ac immunitatibus egregiè ornata atque aucta sit Universitas hæc: Ipsa Diplomata clarius exhibebunt. Quot porrò Legibus, quot Sanctionibus, quot saluberrimis & ad continendam in officio literariam pubem uti-

utilissimis Constitutionibus & Mandatis firmata, stabilita, & in hunc usque diem inconcussa duret ac perstet Academia nostra, prolixius in præsenti exponere, nihil attinet; Felicitatem verò Academiæ insignem non possum non vel brevissimis contemplari ac lætabundus mirari. Annum agit & explevit nuper per Dei gratiam; centesimum, quinquagesimumque ac tertium. Bellis non semel ac peste tentata, aliò migrare coacta est, dissipata sæpius docentium atque discentium cohorte, dissidiis, in Religionis negotio & contentionibus sollicitata non parum, sibi tamen mox restituta, pristinum recepit vigorem, fideique ac religionis puritatem, pulsis & profligatis erroribus, constanter asseruit, id unicè & vigilantissimè agendo, ne sub specioso aliquo prætextu nova suspecta aut erronea dogmata irrepant, quæ singulari sapientiæ vel acuminis cujusdam specie ac titulo suaviter discentium animis insinuent se, ac imperitis facilè imponant. Numerat *Facultas Theologica*, post B Lutherum & Melanchtonem, Bugenhagios suos, sive Pomeranos, Jonas, Crucigeros, Eberos, Hunnios, Lyseros, Mylios, Gesneros, Rungios, Hutteros, Frantzios, Meisneros, Försteros, Balduinos, Martinos, Röberos. *Juridica* suos Gödenos, Schurfios, Klingios, Goldsteinios, Schneidewinos, Wesenbecios, Beustios, Teuberos, Rauchbaros, Zangeros, Heigios, Reusneros, Personios, Beckmannos, Försteros, Strauchios, Grossios, Taubmannos, (quorum omnium ut & aliorum JCtorum Wittebergensium Vitam ac famam peculiari scripto, dante Deo propediem recensebo) *Medica*, post Martinum Pollichium Mellerstadium, primùm Academiæ Rectorem, suos Schurfios, Fendios, Curiones, Milichios,

Peuceros, Albertos, Schatones, Hettenbachios, Jessenios, Sennertos, Tandleros, Schalleros, Nymmannos, Pelshoferos. *Philosophica* suos Velcuriones, Rudingeros, Schindleros, Jöstelios, Siberos, Taubmannos, Rhodomannos, Velstenios, Wanekelios, Rhodios, Franckenbergeros, Trostios, Schmidios, Nigrinos &c. Eruditione ac scriptis in suâ quemque arte clarissimos viros. Quantò discentium commodo & fructu partes suas in omnibus Facultatibus exequantur, qui hodiè docent, tum ij norunt optimè, qui docentibus assident frequentes, tùm posteri, ad quos id perventurum est gratâ mente prædicabunt. Jam numerus eorum, qui in civitatem Academicum assumpti sunt, in quantitatem insignem excrevit. Inscriptique Matriculæ Academicæ intra seculum integrum, alterumque dimidium cum tribus annis reperiuntur 67858. quos inter tot Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, Illustrissima atque Illustria Nomina præfulgent, quæ singula ut & eorum Nomina, qui postea singulari eruditionis laude, in publicâ honorum luce constituti claruerunt, in quantum quidem, id mihi cognitum esse potuit, sub singulis semestribus expressa reperies. Cæterum quos ita in sinum suscepit Academia, eos egregiè quoquè fovit ac enutrivit: ita, ut tanquam fœcundissima mater, in omnibus Facultatibus felicissimo partu enixa sit, & enitatur hodie, viros & Juvenes, eruditione, rerumque pulcherrimarum scientiâ cumulatissimè præstantes, ut in eo laudis & felicitatis genere, superiorem aliam, credo, nec parem habeat Academia nostra. Promoti sunt (Academico enim, dum de rebus Academicis loquimur vocabulo, uti placet) ab illo quem diximus Fundatio-

nis

his anno, in Facultate Theologica ad 154. In Juridicâ, ad. 132. In Medica ad. 157. In Philosophicâ ad 7467. Præter eos, qui in superioribus Facultatibus Licentiam tantùm assumendi gradum adepti sunt, aut in Indicibus Antecessorum, ex in advertentiâ quadam, non reperiuntur annotati. Sceptra Academica præter eos, quos ex Professoribus ordo consuetus tangebat, multoties gesserunt Illustrissimæ atque Illustres Personæ, quarum ut & Rectorum cujusque Facultatis Nomina seorsim recensuimus. Inter Illustrissimos hosce, maximè commemoranda Illustrissimi Saxoniæ Ducis Augusti administratio est, quæ in Jubilæum seculare Academicum Anno 1602. incidens, Promotione gratuita 64. Magistrorum Philosophiæ, sumptu Rectoris Magnificentissimi nobilitata fuit. Ista, similiaque alia memoratu digna in Matriculis Academiæ & Facultatum Libris consignata, quarum Catalogum proximè sequentes paginæ exhibebunt, succisivis horis sub tantâ negotiorum publicorum imminente mole excerpere, Tibique *Lector Amice*, communicare volui, imò debui. Non gloriolæ cujusdam aucupandæ studio, sed ut Almæ Matris Academiæ, quæ ante hos XX. annos huc me venientem excepit primùm, ante XII. annos gradu Doctoris, ante XI. ferè annos, Professoriis, aliisque deinceps functionibus & honoribus publicis ornavit & auxit, Ejus, inquam, famam inclutam ac celebritatem, filiali quodam gratitudinis debito obstrictus, quoad ejus fieri per me poterat, provehrem ulterius & æternitati consecrarem. Deniq; pro complemento quasi *Inscriptiones Wittebergenses*, sub finem operis adjeci: quodquidem, Novum aliquod aut Meum non vendito, cum idem antea præsterit Balthasar Mentzius

tzius, Saxo: Edito Syntagmate Epitaphiorum Anno hujus seculi quinto. Et posteum Joachimus Hagmeierus, Hamburgensis Anno 1638. Et nuperrimè Dn. Andreas Sennertus, Linguar. Oriental. P. P. Collega, Compater & Amicus meus honorandus. Id tamen, hoc institutum quod attinet, sedulus egi, ut præter eas omnes, quas illi tradiderunt, multò plures Inscriptiones, summâ curâ investigatas, & quidem ultra 335. exhiberem, de quo Lecturis, evidenter constare poterit. Utere interim Benivole Lector liberali hac opera (præter quam nihil omninò meum Tibi spondeo) & si per otium evolvere licuerit, Fastos & Annales hos Academiæ Wittebergensis, recole simul Clarissimorum Virorum quos produxit, aut aluit Witteberga memoriam: nec non beneficia ingentia ac summa, quæ Benignissimum Numen, in hanc Academiam cumulatè contulit, quæquè ab illa iterum in totum Christianum orbem uberrimè dimanarunt, apud animum Tuum gratus expende, utquè porrò sub Illustrissimâ Domo Saxonica Felicitas Academiæ florentissima perpetuaquè sit: intimis mecum precibus ora atquè contende. Scriptum Wittebergæ, Calendis Decembr. Anno reparatæ, & hoc ipso Mense majore devotione recolendæ gratiæ CIↃ IↃC LV.

DESIGNATIO
Rerum memorabilium, in hoc opere comprehensarum.

1. Privilegium MAXIMILIANI I. Imperatoris. sub A.
2. Bulla JULII. Romani Pontificis. sub A.
3. Confirmatio Universitatis à Raymundo Cardinali. sub B.
4. Alia confirmatio Universitatis Wittebergensis à Raymundo Cardinali. sub C.
5. Conservatorium Julij Papæ. sub C.
6. Sub Conservatorium Hieronymi, Episcopi Brandenburgensis. sub D.
7. Conservatorium Georgij, Abbatis Salveldensis. sub D.
8. Sub conservatorium Præpositi Monasterij sancti Mauritij in suburbio Naumburgensi. sub E.
9. Processus inaugurationis Academiæ. sub E
10. Formula Juramenti antiqui. sub E.
11. Formula Iuramenti novi, & hodiè usitati. sub E.
12. Leges Academiæ Wittebergensis. sub E.
13. Leges communis mensæ. sub F.
14. Catalogus Inscriptorum & Fratrum; in primo Rectoratu Doctoris Martini Polichij de Mellerstadt. Ann. 1502. sub. G.
15. Inscriptio D. Martini Lutheri, & admissio ejus ad Biblia. sub Anno 1508. G.
16. De Udalrico Erbar, Artium & Medicinæ Doctore, occiso, & occisoris supplicio historica recensio. sub Anno 1512. H.
17. D. Lutheri Promotio in Licentiatum; Doctorem, ejusdemq; in Facultatem Theologicam receptio. ibid.

)b(18. In-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0013-7 DFG

18. Inscriptio & Encomium Philippi Melanchtonis. sub Anno 1518. H.
19. Epistola Academiæ ad LEONEM X. Pontificem, pro D. Luthero. ibid.
20. Philippi Melancht. Promotio in Baccalaureum Bibliæ. sub Anno 1519. H
21. D. Andreæ Carlstadij, de promotionibus, & Juramentis Judicium. sub Anno 1522. I.
22. D. Lutheri Decanatus perpetuus. sub Anno 1526. I.
23. Translatio Universitatis Jenam & in Slyben. sub Ann. 1527. I.
24. De irruptione & Collecta Turcicâ, & Academiæ circa eam privilegio. sub Anno 1529. I.
25. Promotio Doctoralis in Facultate Theologicâ, Casparis Crucigeri Lipsensis, Iohannis Bugenhagij Pomerani, & Johannis Æpini Superattendentis Hamburg. sumptibus Iohannis Friderici. Electoris ipso aliisq; Principibus & Aulæ proceribus præsentibus. sub Anno 1533. I. & K.
26. Translatio Universitatis Jenam. sub Anno 1536. K.
27. Promulgatio fundationis Academiæ ab Electore Johanne Friderico. sub Anno 1536. K.
28. De Obitu D. Martini Lutheri. sub Anno 1546. unà cum Intimatione funebri ibid.
29. De obitu Casparis Crucigeri Theol. D. & vocatione D. Iohannis Förstеri. sub Anno 1548. L.
30. Programma in obitum Jacobi Milichij Medicinæ D. & Prof. sub Anno 1549. L.
31. Translatio Academiæ Torgam. sub Anno 1552. M.
32. Inscriptio Epitaphij, in obitum viduæ D. Lutheri. ibid.
33. De obitu Iohannis Friderici, Ducis & Electoris Saxoniæ, ejusdemq; Illustrissimæ Conjugis. sub. Anno 1553. M.
34. De Expeditione Alberti Marchionis Brandeburgensis, prælio, cum Mauritio Elect. Sax & hujus obitu. sub Anno 1553. M.
35. De Prælio Marchionis Alberti, cum Ducis Henrici Brunsuicensis exercitu. ibid.
36. De Confraternitate Saxo-Brandeb-Hassiacâ. sub ann. 1554. N.

37 De

37. De obitu D. Iusti Ionæ. sub Anno 1555. M.
38. De conventu Augustano. ejusdem Anni ibid.
39. De obitu D. Iohannis Forsteri. sub Anno 1556. N.
40. De obitu Alberti Marchionis Brandeburg. ibid.
41. De Colloquio in urbe Vangionum habito, in causâ Religionis. sub Anno 1557. N.
42. De Resignatione Caroli V. Imperatoris & Electione Ferdinandi Primi. sub Anno 1557. O.
43. De obitu D. Bugenhagij. ibid.
44. De denominatione, confirmatione & Investiturâ D. Pauli Eberi. sub Anno 1557. O. & P.
45. De obitu Caroli V. Imperatoris ejusq; Vitâ; & convocatione Synodi. sub Anno 1558. P.
46. De Comitiis Imperij Augustanis. sub Anno 1558. Q.
47. De obitu Christiani Daniæ Regis; & Christiani captivi. sub Anno 1559. Q.
48. De obitu Philippi Melanchtonis. ibid.
49. De Synodo Tridentinâ. sub Anno 1561. R.
50. De Coronatione Maximiliani II. in Regem Bohemiæ & Ungariæ. ibid.
51. De Synodo Tridentinâ. sub Anno 1563. R.
52. De Electoris Augusti munificentia in Academiam & Stipendiatos. sub Anno 1563. S.
53. De obitu Ferdinandi I. Imperatoris. sub Anno 1564. S.
54. De Inquisitione Hispanicâ. ibid.
55. Pagina inclusa fastigio Turris ad Arcem de stirpe & familiâ Saxonicâ. sub Anno 1565. S. & T.
56. Consilium Theologorum Wittebergensium ad requisitionem Electoris Johanis Friderici, de bello adversus Carolum V. Imperatorem suscipiendo. sub eod. anno T.
57. De Comitiis à Maximiliano II. Augustæ celebratis. sub Anno 1565. T.
58. De concessione Maximiliani Imperatoris, erga Subditos Augustanæ Confessionis in Ditionibus suis. sub Ann. 1567. U.
59. De Duce Florentino, in Magnum Ducem Hetruriæ, à Pontifice creato. sub Anno 1569. U.

60. De Sydere novo in Asterismō Cassiopeæ recensiō & Judicium. sub Anno 1572. X.

61. De deliriis Sacramentariis Theologorum quorundam hujus Academiæ. sub Anno 1574. X. & Y.

62. De numero Stipendiariorum, aucto ab Electore Augusto. sub Anno 1578. Y.

63. De subscriptione Formulæ Concordiæ & litibus circa eam tunc vertentibus. sub Anno 1581.

64. De Præside in Disputationibus inauguralibus Facultatis Juridicæ adhibendō. sub Anno 1587. Z.

65. De Jure Præposituræ Clódensis Academiæ asserto. sub Anno 1589. Aa.

66. De conventu Lipsiensi in negotio Religionis & opere Visitationis Ecclesiarum Electoratus. sub Anno 1592. Aa.

67. De controversiâ Theologorum Wittebergensium cum D. Samuele Hubero. sub Anno 1593. Bb.

68. Mandatum Friderici Wilhelmi, Electoratus Sax. Administratoris, de Subscriptione articulorum Visitationis. sub dato Torgaw den 6. Martij 1594. Bb.

69. De transportatione Bibliothecæ in Collegium Augusti, & loci Scabinatus, in Collegium Juridicum. sub Anno 1598. Bb

70. Friderici Taubmanni Carmen ad Johannem Zangerum, JCtum & Ordinarium, cum is Magistratu abiret, sub Anno 1599. Cc.

71. Inscriptio Dn. Dn. Augusti, Ducis Saxoniæ &c. unà cum Aulicis & familiaribus ejus. sub Anno 1600. Cc.

72. Carmen D. Salomonis Gesneri tunc Rectoris, pro ingressu Ducis Augusti. ibid.

73. Rectoratus Augusto Duci oblatus. sub Anno 1601.

74. De itinere Theologorum Wittebergensium ad Colloquium Ratisbonense suscepto. 1601. Cc.

75. De Juramento Religionis, & Professoribus & omnium Facultatum Adjunctis præstito. ibid.

76. De celebratione Jubilæi secularis Academiæ. sub Anno 1602 die Lucæ Evangelistæ. Dd.

77. Pro-

77. Programma publicum. Ducis Augusti Rectoris Magnificentissimi, ad Orationem secularem D. Johannis Zangeri. ibid.

78. Oratio secularis D. Zangeri; de initiis & incrementis doctrinæ & Doctorum Juris in hâc Academiâ. ibid. & in seqq.

79. Progamma Ducis Augusti, ad Orationem secularem D. Andreæ Schatonis; Professoris & Facult. Medicæ Senioris. sub Hh.

80. Oratio D. Schatonis, de initiis & incrementis Studij Medici in hâc Academiâ. ibid. & in seqq.

81. Obitus D. Georgij Milij, Augustani, Theologiæ Professoris Primarij; D. Johannis Zangeri, Brunsuicens. & D. Ludovici Person, JCtorum. sub Anno 1607. Ll.

82. De Maximiliano Gedeone von Memmingen qui, in Albi lavans periit. sub Anno 1608. Mm.

83. De Theodoro Siegfrido Wedderolt, Wurnburg. VVestphalo; Philippum Langium Lichtenberg. Varisicum occidente, & evadente. ibid.

84. De conventu Electorum, aliorumq; Principum Pragæ; ut & de Investiturâ Ducum Sax. super Ducatibus Juliæ, Cliviæ & Montium. sub Anno 1609. Mm.

85. De Francisco Tiberio Romano Italo; qui nostram Religionem amplecti se velle contestatus, moxiterum ad suas excessit. sub Anno 1610.

86. De causâ Juliacensi &c. tractatio & inter Christianum II. Saxoniæ Electorem, ut & Brandebùrgicum & Palatinum Neoburgicum. ibid.

87. De obitu Christiani II. Elect. Sax. Justisquè Parentalibus, hîc habitis; ut & de successione Electorali; Dn. Dn. Johannis Georgij. sub Anno 1611. Mm.

88. Mandatum Electorale de ædificando Nosocomio. sub Anno 1612. Nn.

89. De obitu Friderici Taubmanni. Anno 1613. d. 24. Martij. ibid.

90. Decisio quarundam controversiarum inter Academiam & Quæstorem. sub Anno 1613. Nn.

91. D. Leonhardus Hürterus, Rectoratum domi oblatum, ob morbum, Antecessori commisit ut Pro-Rectori, in præsentiâ omnium Collegarum. sub Anno 1616. Oo.

92. De Jubilæo Evangelico Lutherano relatio, unà cum Instructione, Mandato Electorali & Intimatione Academicâ. sub Anno 1617. Oo. Pp. Qq.

93. Augusti Buchneri, Comici Senarij de motu Pragensi, aliisq; sub ipsius Rectoratu actis. Anno 1618. Qq.

94. De obitu D. Friderici Balduini, & successione D. Pauli Röberi. sub Anno 1627. Rr.

95. Membrana inclusa sphæræ æneæ in fastigio novo turriculæ cochleatæ; in Cœnobio Augustinianorum quondam, hodie Collegio Augusti, inventa Anno 1629 in quâ de conversione & obitu Lutheri; ut & quomodo Collegium illud Luthero donatum, & postea ad Academiam pervenerit; unà cum Nominibus Professorum tunc temporis. sub anno 1629. Rr. Ss.

96. Intimatio Academiæ de Jubilæo Exhibitæ Confessionis Augustanæ. sub anno 1630. Ss.

97. Intimatio Academiæ super obitu Serenissimi Daniarum & Norweg. Hæreditarij Principis, CHRISTIANI V.

98. De coronatione Regis Daniæ FRIDERICI III. & Johannis Casimiri Regis Polon. & supplicio Caroli Stuarti, Magnæ Britanniæ Regis. sub anno 1648. Yy.

99. Intimatio Academiæ, ad Festum recuperatæ Pacis Germanicæ. d. 22. Julij. sub anno 1650. Yy.
unà cum Epigrammate RECTORIS. ibid.

100. De Comitiis Imperialibus Ratisbonæ habitis. sub anno 1653. Zz.

101. De Investiturâ D. Abrahami Calovij. sub anno 1654. Zz.

102. De obitu FERDINANDI IV. Regis Romanorum. ibid.

103. De ingenti aquarum eluvione. sub anno 1654. Zz.

104. De Novâ Dotatione Academiæ factâ à Serenissimo Electore Dn. Dn. JOHANNE GEORGIO. ibid.

105. Mandatum Electorale de celebrando Iubilæo Pacis Religiosæ,

giosæ de anno 1655. ad Consistorium Ecclesiasticum Wittebergense. sub anno 1655. Zz.
106. Notificatio Consistorij ejusdem ad Principes & civitates alias, jussu Electoris facta. sub eod. anno Aaa.
107. Specialius Mandatum Serenissimi Electoris de celebrando Iubilæo unâ cum Instructione, Proclamatione Formulâ precationis, & Academiæ Intimatione. ibid. & sub Bbb. Ccc.
108. Descriptio celebrati Iubilæi, in Academiâ & urbe VVittebergensi. sub Ccc.
109. Catalogus Promotorum Baccalaureorum Biblicorum. ibid.
110. Catalogus Sententiariorum; sive admissorum ad Sententias vel Lecturam Libri I. & II Magistri Sententiarum. ibid & sub Ddd.
111. Catalogus Admissorum ad Formaturam seu Lecturam libri 3 & 4ti Sententiarum Lombardi. Ddd.
112. Catalogus Admissorum ad Licentiam in Facultate Theologicâ. ibid. & sub Eee.
113. Catalogus Doctorum in Facultate Theologicâ promotorum. Eee.
114. Catalogus Doctorum in utroq; Iure promotorum. Fff. & Ggg.
115. Catalogus Licentiatorum in utroq; Iure; qui gradum Doctoris assumpsisse non reperiuntur. sub Ggg.
116. Catalogus Doctorum in Facultate Medicâ promotorum. ibid.
117. Catalogus Licentiatorum in Facultate Medica, qui gradum Doctoris adepti non sunt. sub Hhh.
118. Catalogus Decanorum & Numerus Promotorum in Facultate Philosophicâ ibid. & sub Iii.
119. Catalogus Illustrissimorum & Illustrium; qui Rectoratum Magnificentissimum susceperunt. Iii.
120. Nomina Rectorum Academiæ in Facultate Theologicâ. ibid.
121. Nomina Rectorum in Facultate Iuridicâ. sub Kkk.

122. Nomina Rectorum in Facultate Medicâ. ibid.
123. Nomina Rectorum in Facultate Philosophicâ. ibid.
124. Ordo inscriptionis Professorum Ordinariorum in Facult. Philosophicâ ab anno 1536. usq; ad hoc tempus. sub Kkk. & Lll.
125. Nomina Professorum hodie docentium, in omnibus Facultatibus. Lll.
126. Inscriptiones sepulchrales in Templo Cœnobij Franciscanorum. ibid.
127. De origine conditi primum sacelli, deinde Templi ad Arcem. sub Mmm.
128. Inscriptiones Sepulchrales in Templo ad Arcem. ibid. & seqq.
129. Intimatio Academiæ VVittebergensis in funus D. Iohannis Elect. Sax. sub Mmm.
130. De Pompâ & deductione funebri, B. Lutheri Islebij & VVittebergæ. ibid. & sub Nnn.
131. Curriculum Vitæ D. Georgij Majoris Theologiæ D. & Prof. ibid. & sub Ooo.
132. Inscriptiones sepulchrales in Templo Parochiali. sub Ppp. & seqq.
133. Inscriptiones sepulchrales in Cœmiterio Parochiali. sub Uuu. & seqq.
134. Inscriptiones sepulchrales in Cœmiterio suburbano. sub Cccc.
135. Inscriptiones Publicorum ædificiorum & aliæ, præter sepulchrales. sub Eeee.
436. Index Inscriptionum in Cœnobio Franciscanorum ut & in Templo ad Arcem. sub Eeee.
137. Index Inscriptionum in Templo & Cœmiterio Parochiali, ut & suburbano. sub Ffff.

PRIVI-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urnabn:de:gbv:3:1-76399-p0020-5
DFG

PRIVILEGIUM MAXIMILIANI IMPERATORIS.

MAXIMILIANUS, *divina favente Clementia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ: Brabantiæ: Stiriæ, Carinthiæ Carniolæ, Lymburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Landtgravius Alsatiæ, Princeps Suevie: Palatinus in Habspurg & Hannoniæ, Princeps & Comes Burgundiæ, Flandriæ, Tyrolis, Goritiæ, Holandiæ, Zelandiæ, in Kyburg, Artheſiæ, Namurci & Zutphaniæ, Marchio ſacri Romani Imperij, ad Anaſum & Burgoviæ, Dominus Friſiæ, Marchiæ Sclavoniæ, Mechliniæ, Portus Naonis & Salinarum: Notum facimus tenore præſentium univerſis, Cum inprimis ad hanc Romani imperij ſublimitatem divino auſpicio provecti, diligenter circumquaq; proſpicere debeamus, ut ſcientiæ & bonæ artes, ac ſtudia liberalia felicibus proceſſibus ſumant augmentum: Ex quibus divinæ ſapientiæ hauſto fonte, ſubditi noſtri, & adregendam Rempublicam, & reliquis mortalium neceſſitatibus providendum reddantur aptiores. Potiſſimum eum omnium ſcientiarum tutela & Patrocinium, penes Romani Imperij moderatores conſiſtat: Quin etiam ipſarum Profeſſores dignis præmijs & honoribus atq; privilegijs afficientes, Gymnaſia undiq; in ſacro Romano Imperio*

instituerunt & erexerunt. Nos itaq. prædecessorum nostrorum vestigia imitantes, exhibita nobis nuper petitione, Illustris Friderici Ducis Saxoniæ, Sacri Romani Imperij Archimarescalci, Lantgravij Thuringiæ & Marchionis Misniæ, Principis Electoris & consanguinei nostri charissimi, ut ad prædictorum studiorum liberalium & bonarum artium incrementum, studium generale sive Universitatem, aut Gymnasium in Civitate Wittenberg sub Dominio & Jurisdictione sua institueremus, & auctoritate nostra regia erigeremus & confirmaremus, ejus precibus morem gerere cupientes, attentis innumeris meritis à prædicto Duce & prædecessoribus suis nobis & sacro Imperio exhibitis & præstitis, Considerantes etiam quod prædicta Civitas, non modo ex loci opportunitate instituendo Gymnasio commoda, sed & Incolis & finitimis eorundem locorum Universitatis studium ibidem necessarium sit: Ut Adolescentes ad studia & artes capescendas alacrius, nacta opportunitate vicini Gymnasij, incitentur & animentur, adhibito prius sano Principum, Comitum, Baronum, Procerum & Nobilium nostrorum Consilio, animo deliberato ex certa scientia & motu proprio, ac de plenitudine Regiæ nostræ potestatis: Universitatem, sive studium generale, & Gymnasium in prædicta Civitate Wittenberg instituimus, erexim us, & tenore præsentium erigimus & instituimus volentes & decernentes. Quod Doctores quarumcunq. facultatum, & personæ idoneæ ad id, per prædictum Illustrem Ducem aut Successores ipsius, vel quibus id demandaverint deputandæ, possint & valeant in prædicta Universitate in omnibus facultatibus, videlicet in sacra Theologia, in Utroque Jure, tàm Canonico quam civili, in artibus & medicina, nec non in Philosophia & quibuscunq. scientijs legere, & Lectiones, Disputationes & repetitiones publicas facere, Conclusiones palàm sustinere, ac prædictas scientias docere, Interpretari,

pretari, gloſſare & dilucidare, omnesq; actus Scholaſticos exercere, eo modo, ritu & ordine, qui in cæteris Univerſitatibus & Gymnaſiis publicis obſervari ſolitus eſt. Et quoniam ipſa ſtudia eo feliciori gradu ſument augmentum, ſi ingenijs & diſciplinis ipſis ſuus honor, ſuus dignitatis gradus ſtatuatur, ut emeriti aliquando digna laborum ſuorum præmia reportent. Statuimus & ordinamus, ut per Collegia Doctorum, à prænominato Illuſtri Duce in unaquaq; facultate inſtituenda, electis ad id idoneis, & præ cæteris excellentioribus in ipſis facultatibus, Doctoribus, hi qui ad ſumendam palmam certaminis ſui idonei judicati fuerint, adhibito per ipſos Doctores Collegij in unaquaq; Facultate prius promore & conſuetudine atq; ſolemnitatibus & ritu in cæteris Univerſitatibus obſervari ſolitis, rigoroſo & diligenti examine, In quo conſcientias ipſorum Doctorum cujuslibet Collegij onerari volumus, quos ſub juramenti vinculo ad hoc adſtringimus. In ea facultate quam ediderint, & qui examini præfato ſe ſubmiſerint, & ſe promore & juxta Statuta & Ordinationes per prænominatum Ducem fiendas, per aliquos dignos & honeſtos viros de gremio ipſius Collegij, præſentari fecerint, poſſint ad ipſum examen admitti, & invocata Spiritus Sancti gratia examinari: etſi hoc modo habiles, idonei, & ſufficientes ad id reperti & judicati fuerint, Baccalarij, Magiſtri, Licentiati ſive Doctores, pro uniuscujusq; ſcientia & doctrina creari, & hujuscemodi dignitatibus inſigniri, nec non per bireti impoſitionem, & annuli aurei, ac oſculi traditionem, cæterisque Conſuetis ſolemnitatibus inveſtiri, & conſueta ornamenta atq; inſignia Dignitatum prædictarum tradi & conferri: Quodq; Doctores in eadem Univerſitate promoti & promovendi, debeant & poſſint. In omnibus locis & terris ſacri Romani Imperij & ubiq; terrarum liberè omnes actus Doctorum, legendi, docendi, Interpretandi, &

glossandi facere & exercere omnibusq; & singulis gaudere & uti privilegijs prærogativis & exemptionibus, libertatibus, concessionibus, honoribus, præeminentijs & favoribus ac indultis, Quibus cæteri Doctores, In Bononiensi, Senensi, Patavino, Papiensi, Perusino, Parisiensi ac Lipsiensi, ac alijs studijs privilegiatis promoti & insigniti gaudent & utuntur consuetudine vel de jure: Cæterum quo prafata Universitas sive Gymnasium suis gubernatum Magistratibus solidiori & firmiori sistat fundamento, damus & concedimus Doctoribus & Scholaribus in dicta Universitate existentibus aut futuris cum consensu prafati Ducis, aut Successorum suorum auctoritatem, & potestatem condendi & faciendi statuta & Ordinationes, juxta Consuetudinem cæterarum Universitatum, nec non creandi & eligendi Rectorem Scolarium, ac Syndicos, sive alios quoscunq; officiales universitatis, prout ipsis visum fuerit expedire & esse oportunum. Dantes & concedentes auctoritate nostra Regia, Rectoribus sic per eos eligendis & creandis facultatem & jurisdictionem in Scholasticos; nec non citandi, audiendi, judicandi, exequendi, puniendi, & omnes alios actus judicis Ordinarij exercendi & jus reddendi, Eximentes nihilominus Doctores & Scolares Universitatis prænominata à jurisdictione & superioritate cujuscunq; potestatis aut judicis Ordinarij, sive cujuscunq; alterius, præterquam à nostra & prafati Ducis ac Successorum suorum. Præterea ut ipsa Universitas dignis fulcita prærogativis, nulli alteri, quantumvis vetusta & celebrata Universitati postponatur. Volumus & decernimus per præsentes, quod prænominata Universitas, nec non Doctores & Scholastici ac ibidem aliquam dignitatem seu gradum assimentes, gaudeant & potiantur, uti frui gaudere & potiri possint & valeant. Omnibus & quibuscunq; gratijs, honoribus dignitatibusq; præeminentijs, prærogativis, pri-

vis, privilegijs concessionibus ac immunitatibus favoribus & indultis, ac alijs quibuslibet, quibus Universitas Bononiensis, Senensis, Patavina, Papiensis, Perusina, Parisiensis & Lipsensis, ac alia studia, privilegiata, ac Doctores & Scholastici, sive promoti, aut aliqua dignitate sive gradu insigniti, gaudent aut potiuntur. Quomodolibet consuetudine vel de jure. Non obstantibus aliquibus privilegijs, indultis prærogativis gratijs, Statutis, Ordinationibus, Legibus, Constitutionibus, reformationibus, exemptionibus, aut alijs quibuscunq; in Contrarium facientibus. Quibus omnibus & singulis, ex certa nostra scientia prafata, animo deliberato & motu proprio derogamus & derogatum esse volumus per præsentes. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc nostræ creationis, Institutionis, fundationis, erectionis, indulti, gratiæ, derogationis, constitutionis, concessionis & privilegij gratiam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire, sive quomodolibet violare & infringere. Si quis autem hoc attentare præsumserit, nostram & Imperij sacri indignationem gravissimam & pœnam centum marcarum auri puri, toties, quoties contra factum fuerit, se noverit, irremissibiliter incursurum, quarum medietatem Imperialis fisci nostri sive erarij, reliquam verò partem injuriam passorum usibus decernimus applicari. Harum testimonio litterarum sigilli nostri consueti appensione munitarum. Datum in Civitate nostra imperiali Ulma pridie nonas Julij, Anno Domini Millesimo, quingentesimo secundo. Regnorum nostrorum Romani decimo septimo. Hungariæ verò tertio decimo.

MAXIMIL. R.

Admandatum Domini
Regis *mpp.*
W. Serubendt *mpp.*

BULLA ROMANI PONTIFICIS.

IULIUS EPISCOPUS *Servus Servorum* DEI *ad perpetuam rei memoriam, in supernæ Apostolicæ dignitatis specula divina dispositione collocati, inter curas multiplices, quæ nostris continuè humeris incumbunt, illam potissimè amplectimur, per quam nostræ provisionis auspicijs singulæ Ecclesiæ, præsertim collegiatæ dignioribus titulis, opitulante altissimo attollantur, ac Ministrorum idoneorum, qui in eis die noctuq; DEO debitas laudes persolvant, ac Xpi fideles ad arcana cognoscenda dilucident indoctosq; instruant, & ad benè beateq; vivendum inducant, numero decorentur, & ut ad id tendentia vota fidelium prædictorum præsertim Principum nobis & Apostolicæ sedi devotorum optatum sortiantur effectum, opem & operam, quantum nobis ex alto conceditur efficaces impendimus, prout ad divini cultus augmentum & fidelium prædictorum devotionis excitationem ac animarum salutem & commoditatem cognoscimus in Domino salubriter expedire. Cum itaq;, sicut accepimus, in Kembergk & in Clöden ac Schliben Præposituræ rurales nuncupatæ: nec non in Orlamunde ac in Aysfelth ac Schaleken, in Schmitberg, Libenwerde, Weyder & Jessen Parrochiales Ecclesiæ, & Capellain Cœmiterio Beatæ Virginis in Wittenbergk, Magdeburgens. Misnens. Moguntin, Herbipolens. & Brandeburgens respectivè Diœces. quæ in jure Patronatus dilectorum filiorum, Nobilium virorum Friderici, Imperij Electoris & Johannis fratrum Saxoniæ Ducum existunt, certis modis vacaverint & vacent ad præsens. Et sicut exhibita nobis nuper pro parte Friderici*

rici & Johannis prædictorum petitio continebat, in oppido Wittenbergk temporali Dominio eorum Subjecto situatum jamdudum tàm Imperiali quam etiam Legati de latere dictæ sedis, in illis partibus auctoritate fundatum universale viget, ac in eodem Oppido est una Collegiatæ Ecclesiæ satis insignis, ad quam præfati Fridericus & Johannes specialem gerunt devotionis affectum, & in qua unus Præpositus & nonnulli Canonici præposituram, Canonicatus, & prebendas etiam de eodem jure Patronatus ipsorum Friderici & Johannis obtinentes existunt, & sicut eadem petitio subjungebat, si Præpositura dictæ Ecclesiæ in Decanatum pro uno Decano, qui ad instar aliarum Ecclesiarum curam haberet, in divinis, & Capitulo præesset, ac una alia (1) Præpositura & unus (2) Archidiaconatus ac una (3) Cantoria, nec non una (4) Custodia, & una (5) Scolastria, in dignitates ac unum officium, Syndicatus nuncupatum, & ex quinq; vicarijs in eadem Ecclesia de jure Patronatus dictorum Ducum existentibus: quinq; Canonicatus, & prebendæ Ducales, nuncupandi in eadem Ecclesia Collegiata perpetuò erigerentur, & eidem erigendæ Præposituræ in Kembergk & Archidiaconatui in Orlamunde & Cantoriæ in Aysfelth, & Scholastriæ in Schlieben, ac Custodiæ in Cloden, nec non officio Syndicatus in Schmidberg, & primæ Capellæ Cœmiterij, secundæ in Schalcken, tertiæ in Libenwerda, quartæ in Weyder, quintæ prebendis in Jessen, Parochiales Ecclesiæ hujusmodi etiam respective, perpetuo unirentur, annecterentur & incorporarentur. Profectò, ex hoc divinus cultus in dictæ Ecclesia Collegiata susciperet incrementum, illiusq; decori & venustati ac Universitati studij præfati commodo & utilitati oportunè consuleretur. Quare pro parte Friderici & Johannis prædictorum asserentum, in Kembergk Sexaginta, & in Orlamunde quadraginta ac in Aysfelth quadraginta quinq; & in Schli-

in Schliben unius & viginti, ac in Clöden viginti octo, nec non in Schmitberg duodecim, & in Schalcken decem, ac in Libenwerde etiam decem, & in Weyder decem, ac in Jessen novem Ecclesiarum Parochialium, nec non Capellæ prædictarum decem florenorum auri, de Camera fructus reditus & proventus secundum communem extimationem, valorem annuum non excedere. Quodq; dilecti filij Capitulum dictæ Ecclesiæ Collegiatæ erectionibus hujusmodi faciendis jam consenserunt, nobis fuit humiliter supplicatum, ut Præpositurum dictæ Collegiatæ Ecclesiæ in Decanatum pro uno Decano, qui ad instar aliarum Ecclesiarum curam in divinis habeat, Capitulog. dicti Collegij præsit, ac aliam Præposituram, & unum Archidiaconatum, unam Cantoriam, unam custodiam, unam Scolastriam & unum officium Syndicatus, pro uno qui illud tàm pro hujusmodi studio, quàm pro dictæ collegiatæ Ecclesiæ exerceat & ex Vicarijs prædictis quinq; Canonicatus & præbendas ducales nuncupandas, in ipsa Ecclesia perpetuò erigere, nec non Præposituræ erigendæ in Kemberg & Archidiaconatus in Orlamunde ac Cantoriæ Aysfelth, Custodiæ in Clöden, Scolastriæ in Schliben, & officio in Schmitberg, ac primæ Capellam Cœmiterij, secundæ in Schalcken, tertiæ in Libenwerde, quartæ in Weyder, quintæ in Jessen præbendis, Parrochiales Ecclesias hujusmodi similiter respectivè perpetuò unire, annectere, & incorporare, nec non quidem tàm prosit a prima vice, quam quoties ipsas dignitates officium Canonicatus, & præbendas hujusmodi sic erectas vacare contigerit, personarum ad illa electio & nominatio, ad Rectorem Universitatis, Magistros in Theologia, tàm seculares quàm religiosos, Jurium & Medicinæ Doctores actu legentes, Decanum Artisticæ facultatis, & duos alios de facultate Artium pro tempore ad Consilia deputatos, ac quinque Canonicos in præbendis Ducalibus nuncupandis, pro

tempore

tempore præsidentes, eisdem Friderico & Johanni Ducibus, ac pro tempore Principi Imperij hujusmodi Electori faciendæ, ita tamen quod ad Præposituram erigendam, unum qui Ordinariæ in ipsa Universitate ad Decanatum, qui in decretis Dominicis diebus, ad Scolastriam, qui sextum librum Decretalium aut Clementinas in Jure Canonico ad Syndicatum Doctorem illi officio idoneum, qui librum Institutionum legere, & ad Archidiaconatum, qui in Ecclesia Collegiata prædicare & tribus vicibus in Ebdomada in Theologia legere, ad Cantoriam qui in Ecclesia Parrochiali prædicare festivis diebus, & etiam tribus vicibus legere, ad Custodiam, qui singulis sextis feriis in Sacra Scriptura publicè disputare, Magistros in Theologia, & ad quinq. Canonicatus & præbendas Ducales, quinq. Bacallarios in Theologia, quorum primus serotinas disputationes Scolarium in Artibus temptare, alij quatuor juxta ordinationem Universitatis in Philosophia legere, In studio prædicto obligati existant, nominare & eligere teneantur. Et illorum sic nominatorum ac Electorum præsentatio, ad ipsum Principem Electorem, institutio verò ad Cancellarium dictæ Universitatis etiam pro tempore existentem pertineat, quodq. in Ecclesia Collegiata dignitatum. In Congregatione verò Universitatis facultatum ordines servare obligentur, ita quod utrobiq. Rector Universitatis, & post eum Cancellarius ante omnes locentur, ut sic per omnem modum unum Corpus ex Studio & Collegio prædictis fiat & constituatur, quodq. etiam ad ipsas Parrochiales Ecclesias sic unitas respectivè perpetui vicarij tàm pro prima vice, & quotiens vicarias hujusmodi vacare contigerit, per Consilium Universitatis præfatæ eligi & nominari, per Principem Electorem præsentari, & per illos ad quos institutio Rectorum ipsarum Ecclesiarum pertinuerit, instituj debeant, etiam perpetuò statuere & ordinare, studijque & Collegij hujusmodi

 funda-

fundationem & institutionem factas approbare & confirmare, aliasq; in præmissis oportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia Ecclesiastica alijs uniri tenerentur, exprimere verum animum valorem etiam beneficij cui aliud uniri peteretur. Alioquin unio non valeret & semper in unionibus Commissio fieret ad partes vocatis, quorum interesset, quiq; decorem & venustatem divinumq; cultum in Ecclesijs quibuslibet, præsertim Collegiatis insignibus, & in eis Ministrorum numerum literarum scientia præditorum commoditatibus, Principumq; votis hujusmodi consuli, sinceris desiderijs affectamus, Fridericum & Johannem præfatos à quibuscunq; excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis. Siquibus quomodo libet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes & absolutos fore censentes, ac dignitatum officij Canonicatuum & Prebendarum hujusmodi erigendorum fructuum, reddituum & proventuum veros annuos valores, præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Præposituram dictæ Ecclesiæ Collegiatæ in Decanatum pro uno Decano, qui ad instar aliarum Ecclesiarum Collegiatarum curam divinis habeat, & Capitulo dictæ Ecclesiæ præsit, ac aliam Præposituram, & unum Archidiaconatum, unam Cantoriam, unam Custodiam, unam Scolastriam in dignitates, & unum officium Syndicatus, qui illud tàm pro hujusmodi studio; quam pro Ecclesia collegiata præfata exerceat, & ex dictis vicarijs quinque Canonicatus & Prebendas Ducales nuncupatas in eadem Ecclesia, auctoritate Apostolica tenore præsentium, sine tamen alicujus præjudicio, dummodo dictus Fridericus Dux pro dote dignitatum officij, ac Canonicatuum

& præ-

& prebendarum hujusmodi, summam duorum millium ducatorum exponat, perpetuò erigimus, nec non eidem Præpositure sic erecte in Kembergk & Archidiaconatui in Orlamünde ac Cantorie in Aysfelth, ac Custodie in Clöden, & Scolastrie in Schlieben, & officio in Schmitberg, ac prime Capelle Cemiterij, secunde in Schalcken, tertie in Libenwerde, quarte in Weyder, quinte Prebendis in Jessen Parrochiales Ecclesias hujusmodi, quovis modo & ex cujuscunq; persona seu per liberas resignationes quorumvis de illis extra Romanam Curiam, etiam coram Notario publico & testibus, sponte factas, aut constitutionem felicis recordationis Johannis pp. XXII. Predecessoris nostri, que incipit: Execrabilis; vel assecutionem alterius beneficij Ecclesiastici ordinaria auctoritate collati vacent, etiamsi tanto tempore vacaverint, quod earum collatio juxta Lateranensis Statuta Concilij ad sedem predictam legitimè devoluta, ipseq; Parrochiales Ecclesie, & Capella dispositioni Apostolice specialiter reservata existant, & dicta capella cura immineat animarum, super eis quoq; inter aliquos lis cujus statum presentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa, dummodo tempore, dararum presentium non sit in eis alicui specialiter jus quesitum, cum omnibus juribus & pertinentijs suis, auctoritate & tenore premissis perpetuo unimus annectimus & incorporamus, ita quod liceat Præposito, Archidiacono, Cantori, Custodi, Scolastico, Syndico & quinq; Canonicis, Canonicatus & Prebendas hujusmodi pro tempore obtinentibus, præfatis corporalem possessionem Parrochialium Ecclesiarum & capellarum unitarum hujusmodi respectivè, per se vel alium, seu alios etiam propria auctoritate libere apprehendere, illarumq; fructus reditus & proventus in suos ac dignitatum officij & Canonicatuum & Prebendarum hujusmodi sic erectorum respectivè usus, & utilitatem convertere, Diœcesani

loci & cujusvis alterius licentia super hoc minimè requisita. Et insuper quod tàm pro ista prima vice, quàm quotiens dignitates officium Canonicatus & Prebendas hujusmodi erectas vacare contigerit, personarum ad illa sic vacantia electio & nominatio ad Rectorem Universitatis, Magistros in Theologia, tàm seculares, quàm religiosos Jurium & Medicinæ Doctores actu legentes, Decanum Artistica facultatis, & duos alios de facultate artium pro tempore ad Consilia deputatos, ac quinq; Canonicos in Prebendis Ducalibus pro tempore residentes: eisdem Friderico & Johanni Ducibus, & pro tempore Principi Electori facienda. Ita tamen quod ad Præposituram sic erectam, unum qui ordinariè in ipsa Universitate, ad Decanatum, qui in Decretis dominicis diebus ad Scolastriam, qui sextum librum Decretalium, aut Clementinas in Jure Canonico ad Syndicatum, Doctorem illi officio idoneum, qui librum Institutionum legere, & ad Archidiaconatum, qui in Ecclesia Collegiata prædicare, & tribus vicibus in Ebdomada in Theologia legere: ad Cantoriam, qui in Ecclesia Parrochiali prædicare festivis diebus, & etiam tribus vicibus legere, ad Custodiam qui singulis sextis feriis in Sacra Scriptura publicè disputare, Magistros in Theologia, & ad quinq; Canonicatus & Prebendas Ducales quinq; Baccalarios in Theologia, quorum primus serotinas disputationes scolarium in Artibus temptare, alij quatuor juxta ordinationem Universitatis in Philosophia in studio predicto legere obligati existant: eligere & nominare Ducibus prefatis & pro tempore Electori Imperij teneantur, & illorum sic electorum, & nominatorum præsentatio ad ipsum Principem Electorem. Institutio verò ad Cancellarium præfatum etiam pro tempore existentem, pertineat, quodq; in Ecclesia Collegiata dignitatum in congregatione verò Universitatis Ordines servare facultatum obligentur, ita

ita tamen quod utrobique Rector Universitatis, & post eum Cancellarius ante omnes locentur, ut sic per omnem modum unum Corpus ex studio & Collegio prædictis fiat & constituatur: quodq; etiam ad ipsas Parrochiales Ecclesias sicut præfertur unitas respectivè perpetui Vicarij tàm pro ista prima vice, & quotiens vicarias hujusmodi vacare contigerit, per Consilium Universitatis præfatæ hujusmodi eligi & nominari, & per Principem Electorem præsentari, & per illos ad quos institutio Rectorum ipsarum Ecclesiarum pertinuerit, instituti debeant, eisdem auctoritate & tenore etiam perpetuò statuimus & ordinamus. Et nihilominus studium, Collegium & Universitatem hujusmodi, illorumq; fundationem seu institutionem, sicut præfertur factas, approbamus & confirmamus, supplemusq; omnes & singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, nec non Universitati: Collegio, illorumq; Magistris, Doctoribus, Scolaribus & alijs personis ejusdem, quod omnibus & singulis privilegijs, indulgentijs, prærogativis, exemptionibus, honoribus, gratijs, concessionibus, favoribus & indultis, quibus alia studia & eorum Magistri, Doctores, Scolares & aliæ personæ utuntur, potiuntur & gaudent, seu uti potiri, gaudere poterunt, quomodolibet in futurum uti, potiri & gaudere pariformiter, & absq; ulla differentia liberè & licite valeant, concedimus & indulgemus. Non obstantibus voluntate nostra prædicta ac felicis recordationis BONIFACII pp. VIII. etiam Prædecessoris nostri, & alijs Apostolicis Constitutionibus, nec non dictæ Ecclesiæ Collegiatæ etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consvetudinibus contrarijs quibuscunq;. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dictæ sedis vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibi-

tionem, reservationem & decretum, vel aliàs quomodolibet sit processum, quas quidem litteras & processus habitos per easdem, & inde secuta quæcunq; ad Parrochiales Ecclesias & Capellam prædictas sic unitas volumus non extendi: sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuslibet alijs privilegijs, indulgentijs & literis Apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunq; tenorum existant, quæq; præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat, quomodolibet vel differri, & de quibus quorumq; totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Volumus autem quod propter unionem, annexionem, & incorporationem, prædictæ Parrochiales Ecclesiæ & Capellæ hujusmodi, debitis non fraudentur obsequijs, & animarum cura eis, & si qua Capellæ hujusmodi imineat nullatenus negligatur. Sed eorum congrue supportentur onera consueta. Et insuper nunc irritum decernimus & inane, si secus super his à quoq; quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, erectionis, unionis, annexionis, Incorporationis, statuti, ordinationis, approbationis, Confirmationis, Concessionis, indulti, voluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis DEI ac Beatorum PETRI & PAULI, Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum PETRUM. Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quingentesimo septimo. Duodecimo Kl. Julij.

Pontificatus nostri Anno quarto CCCCL.

Jr de Ghinuccijs P. Ghin. *V. de Phano.*

S. de Salza pro annata fl. vj. gr. 1.

Adepæ

A de Bucca CCCCL bellis F. de Imre.

CONFIRMATIO UNIVERSITATIS A RAYMUNDO CARDINALI.

RAYMUNDUS, MISERATIONE divina sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Sanctæ Mariæ novæ Presbyter, Cardinalis Gurcensis ad universam Germaniam, Daciam, Suetiam, Norwegiam, Frisiam, Prussiam, omnesq; & singulas illarum Provincias, Civitates, terras, & loca etiam sacro Romano Imperio in ipsa Germania subjecta, ac eis adjacentia Apostolicæ sedis de latere Legatus. Ad perpetuam rei memoriam, ex injuncto nobis à sancta sede Apostolica Legationis officio, intra nostræ mentis Archana revolventes, quam sustineat sancta mater Ecclesia propter Doctorum virorum carentiam graves jacturas, Ad ea libenter intendimus. Perq; multiplicatis studijs, sine quibus scientiæ acquiri non possunt bonorum virorum disciplinis sacrarum literarum & aliarum artium insudare cupientium, intentio ad debitum deducatur effectum, per quos tandem utrq; Respublica Autore Domino rectè possit gubernari. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Illustrissimi Principis Friderici Saxoniæ Ducis sacri Romani Imperij Electoris petitio continebat, quod cum ipse aliàs proindè attenderet quam multiplicem fructum in DEI Ecclesia & rebus nostræ Religionis bene dirigendis: Viri literati afferre & producere possint, ex singulari zelo ad literarum studia Universitatem quatuor facultatum generalem, in oppido Wittemberg, Brandenburgens. Dioces. suæ Ditioni subjecto, per dilectum nostrum Invictissimum MAXIMILIANUM Romanorum Regem, &, ex illius certa scientia fundari, erigi, & Imperiali seu regio,

gio, privilegio, Autorisari obtinuit: prout in literis ipsius MAXIMILIANI Regis ritè desuper confectis plenius dinoscitur contineri. Et sicut eadem subjungebat petitio: Universitas quatuor facultatum generalis in dicto loco divina assistente gratia in solennitatibus, ac juribus & insignijs debitis erecta, Autore domino notabile susceperit, & majus in futurum speretur suscipere Incrementum. Verùm si fundationi & erectioni Regiæ, etiam Apostolici splendoris lumen accederet, Commoditatibus dictæ Universitatis, quibus perpetuis futuris temporibus tanquam firmo fundamento persistere posset, plurimum consuleretur. Ideò pro parte dicti Friderici Ducis & Principis Electoris, nobis fuit humiliter supplicatum.

Quatenus sibi pro dicti studij Manutentione oportunè consulere Auctoritate nostra Legationis dignaremur. Nos igitur qui à teneris annis sacrarum literarum, & aliarum artium disciplinis intenti, votis illis per quas virtutum & artium studia promoventur, libenter annuimus dicti Friderici Ducis supplicationibus inclinati fundationem & erectionem ac Regias desuper literas confectas prædictas, & prout illas concernunt. In eis contenta, & inde secuta quæcunq; cum omnium tàm juris quàm facti defectuum suppletione, si qui forsan intervenerint, in eisdem Auctoritate Legationis qua fungimur in hac parte autorisamus, confirmamus, ratificamus & approbamus. Ac præsentis scripti perpetuo præsidio communimus. Dantes & concedentes Rectori, quatuor facultatum, Decanis ac Doctoribus & Magistris Universitatis prædictæ, legendi, disputandi & Doctorales Magistrales q; & alios actus exercendi, Instar Universitatum in literis Regijs specificatarum plenariam facultatem, unà cum quorumcunq; officiorum & officialium necessariorum ordinatione & deputatione, cum Actibus & exercitijs, quibuscunq; ad solennem Universitatem quomodolibet opportunis, decer-

decernentes nihilominus eadem Auctoritate, Quod Universitas illa Ipsius q. Rector, quatuor facultatum Decani, Doctores, Licentiati, Magistri Baccalarij & Scolares, omnibus & singulis Privilegijs Juribus & Indultis tàm quoad actus Prælationis & præeminentiæ: ac officij dictæ Universitatis, respectivè eorum quemlibet juxta conditionem sui gradus concernentes: quam dignitates cæteras & Beneficia Ecclesiastica obtinenda, quibus cæteri aliarum in Regijs literis designatarum Universitatum Rectores, Decani, Doctores, Magistri, Baccalarij & Scolares utuntur, potiuntur & gaudent. Ipsi quoq. & eorum in dicto studio successores perpetuis temporibus uti, potiri & gaudere possint, & valeant pronunc & infuturum. Quocirca dilectis nobis in Christo Præceptori Domus Sancti Anthonij in Liechtemberg, & perpetuo dicti oppidi Wittembergens. Ac officiali Brandeburgens. per hæc scripta mandamus. Quatenus vos vel duo aut unus vestrum; per vos vel alium seu alios dictis, Rectori, Decanis, Doctoribus, Licentiatis, Magistris Baccalarijs & Scolaribus in præmissis efficacis defensionis auxilio assistentes: Non permittatis eos contra concessionem, & confirmationem nostram hujusmodi quomodolibet molestari, Invocato etiam adhoc si opus fuerit Auxilio brachij secularis. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus in Provinciahibus & Synodalibus editis concilijs generalibus vel specialibus, cæterisque contrarijs, quibuscunq. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane: si secus super his à quoquam nobis inferiori qnavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit, attemptari. In quorum fidem præsentes literas fieri, nostrique sigilli jussimus appensione communiri. Dat. Magdeburg, Anno incarnationis Dominica, Millesimo, Quingentesimo secundo. Quarto Non Februarij. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Alexandri divina providentia Papæ Sexti. Anno undecimo.

CONFIRMATIO UNIVERSITATIS WITTENBERGENIS ALIA, A RAYMUNDO CARDINALI.

RAIMUNDUS, MISERATIONE DIVINA SacroSanctæ Romanæ Ecclesiæ &c. Sanctæ Mariæ novæ Presbyter, Cardinalis Gurcensis, Ad Universam Germaniam, Daciam, Sueciam, Norwegiam, Frisiam, Prussiam, omnesq; & singulas illarum Provincias Civitates, terras & loca etiam sacro Romano Imperio in ipsa Germania subjecta, ac eis adjacentia, Apostolicæ sedis de Latere Legatus, dilectis nobis in Christo Rectori, Doctoribus & Magistris insignis Universitatis oppidi Wittenbergen. Brandenburgen. Diœcesis. Salutem in Domino. Præclara virtutum merita, quibus apud nos fide digno commendamus testimonio. Nos inducunt, ut ea vobis favorabiliter concedamus quæ vestris commoditatibus conspicimus fore oportuna, sane pro parte vestra nobis porrecta petitio continebat, Quod licet Universitas vestra Regia Auctoritate ritè erecta. Et per nos nostræ Legationis auctoritate approbata fuerit & Auctorisata. Dubitetis tamen certis de causis erection: nec non approbation & Autorisation: easdem, quoad personas in sacris literis & de jure Pontificis promovendas, absq; speciali sedis Apostolicæ auctoritate non sufficere, nobis supplicari feciſtis. Quatenus vobis super his per literas specialis facultatis eadem Auctoritate Apostolica nobis concessa, providere dignaremur. Nos volentes vos præmissorum meritorum vestrorum intuitu, favore prosequi gratioso vestris in hac parte supplicationibus inclinati. Quacunq; in sacrarum literarum & Juris Canonici facultatibus prædictis, quo ad graduum Collationem, & alias qualitercunq; Acta, facta & gesta Apostolica, qua per literas specialis facultæ-

cultatis Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Alexandri divina providentia Papæ sexti, fungimur, in hac parte confirmamus & ratificamus, Et vobis quod deinceps Legatione nostra, & eisdem literis specialis facultatis durantibus: In dictis duabus facultatibus illos, quos prævio examine idoneos repereritis. In Baccalarios & Doctores juxta vestras Ordinationes cum omnibus & singulis privilegijs & indultis, juxta gradus qualitatem promovere. Aliosque actus oportunos instar aliarum solemnium Universitatum facere & exercere possitis & valeatis liberè & licitè. Cujuscunq; alterius Licentia, sedis Apostolicæ Auctoritate semper salva, minimè requisita. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis. Nec non in Provincialibus & Synodalibus editis Concilijs generalibus vel specialibus quibuscunq;. In quorum fidem præsentes literas fieri nostriq; sigilli jussimus appensione communiri. Datt. Magdeburgæ, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo secundo, Quarto Non. Februarij. Pontf. Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Alexandri divina providentia Papæ Sexti Anno Undecimo.

Jo Bernelt.

CONSERVATORIUM
JULII PAPÆ.

JULIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI, venerabilibus fratribus Misnens. & Brandenburgens. Episcopis, ac dilecto filio Abbati Monasterij Salfeldens. Moguntin. diœces. Salutem & Apostolicam benedictionem. Militanti Ecclesiæ licet immeriti disponente Domino, Præsidentes, circa curam personarum quarumlibet solertia reddimur indefessa soliciti, ut juxta debitum Pastoralis officij eorum occurramus dispendijs, & profectibus divina cooperante clementia salubriter intendamus. Sanè dilectorum filiorum universorum Rectoris, Doctorum Magistrorum & Scolarium Universitatis studij generalis in Wittenberg. Brandenburgen. diœces. Conquestione percepimus, quod nonnulli ArchiEpiscopi, Episcopi, alijq; Ecclesiarum Prælati & Clerici ac Ecclesiastica personæ tàm religiosæ, quàm seculares, nec non Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites & Laici: Communia Civitatum, Universitates Oppidorum, Castrorum, Villarum, & aliorum locorum, ac aliæ singulares personæ civitatum, & diœces. ac aliarum partium diversarum occuparunt & occupari fecerunt, Castra, villas & alia loca, terras, domos, possessiones, Jura, privilegia & jurisdictiones, nec non fructus, census, reditus & proventus dictæ Universitatis, & nonnulla alia bona mobilia & immobilia, spiritualia & temporalia, ad Rectorem, Doctores Magistros, & Scolares, nec non Universitatem prædictos spectantia, & ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus præstant auxilium & favorem, nonnulli etiam Civitatum, Diœces. & partium prædictarum, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, eisdem Rectori, Doctoribus Magi-

Magistris, Scolaribus & Universitati super predictis Castris, Villis & locis aliis terris, Domibus, possessionibus, juribus & jurisdictionibus, fructibus, censibus, reditibus & proventibus eorundem, & quibuscunq; aliis bonis mobilibus & immobilibus, spiritualibus & temporalibus, ac aliis rebus ad eosdem Rectorem, Doctores, Magistros & Scolares ac Universitatem spectantibus, multiplices molestias & injurias inferunt ac jacturas. Quare dicti Rector, Doctores, Magistri & Scolares nobis humiliter supplicarunt, ut cum eis valdè reddatur difficile pro singulis querelis ad Apostolicam sedem habere recursum, providere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur, adversus occupatores, detentores, presumtores, molestatores, & injuriatores hujusmodi illo volentes eisdem Rectori, Doctoribus, Magistris, Scolaribus & Universitati remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas & aliis aditus Committendi similia precludatur, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, etiam si sint extra locum in quibus deputati estis Conservatores & Judices prefatis Rectori, Doctoribus Magistris, Scolaribus & Universitati, efficatis defensionis, præsidio assistentes, non permittatis, eosdem super his, & quibuslibet aliis bonis ac juribus ad Rectorem, Doctores, Magistros, & Scholares, ac Universitatem predictos spectantibus ab eisdem vel quibusvis aliis indebite molestari, vel eis gravamina vel damna seu injurias irrogari, facturi dictis Rectori, Doctoribus Magistris, Scolaribus & Universitati, cum ab eis vel Procuratoribus suis: aut eorum aliquo fueritis requisiti de predictis, & aliis personis quibuslibet super restitutione hujusmodi castrorum, villarum, terrarum & aliorum locorum jurium, privilegiorum, jurisdictionum ac bonorum mobilium

& immobilium, redituum quoque ac proventuum, & aliorum quorumcunq; bonorum, nec non de quibuslibet molestijs, injurijs atq; damnis præsentibus & futuris, in illis videlicet, quæ judicialem requirant indaginem summarie, & de plano, sine strepitu & figura judicij, in alijs verò prout qualitas exegerit justitiæ complementum, occupatores seu detentores, præsumtores molestatores & injuriatores hujusmodi nec non contradictores quoslibet & rebelles; cujuscunque dignitatis gradus status, ordinis vel conditionis extiterint, quandocunq; & quotiescunq; expedierit auctoritate vestra per censuram Ecclesiasticam appellatione post posita compescendo, invocato etiam adhoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Et nihilominus legitimo super his habendis servatis processibus: Illos quos censuras & pœnas per vos pro tempore latas incurrisse constiterit, quotiens opus fuerit iteratis aggravare curetis. Caterum si per summariam informationem super his per nos habendam, nobis constiterit, quod ad loca, in quibus occupatores, detentores præsumptores, molestatores, & injuriatores hujusmodi ac alios quos præsentes literæ concernunt pro tempore evocare contigerit pro monitionibus ipsis & citationibus de eis faciendis tutus non pateat accessus. Nos vobis citationes & monitiones quaslibet per Edicta publica locis affigenda publicis & partibus illis vicinis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad notitiam citatorum & monitorum hujusmodi pervenire valeant: faciendi plenam & liberam concedimus tenore præsentium facultatem: ac volumus, & præfata auctoritate decernimus quod monitiones ac citationes hujusmodi sic factæ perinde citatos & monitos arcent, ac si eis personaliter insinuatæ & intimatæ extitissent. Non obstantibus tàm felicis recordationis Bonifacij Pp. VIII. Prædecessoris nostri, in quibus cavetur, ne aliquis extra suam

Civita-

Civitatem & diœcesim nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam à fine suæ diœcesis ad judicium evocetur: seu me Judices & Conservatores à sede prædicta deputati extra Civitatem & diœcesim in quibus deputati fuerint contra quoscumq; procedere: seu alij vel alijs vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam à fine Diœcesis eorundem trahere præsumant, & de duabus dietis in Concilio generali edita, quomodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur: seu quod de alijs quam de manifestis injurijs & violentijs, ac alijs quæ judicialem requirunt indaginem: pœnis in eos si secus egerint, & ad id procurantes adjectis Conservatores se nullatenus intromittant, quam alijs quibuscumq; Constitutionibus à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tàm de judicibus delegatis & conservatoribus quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, aut alijs editis, quæ nostræ possent in hac parte jurisdictioni aut potestati ejusq; libero exercitio quomodolibet obviare. Aut si aliquibus communiter vel divisum à prædicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari: seu extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem: & eorum personis locis ordinibus & nominibus propris & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali cujuscumq; tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non incertam nostræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cujusq; toto tenore de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Et insuper volumus & præfata auctoritate decernimus quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans

choans nullo fuerit impedimento Canonico præditus. Quodque à dato præsentium sit vobis & unicuiq; vestrum in præmissis omnibus & eorum singulis ceptis & non ceptis, præsentibus & futuris perpetuata potestas & jurisdictio attributa: ut eo vigore, eaq; firmitate possitis in præmissis omnibus ceptis & non ceptis, præsentibus & futuris & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia & singula coram vobis cepta fuissent & jurisdictio vestra & cujuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem & modum alium perpetuata legitimum extitisset, constitutione prædicta super Conservatoribus & alia qualibet in Contrarium edita non obstante: præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Dat. Bononiæ Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexto, duodecimo Kl. Januarij. Pontificatus nostri Anno quarto.

C. V. de Phanf.

A. Vives. L. purrus

P. Fortis. R. Ciselius.

Jo Poggius. M. Vœga.

Ca de parras. P. Gomiel.

De Palonjus.

SUB-

SUB CONSERVATORIUM EPISCOPI BRANDENBURGENSIS.

HIERONYMUS DEI ET APOSTOLICÆ *sedis gratia Ecclesiæ Brandeburgen. Episcopus, Judex & Conservator Jurium, Privilegiorum & libertatum venerabilium & egregiorum. Virorum Dominorum Rectoris, Magistrorum, Doctorum & Scolarium Almæ Universitatis Studij Wittebergen. à sede Apostolica concessorum, una cum nostris in hac parte Collegis infra scriptis cum clausula. Quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios. A dicta sede Apostolica specialiter deputatus, venerabilibus & circumspectis, ac egregijs viris Dominis Præposito, Decano, Cantori & Custodi Ecclesiæ Collegiatæ Wittenbergen. nostræ Brandenburgens. Diœces. Nobis in Christo devotis & sincerè dilectis salutem in Domino sempiternam & præsentibus fidem indubiam adhibere. Nostrisq; hujusmodi. Imò vertus Apostolicis formiter obedire mandatis. Literas sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Julij divina providentia, Papæ secundi, ejus vera Bulla plumbea cum cordula canapi more Romanæ curiæ sub impendente sigillatas, sanas integras & illæsas. Non viciatas, non cancellatas, neq; in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspitione carentes. Nobis pro parte præfatorum Dominorum Rectoris, Magistrorum & Scolarium Universitatis studij Wittenbergens. præsentatas: nos cum ea, qua decuit reverentia noveritis recepisse hujusmodi sub tenore. JULIUS EPISCOPUS, Servus Servorum DEI &c.* (Hic insertum est, integrum Privilegium, quod repete ex præcedente Conservatorio Julij Papæ.) *Post quarum quidem literarum Apostolicarum præsentationem & receptionem.*

Nobis & per nos ut præmittitur factas, fuimus pro parte præfatorum Dominorum, Rectoris, Magistrorum, Doctorum & Scolarium Universitatis studij generalis Wittenbergensis, debita cum instantia requisiti. Quatenus ad executionem dictarum literarum Apostolicarum procedere dignaremur: ac curaremus juxta traditam nobis formam, sed quia nos tàm nostris quàm Ecclesiæ nostræ negotijs legitimè præpediti executioni hujusmodi ad præsens inter esse non valemus. Idcircò ne propter hoc earundem literarum Apostolicarum executio retardetur, de peritia circumspectionibus & legalitatibus vestris plurimùm confisi. Auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissa, quoad præfatarum literarum Apostolicarum & in eis contentorum executionem, vobis Dominis, Præposito, Decano, Cantori & Custodi Ecclesiæ Collegiatæ Wittebergensis supra dictis, & vestrum cuilibet insolidum in hac parte vices nostras committimus, donec eas ad nos, in toto vel in parte duxerimus revocandas. Mandantes vobis cum præsentibus requisiti fueritis, aut alter vestrum fuerit requisitus, ita tamen quod unus vestrum alium non expectet, nec alter per alterum se excuset, procedatis, & quilibet vestrum procedat juxta traditam à sede Apostolica nobis formam, ac aliàs prout de jure fuerit procedendum; In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentes nostras subdelegationis literas: sivè præsens publicum instrumentum exinde fieri, ac per Notarium publicum Scribamq; nostrum infra scriptum subscribi & publicari mandavimus, nostriq; sigilli jussimus & fecimus appensione communiri. Actum & Datum Berlin in Aula nostra Episcopali, Anno Domini millesimo quingentesimo octavo. Indictione undecima, Die verò Martis, septima mensis Martij hora vespertina, vel quasi Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini JULII, divina providentia

Papæ

Papæ secundi, Anno quinto, præsentibus ibidem venerabilibus & circumspectis viris Dominis Petro Diricken, Decano. Nicolao Brosicken, Thesaurario Ecclesiæ Kathedralis Brandenburgensis & Andrea Huth, Præsbytero vice plebano in Cotbuß Misnen. Diœcesis. ac alijs quam pluribus fide dignis testibus ad præmissa specialiter rogatis.

Et Ego JOHANNES DALHAUSENN, *Clericus Havelbergensis Diœcesis. publicus sacra Imperiali auctoritate Notarius, quia præfertarum literarum Apostolicarum præsentationi & receptioni, requisitioni & subdelegationi, omnibusq; alijs & singulis supra scriptis dum sic ut præmittitur fierent & agerentur una cum prænominatis testibus præsens interfui, Eaq; sic fieri vidi & audivi, ac in notam sumpsi, ideoq; hoc præsens publicum instrumentum sivè præsentes subdelegationes literas, manu mea propria conscriptas exinde confeci, subscripsi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi signoq; & nomen meis solitis & consuetis una cum præfati Reverendi Patris & Domini, Domini Hieronymi Episcopi Brandeburgensis Judicis & Conservatoris appensione sigilli de ipsius mandato consignavi, rogatus & requisitus.*

CONSERVATORIUM ABBATIS SALVELDENSIS.

GEORGIUS *Dei Gratia Abbas Monasterij Sancti Petri & Salveldensis Ordinis Sancti Benedicti, Moguntinens. diœc. Judex & Conservator jurium privilegiarum & libertatum rerum & bonorum Magnifici venerabilium & honorabilium virorum Dominorum Rectoris, Doctorum, Magistrorum & Scolarium Almæ Universitatis studij Wittenbergens. Brandenber-*

genſ. Diœceſ. unà cum certis noſtris in hac parte Collegis cum illa clauſula: Quatenus vos vel duo aut unus veſtrum per vos vel alium ſeu alios &c. ſpecialiter deputatus à ſancta ſede Apoſtolica. Venerabilibus & circumſpectis viris Dominis Præpoſito, Decano, Scholaſtico & Cantori Collegiatæ Eccleſiæ Omnium Sanctorum in Wittenberg, Ac Decano Collegiatarum Eccleſiarum in Zerbſt dictæ Brandenburgen. Diœc. Et veſtrum cuilibet inſolitum, Salutem in Domino, & in commiſſis diligentiam debitam adhibere, noſtrisq; hujusmodi immò verius Apoſtolicis firmiter obeaire mandatis. Literas ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Julij divina providentia Papæ ſecundi: ejus vera bulla plumbea cum cordula canapis more Romanæ Curiæ impendentis bullatas ſanas & integras non vitiatas, non cancellatas, neq; in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpitione carentes Nobis pro parte præfatorum Dominorum, Rectoris, Doctorum, Magiſtrorum & Scolarium Univerſitatis ſtudij Wittenbergenſis præſentatas. Nos cum ea qua decuit reverentia recepiſſe noveritis hujusmodi ſub tenore JULIUS Epiſcopus Servus Servorum DEI venerabilibus fratribus Miſnenſibus & Brandenburgenſibus Epiſcopis ac dilecto filio Abbati Monaſterij Salffeldenſis, Moguntin. Diœc. Salutem & Apoſtolicam benedictionem: Militanti Eccleſiæ licet immeriti, diſponente Domino Præſidentes, circa curam perſonarum quarumlibet ſolertia reddimur indefeſſa ſolliciti, ut juxta debitum Paſtoralis officij eorum occurramus diſpendijs & profectibus divina cooperante clementia ſalubriter intendamus. Sanè dilectorum filiorum univerſorum Rectoris, Doctorum, Magiſtrorum & Scolarum Univerſitatis ſtudij generalis in Wittenberg Brandenburgenſi Diœceſ. conqueſtionem percepimus, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, alijq; Eccleſiarum Prælati & Clerici ac Eccleſiaſtica perſonæ

personæ tàm religiosæ, quàm seculares: Nec non Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites & Laici, communia civitatum, Universitates, oppidorum, castrorum, villarum & aliorum locorum ac aliæ singulares personæ civitatum, Diœcesium & aliarum partium diversarum occuparunt, & occupari fecerunt. Castra, villas & alia loca, terras, domos, possessiones, Jura, privilegia & Jurisdictiones. Nec non fructus, reditus, census & proventus dictæ Universitatis, & nonnulla alia bona mobilia & immobilia, spiritualia & temporalia, ad Rectorem, Doctores, Magistros & Scolares. Nec non Universitatem prædictos spectantia, & ea detinent indebitè occupata: seu ea detinentibus præstant auxilium, Consilium & favorem. Nonnulli etiam Civitatem & Diœcesin ac partium prædictarum, qui nomen Dominini invanum recipere non formidant, eisdem Rectori, Doctoribus Magistris & Scolaribus ac Universitati super prædictæ castris, villis & locis, alijs terris & domibus, possessionibus, juribus & jurisdictionibus fructibus, censibus, reditibus & proventibus eorundem & quibuscunq; alijs bonis mobilibus & immobilibus, spiritualibus, temporalibus ac alijs rebus ad eosdem Rectorem, Doctores, Magistros & Scolares ac Universitatem spectantibus, multiplices molestias & injurias inferunt ac jacturas. Quare dicti, Rector, Doctores, Magistri & Scolares nobis humiliter supplicarunt, ut cum eis reddatur valdè difficile pro singulis querelis ad Apostolicam sedem habere recursum: providere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adversus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores & injuriatores hujusmodi, illo volentes eisdem Rectori, Doctoribus, Magistris, Scolaribus & Universitati remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, & alijs aditus committendi similia precludatur. Discretioni vestræ per Apostolica scripta man-

pra mandamus. Quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, etiamsi sint extra loca, in quibus deputati sunt Conservatores & judices, prafatis Rectori, Doctoribus, Magistris Scholaribus & Universitati efficacis defensionis prasidio assistentes. Non permittatis eosdem super bis & quibuslibet alijs bonis ac juribus ad Rectorem, Doctores, Magistros & Scolares ac Universitatem predictos spectantibus, ab eisdem vel quibusvis alijs indebitè molestari, vel eis gravamina vel damna, seu injurias irrogari facturi dictis Rectori, Doctoribus, Magistris Scolaribus & Universitati, cum ab eis vel Procuratoribus suis aut eorum aliquo fueritis requisiti de predictis & alijs personis quibuslibet, super restitutione hujusmodi Castrorum, villarum, terrarum & aliorum locorum, Jurium privilegiorum, Jurisdictionum ac bonorum mobilium & immobilium redituum quod, & proventuum & aliorum quorum cunq, bonorum. Nec non de quibuslibet molestijs injurijs atq, damnis prasentibus & futuris in illis videlicet, que juditialem requirunt indaginem summarie & de plano sive strepitu & figura juditij, in alijs verò prout qualitas exegerit justitia complementum, occupatores seu detentores, presumptores, molestatores & injuriatores hujusmodi, nec non Contradictores quoslibet & rebelles cujuscunq, dignitate status, gradus, ordinis vel conditionis extiterint, quandocunq, & quotiescunq, expedierit auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo invocato etiam adhoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Et nihilominus legitimis super bis habendis servatis processibus, illos quos censuras & pœnas per vos pro tempore latas incurrisse constiterit, quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggravare curetis. Caterum si per summariam informationem super bis per vos habenda vobis constiterit, quod ad loca in quibus occupatores, detentores,

presum-

præsumptores, molestatores & injuriatores hujusmodi & alios quos præsentes literæ concernunt, pro tempore evocare contigerit pro monitionibus ipsis & citationibus de eis faciendis tutus non pateat accessus. Nos vobis citationes & monitiones quaslibet per edicta publica locis affigenda publicis, & partibus illis vicinis de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad notitiam citatorum & monitorum hujusmodi, pervenire valeant faciendi plenam & liberam concedimus tenore præsentium facultatem, ac volumus & præfata auctoritate decernimus, quod monitiones & citationes hujusmodi sic factæ, perindè citatos & monitos arctent, ac si eis personaliter insinuatæ & intimatæ extitissent, non obstantibus tàm felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, in quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem & Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam, à fine suæ Diœces. ad judicium evocetur: seu ne judices & conservatores à sede deputati prædicta extra Civitatem & Diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, seu alij vel alijs vices suas committere. Seu aliquis ultra unam dietam à fine Diœc. eorundem trahere præsumant & de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis auctore præsentium non trahatur. Seu quod de alijs, quàm dè manifestis injurijs & violentijs, ac alijs, quæ requirunt judicialem indaginem, pœnis in eos si secus egerint, & in id procurantes adjectis Conservatores se nullatenus intromittant, quàm alijs quibuscunq; constitutionibus à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tàm de judicibus delegatis & conservatoribus, quàm personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, ut alijs editis, quæ vestræ possent in hac parte jurisdictioni aut potestati ejusq; libero exercitio quomodolibet obviare, aut si aliquibus communiter vel divisim à prædicta sit sede indultum, quod interdici,

terdici, suspendi vel excommunicari, seu extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & eorum personis, locis & ordinibus, & nominibus propriis, & qualibet alia dicta sedis generali vel speciali indulgentia cujuscunq; tenoris existat, perquam presentibus non expressam, vel totaliter non insertam vestræ Jurisdictionis explicatio in hac parte valeat, quomodolibet impediri, & de qua, ejusq; toto tenore, de verbo ad verbum habenda sit, in nostris literis mentio specialis. Et insuper volumus & prafata auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico prapeditus. Quodq; à dato presentium sit vobis & unicuiq; vestrum in premissis & eorum singulis captis & non captis presentibus & futuris perpetua potestas & jurisdictio attributa, uti eo vigore eaq; firmitate possitis in premissis omnibus captis & non captis, presentibus & futuris & prapredictis procedere, ac si predicta omnia & singula coram nobis capta fuissent, & jurisdictio vestra & cujuslibet vestrum in predictis omnibus & singulis per citationem & modum alium perpetuata legitimè extitisset constitutioni predicta super Conservatoribus, & qualibet alia incontrarium edita. Non obstante presentibus perpetuis & futuris temporibus valituris. Datum Bononiæ, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quingentesimo sexto, duodecimo Kalend. Januarij. Pontificatus nostri Anno quarto.

Post quarum quidem literarum Apostolicarum preinsertarum presentationem & receptionem nobis & per nos sic ut premittitur factas, fuimus pro parte predictorum Dominorum, Rectoris, Doctorum, Magistrorum & Scolarium Almæ Universitatis Studij Wittenbergensis predictæ Brandenburgensis

burgensis Diæc. in præ insertis literis Apostolicis principaliter nominatorum debita cum instantia requisiti. Quatenus ad debitam earundem literarum & contentorum in eisdem executionem procedere, & eis in omnibus & singulis causis eorum justitiæ complementum ministrare dignaremur, juxta & secundum præinsertarum literarum apostolicarum continentiam, vim, formam & tenorem. Cum igitur Nos Georgius Abbas Judex & Conservator prædictis pluribus alijs nostris & prædicti nostri monasterij multipliciter prapediti negotijs omnibus & singulis causis & negotijs ipsorum Dominorum Rectoris & Universorum Doctorum Magistrorum & Scolarium commodè personaliter intendere & interesse nequeamus. Idcircò de vestris providentijs & circumspectionibus in Domino confidentes vos Præpositum Decanum, Scolasticum & Cantorem Omnium Sanctorum in Wittenbergk, & Decanum Sancti Bartholomæi in Czerbst Ecclesiarum dictæ Brandenburgens. Diœces. Et vestrum quemlibet insolidum. In omnibus & singulis causis & negotijs præfatorum Dominorum Rectoris, Doctorum, Magistrorum & Scholarium Universitatis studij Wittenbergensis, quoad omnia & singula nobis in præinsertis literis quomodolibet demandata & commissa in locum nostrum subdelegandos, substituendos & surrogandos duximus. Ac subdelegamus, substituimus & surrogamus DEI nomine præsentium per tenorem vobisq; & vestrum cuilibet insolidum in causis & negotijs Rectoris, Doctorum Magistrorum & Scolarium prædictorum tenore præsentium committimus plenarias vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas. Vos nihilominus in Domino exhortamur, quinimò auctore Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos & vestrum quemlibet, si ea quæ vobis in hac parte committi-

mus & mandamus, neglexeritis seu distuleritis contumaciter adimplere, trium tamen dierum canonica monitionum præmissa ferimus DEI nomine in his scriptis districtè præcipientes vobis & cuilibet vestrum insolidum mandantes. Quatenus cum super hoc vigore præsentium fueritis requisiti, aut alter vestrum fuerit requisitus, dictis Dominis, Rectori, Doctoribus, Magistris & Scolaribus Universitatis studij Wittenbergensis, conjunctim & divisim in hujusmodi eorum omnibus & singulis causis & negotijs faciatis & exhibeatis, & quilibet vestrum faciat & exhibeat juxta trad tam seu directam à sancta sede apostolica in supra insertis literis apostolicis formam: debitum justitiæ complementum. Etsi contingat nos in aliquibus causis & negotijs Dominorum Rectoris, Doctorum, Magistrorum & Scolarium prædictorum communiter, vel divisim prædicta auctoritate aliquando procedere, de quo nobis potestatem plenariam reservamus. Nolumus tamen nec intendimus propter hoc commissionem nostram hujusmodi in aliquo revocare, nisi de ipsa revocatione in literis nostris spetialem & expressam fecerimus mentionem. Etiam per hujusmodi commissionem noluimus neq; intendimus nostris in aliquo præjudicare collegis, quo minus ipsi, aut eorum alter, hujusmodi tamen commissione sive subdelegatione salva remanente, possint, sive possit dicta auctoritate procedere, ubi quotiens & quando ipsis aut eorum alteri visum fuerit expedire, In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentes nostras literas, sive præsens publicum instrumentum hujusmodi nostram commissionem in se continentes sive continens: exindè fieri & per Notarium publicum Scribamq; nostrum infra scriptum subscribi & publicari mandavimus. Nostrique sigilli jussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum Salvelt in Monasterio & Abbatia nostris sub anno à Nativitate

Domini,

Domini, Milleſimo, quingenteſimo nono, indictione duodecima, die verò Mercurij, duodecima menſis Septembris, Pontificatus præfati, ſanctiſſimi Domini noſtri, Domini Julij Papæ ſecundi, Anno Sexto. Præſentibus ibidem, honorabilibus viris Dominis, Conrado Molitoris, Presbytero Bambergenſi, & Johanne Hofeman Clerico conjugato, Numburgenſis Diœc. teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Et Ego SEBALDUS CZIGLER *de Nürenberga Clericus, Bambergenſis Diœceſ. Publicus Imperiali auctoritate Notarius, præfatiq; Reverendi Patris Domini Georgij Abbatis & Conſervatoris, Executorisq; ac hujusmodi negotij coram eo Scriba, quia præinſertarum literarum apoſtolicarum præſentationi & receptioni, ſubdelegationi omnibusq; aliis & ſingulis præmiſſis dum ſic ut præmittitur fierent & agerentur una cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaq; omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi, ac in notam ſumpſi. Ex qua hoc præſens publicum Inſtrumentum manu alterius ſcriptum, ſubſcripſi, publicavi, in hancq; publicam formam redegi, ſignoq; ac nomine & cognomine meis ſolitis & conſuetis, una cum dicti Domini Georgij Abbatis Conſervatoris & Executoris ſigilli appenſione ſignavi in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum, rogatus & requiſitus.*

SUBCONSERVATORIUM PRÆPOSITI MONASTERII SANCTI MAURICII, IN SUBURBIO NUMBURGENSI.

LEo Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Præpoſito Monaſterij Sancti Mauritij per Præpoſitum ſoliti gubernari in Suburbio Numburgenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Du-

dum ſe-

dum felicis recordationis Julius Papa II. Prædeceſſor noſter ſter dilectis filijs Rectori, ac Univerſis Doctoribus, Magiſtris & Scolaribus Univerſitatis Studij generalis in Wittenbergk, Brandeburgenſ. Diœc. Contra quoscunq; inferentes eis in rebus & bonis, ac juribus ad eos ſpectantibus moleſtias vel jacturas, in forma quæ incipit: Militanti Eccleſiæ &c. Conſervatoriam perpetuis futuris temporibus duraturam conceſſit, venerabilibus fratribus noſtris tùm ſuis Miſnenſibus & Brandenburgenſibus Epiſcopis. Ac Abbati Monaſterij Salveldenſis, Moguntinenſis Diœceſ. eorum proprijs nominibus non expreſſis conſervatoribus, deputatis prout in ipſius prædeceſſoris inde confectis literis plenius continetur. Cum autem ſicut ipſi Rector, Doctores, Magiſtri & Scolares aſſerunt ex certis cauſis cupiant loco dicti Epiſcopi Brandeburgenſis, alium eis Conſervatorem deputari, pro parte Rectoris, Doctorum Magiſtrorum & Scolarium eorundem nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut loco ipſius Epiſcopi Brandeburgenſis aliquem alium Conſervatorem in partibus illis deputare, & alijs eis in præmiſſis oportune providere de benignitate Apoſtolica curaremus. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus in loco dicti Epiſcopi Brandeburgenſis contra moleſtatores & injuriatores hujusmodi procedas juxta dictarum literarum continentiam & tenorem in omnibus & per omnia perinde ac ſi in illis ab initio Conſervator deputatus fuiſſes. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo tertio decimo, quarto idus Octobris. Pontificatus noſtri Anno primo.

W. de Enckis pro Reſp. — Leo de Valtin
P. Milliuz pro comp. — D. Scaputius.
R. Majus Protonot. — Jo. de Euskirchen.

Jo Coz.

DE PROCESSU INAUGURATIONIS ACADEMIÆ HÆC REPERIUNTUR.

ANno 1502. 18. Octobris Imperante Divo Maximiliano Romanorum Rege, Pontificatu Serenissimi Domini Nostri, Domini Alexandri Sexti ejus nominis, intronisata est Academia Albiorena, adhibitis solennitatibus & apparatu honestiori, modo quo id fieri decuit. Recepta enim est à providis hujus Oppidi Consulibus cum solemni processione in arce Jonia, ubi habita elegantissima oratione à Buschio Poëta ad Consules prædictos, processum est ad sacram ædem Parrochialem divæ ~~ipsius~~ virginis DEI genetricis, in qua decantabatur solennis missa de Sancto Spiritu, factuq; est sermo ad vulgum per D. Licentiatum Nicolaum Coburgensem Plebanum in Torgau. Finita missa & officio toto præmissa invocatione S. S. in armario dictæ Parochiæ electus est Rector, Magister MARTINUS POLICHIUS Mellerstetensis, Doctor Medicinæ Lipsiensis. Ex Magistris nostris Sacræ Theologiæ Professoribus. Decanus Facultatis Theologicæ Reverendus Pater Magister Noster, Frater Johannes Stupitius Vicarius Ejusdem Ordinis, Divi Augustini heremitarum. Aderant enim subscripti Theologi, Religiosus Pater Frater Johannes de Helmstet Minister Ordinis Minorum, Reverendus Pater & D. Gosvinus de Orsoy Præceptor in Lichtenburg ac Ducalis Consiliarius & dictæ Academiæ Cancellarius designatus: Venerabilis Vir artium Magister & sacræ Theologiæ Licentiatus Lipsiensis Nicolaus Schreiber de Coburg Plebanus in Torgau, qui hanc intronisationem ~~ornare~~ & decorare conati sunt. Decanus Facultatis artium venerabilis Pater Frater Sigismundus Epp. Augustinus, & prefatus Dominus Gosvinus Cancellarius vices suas commisit prefato Magistro Martino Mellerstadio Rectori primario.

FORMULA JURAMENTI AB INITIO FUNDATIONIS PRÆSCRIPTI.

EGo N. Juro, quod contra Statum Illustrissimi Principis FRIDERICI, Ducis Saxoniæ &c. Fundatoris hujus Studij & suorum Successorum nihil moliar per me vel alium. Juro Universitati Wittembergensi fidelitatem, illius commoda pro virili promovere, incommoda impedire, Rectori in honestis obedire, Statuta & statuenda fideliter observare. Item Juro quod si fortè contigerit me ab aliquo de gremio hujus Universitatis affici injuria aliqua reali seu verbali, quod non velim me de facto, aut per me ipsum aut per alium quovis quæsito colore vindicare, sed eandem ordine judiciario coram Dominis Rectore & Reformatoribus legitimè prosequi. Item Juro quod si (quod absit) in aliquo delicto deprehensus aut infamatus fuero, de quo Dominis Rectori & Reformatoribus verè aut præsumptivè constare poterit, Quod tunc ad dictamen & justionem ejusdem Domini Rectoris, Dominorum & Reformatorum illicò Civitatem & Universitatem istam exire velim, meq; ad Lares paternos seu Amicorum recipere, neque pedem hinc movere, donec veniam seu gratiam à præfatis Dominis desuper obtinuero, Universitatique reconciliatus fuero. Ut me Deus adjuvet.

Juramen-

Juramentum hodiè præstandum ijs, qui matriculæ Academiæ Wittebergensis sua dant nomina, inq; numerum Studiosorum recipiuntur.

Ego N. N. juro;

Quòd tibi hujus semestris Rectori, & omnibus, qui successuri sunt Rectoribus, in omnibus rebus, quibus possum ac debeo, quàmdiu discendi causa in hac Academia versaturus sum, obedientiam præstare velim.

Secundò, toto illo tempore, leges & statuta Academiæ, tàm ea, quæ jam sancita sunt, quàm quæ deinceps legitimè promulgabuntur, studiosè servabo.

Tertiò, si quâ injuriâ affectus fuero, neq; ipse, neq; per alium quemcunq; ulciscar me ipsum, sed Rectoris auxilium implorabo, & justè persequar jus meum.

Quartò, ex Arresto, si quod Rector mihi denunciaverit, neq; ipse discedam, neq; res meas amovebo.

Quintò: si contingat, ut propter aliquod delictum meum (quod avertat Deus) vel relegationis, vel exclusionis pœnâ afficiar, constituto die ex urbe discedam.

ITA ME DEUS ADJUVET.

LEGES ACADEMIÆ WITTEBERGENSIS, DE STUDIIS ET MORIBUS STUDIOSORUM.

I.

Ἀρχὴν ἁπάντων τὸν θεὸν ποιεῖσθαι χρεών, inquit Græcus Pater. Hoc subinde cogitent Scholastici nostri, & rerum agendarum principium ac finem Deum faciant: Nec modò sacra publica assiduè ac devotè obeant, sed & ubiq; Deum purâ ac religiosâ mente colant, vereantur, & innocentes ipsi allegent preces, ut

ces, ut adesse probis conatibus, & studia eorum feliciter velis prosperare. Quumq; sobrietas revera custos pietatis sit, antistita sapientiæ, alumna doctrinæ; ideircò sobriè castèq; se gerant, atque in omni vita innocentiam & sanctitatem profiteantur.

2. Magistratus ac Præceptores suos eà, quà par est, observantiâ, honoreq; prosequantur, ijsq; sine murmure, sine contumaciâ morem gerant: memores, eos parentum haberi instar; imò supra ipsos parentes ferè esse, ut Alexander existimabat.

3. Cum civibus placidè & tranquillè vitam agitent, ab omnibus rixis, injurijs, convitijs abstinentes. Ut enim ordine inferiores sint, tamen Resp. ijs carere non potest. Quid, quòd nihil durius sit, quàm hospiti suo malam gratiam referre?

4. Ipsi quoq; amicè placideq; vivant, & velut concinnant inter se, tanquam unius corporis membra. Neque enim bruta animalia in sui generis bestias ferocire videmus.

5. Simul atq; quis venerit in Academiam, nomen suum apud Rectorem in Album Studiosorum inscribendum profiteatur, inq; Leges Academicas, nisi minor XVIII. annis fuerit, juret. Qui non fecerit, ei convictus denegabitur & habitatio (neque enim cuiquam eorum fiet copia, nisi justo documento probaverit se in Studiosorum numerum ritè cooptatum esse) quin, si de eo constiterit, Magistratui oppidano, tanquam illegitimus Civis, addicetur.

6. Vocatus ad Magistratum qui comparere noluerit, vel alligatus aresto injussu Rectoris discesserit, aut alio quovis modo ipsi restiterit, ejusvè autoritatem detrectarit, sivè etiam perjurium fecerit, infamis esto.

7. Si quid agendum ad Magistratum, vel totius corporis Scholastici, vel nationis cujusdam, certè plurium nomine, id paucis delegetur: nam facto agmine ad Rectorem accedere, vetitum esto.

8. Boatus illi, clamoresq; Stentorei, atq; nocturnæ grassationes, prorsus interdictæ sunto. In eo crimine qui deprehensus fuerit, carcere pœnam luat.

9. Gestare gladios, quocunq; tempore aut colore id fiat, nefas

nefas esto: qui gestaverit, armis excidet, & multâ pecuniariâ, aut carcere punietur. Præfracte resistens, relegabitur.

10. Ignitos globos, quas raquetas vocant, intra aut prope urbem jaculans, Relegatione feriatur.

11. Qui factiones moliri præsumserit atq; tumultûs concitare, quibus pax & securitas turbetur publica, cum nominis infamiâ excludatur; vel etiam, pro delicti modo, capitali plectatur pœnâ.

12. Ædificijs publicis, ut Arci, Collegijs, Curiæ &c. vim inferre, capitale esto. Privatorum verò qui ædes violat, sive lapidatione fenestrarum, sive forium effractione, relegetur vel excludatur.

13. Qui feras persequi instituerit, dejicereq; aut capere, supremi magistratus animadversionem incurret.

14. Famosos libellos, & mala carmina spargere, vel dictis petulantibus amarisq; convitijs sauciare aliorum famam, vetitum esto. Qui fecerit, relegetur.

15. Exagitare novitios, compotationes exposcere, aut alias quasvis exactiones illicitas in illos usurpare qui ausus fuerit, vel relegetur vel excludatur.

16. Dimicationes omnes atque duella vetita sunto. Qui provocaverit alterum, is altero tantò majore pœnâ puniatur. Utriq; autem, & qui provocaverit, & qui steterit, Relegationis pœna irrogetur.

17. Bacchinalia, & personatas pompas, in paganorum morem celebrare, sub relegationis, imò & Exclusionis, pœna vetitum esto.

18. Nemo in Albi lavet, aut natationes instituat: qui fecerit, pœna arbitrariâ punietur.

19. Nemo depopuletur hortos agrosq;, olera, poma aut alios fructus amovens: qui fecerit, satis gravi pœnæ subjicietur.

20. Nuptiarum solennibus si quis interfit, verecundè, honestè & graviter se gerat, procul omni lasciviâ & petulantia: cui tùm alibi, tùm in choreis præcipuè esse locus potest.

21. Vestis & cultus honestus sit & decens, citraq; luxuriam, & levitatem.

22. A faciéndis temerè nominibus, quantùm potest fieri, sibi sedulò caveant Scholastici; ea verò quæ honestè contraxerint debita, bona fide solvant.

23. In solvendis debitis eorum cumprimis rationem habeant, quæ pro victu debentur. Si illa scilicet necessitate aliquâ contracta fuerint. Alias enim singulis septimanis teneantur solvere, quod pro victu debuerint.

24. Si supellectilem cujuspiam Creditor aresto detineat, nec debitor intra anni spacium satisfaciat, distrahere eam & vendere creditori licitum esto.

25. Compotationes ultra nonam hyberno anni tempore, æstivo, ultra decimam, ne producantur. Post illud tempus nemini aut præbeantur pocula, aut ædes, quas habitat, pateant.

26. Si qui huc veniunt, qui per ætatis rationem, nec studiorum ordinem intelligunt, nec sese potes sunt regere, illi de Magistratu aut Inspectore sibi prospiciant. Nimis enim flexilis illa ætas est, & naturæ communis vitio semper proclivior in pejora.

27. Cæterùm subinde recordetur quisque, cur huc missus sit: videlicet ne tempus inertiâ transigat, sed ut bonarum literarum doctrinæq; utilis instrumentum sibi comparet. Idcircò in eam rem omnes ingenij atque industriæ nervos seriò ac semper intendat.

28. Declamationes & Disputationes (quarum Exercitia omnibus seriò commendata volumus) sine consensu tùm Rectoris atq; Decani (ejus quidem Facultatis, ad quam scriptum illud pertinet) tùm Professoris, ad quem argumentum spectat, publicè nunquam instituatur.

29. Sed nec typis publicis committetur quicquam, sive id prosâ, sive versâ oratione conditum sit, nisi id ante Professor ordinarius, cui propriè competit censuram ferre de illo scripto, probaverit permiseritq;.

30. Corporis exercitia deniq; quod attinet, ea honesta sint, & ita comparata, ut nullum inde sanitati detrimentum accedat. Præcipuè verò modus in illis adhibendus est ne ἔργα fiant, quæ πάρεργα debeant esse. Quocirca, nullæ unquam palestræ

sive

sive armorum sive saltationum vel aliarum hujusmodi rerum aut aperiantur, aut frequententur, nisi magistratus Academicus consenserit, & quendam veluti ordinem ijs præscripserit ac modum.

FINIS.

Speculator adstat desuper,
Qui nos diebus omnibus
Actusq; nostros prospicit,
A luce primâ in vesperum.
Hic testis, hic est arbiter
Hic intuetur quicquid est,
Humana quod mens concipit:
Hunc nemo fallit Judicem.

LEGES COMMUNIS MENSÆ IN ACADEMIA WITTEBERGENSI.

1.

ACcessurus ad mensam communem profiteatur suum apud Rectorem nomen, ablaturus schedulam, quâ doceat Oeconomum jus Convictorij publici ritè se impetrasse. Aliter nemo recipietur. Simul autem receptus aliquis in hanc communionem fuerit, statim pro legitimo membro & tunc & in posterum semper habeatur; nec ulli fraudi ipsi sit mutare locum & mensam: vel etiam ad tempus, rebus poscentibus, à mensa communi se abstinere.

2. Qui nomen dedit huic contubernio, suo ipso aditu in antecessum solvat Oeconomo, quantum in unam hebdomada pretij numerari pro obsonio solet: facturus idem deinceps etiam singulis Saturni diebus, quamdiu communi mensâ uti placuerit. Destitutus præsenti pecuniâ, sponsore idoneo caveat Oeconomo: qui nec hoc poterit, illi sibi nullum futurum in convictorio isto locum intelliget.

3. Qui aliquid debebit Oeconomo, hic sciat se cùm re tùm corpore arrestatum esse, donec illi satisfecerit. Qui discedit, eâ afficietur pœnâ, quâ perjuri aliàs & contumaces puniri solent.

4. Convictores communis mensæ ad capiendum cibum uno atq; eodem tempore conveniant, ac citra tumultum ac strepitum simul omnes consideant: manè H. XI. vesperi a. H. V. post cibum sumtum quilibet modestè discedat ad sua. Nam ultra hic commorari, nemini integrum esto.

5. Prandia pariter & cœnæ tum inchoentur precibus, tum finiantur: quas quisque aperto capite tacitus secum, & benè compositus, peraget. Inter epulandum Anagnostes ordinarius, manè quidem, SS. Biblia, vesperi Sleidani Historiam, eaq; absolutâ Philippi Chronica, & ita hos duos libros alternatim, præleget, eamque lectionem solenni precationis formulâ, quæ vota pro Sereniss. ac Clementiss. Principe nostro, JOHANNE GEORGIO, Duce Saxon. Juliæ, Cliviæ, Montium, Electore, &c. pro Inclyta Conjuge ac Sobole Illustrissima, totaque adeò Domo Saxonicâ, pro Ecclesiâ, Rep. Academiâ complectitur, claudet.

6. Ad mensam quisque pietatem, verecundiam, modestiam & pacis studium afferat. Nam quia hic locus sacer quodammodò atque religiosus est, omnem spurcitiem atque obscœnitatem, omnem lasciviam ac levitatem, rixas item atq; convicia mutua, concertationes, lusus, & si quæ alia ad corrumpendos mores bonos inventa sunt, procul esse & exulare hinc penitus volumus.

7. Oeconomum, prout hospitem decet, honorabitis: nec ipsum familiamvè ejus contumeliâ aut probro afficietis. Inspectores contubernij, & si qui alij Rectoris loco adfuerint, reverenter habebitis, ijsque querelas vestras citra tumultum aut cujusq; molestiam exponetis. Qui aliter fecerint, in eas incurrent pœnas, quibus & ipsi cum suâ summâ infamia noti fiant, & cæteri à simili petulantiâ absterreantur.

8. Singulæ mensæ suum sibi constitutum judicem, suum Pastorem, quem vocant; suum custodem porrò quoque habeant. Judices ordinentur singulis diebus Dominicis juxta seriem considentium: eo munere quisque per integram septimanam defungatur. Qui judici proximus assidet, Pastor; & qui hunc sequitur, custos esto. Sed horum vices ἐφήμεροι erunt sive diariæ hoc est, in dies singulos mutandæ.

9. Judi-

9. Judicis partes sunt, animadvertere in Convictorum mores, omnem inhonestatem ac ἀπρέπειαν, quoad poterit, avertere, delinquentes commonefacere prudenter, eosq; juxta legum præscripta, non autem pro suo affectu, punire; pecuniam quam quisque aut ratione muneris, quod sustinet, aut pro accessu ad mensam communem, vel propter delictum, quod admisit, debet, maturè exigere: eam fideliter servare: die Saturni, finitâ cœnâ successori suo depositis rationibus sine morâ tradere; nisi ipse duplo velit mulctari: nec aliter, quam prout Leges præscribunt, impendere: qui aut peccarint enormiùs, aut dicto audientes esse noluerint, eos Rectori vel Inspectoribus indicare: ad eosdem, Rectorem puta & Inspectores, communes querelas, si quid fortè in apparatu mensæ desiderabitur, aut vitij ferculis inerit, deferre. Breviter, omnia ea exequi & providere, quæ ad servandam disciplinam tuendamque Convictorij hujus dignitatem facient, & quæ contra eadem visa fuerint, prohibere.

10. Pastoris est anteposita fercula benedicere precibus, & post sumtum cibum, quùm orbes ritè repositi, Deo agere gratias, idq; sic temperata voce, ne mensæ vicinæ accubitores turbari possint. Eas preces quisque secum tacitus ac devotè subsequetur.

11. Custodis officium in eo est positum, ut diebus Dominicis, aut quoties aliàs per leges licitum, cerevisiam afferat eamq; infundat reliquis. Pueris enim, quos planè abesse volumus, rem istam committere, vitium esto.

12. Qui inter orandum autipse riserit, aut ad ridendum impulerit alios, vel obstrepuerit precantibus, mulctetur 6. Pfennig.

13. Peractis precibus accedens mensam, nec ante precatus in cibum ruens; aut nondum recitatâ gratiarum actione, nisi dictis privatim precibus, & salutato Pastore, abiens, mulctetur 1. Groschi.

14. Qui prophanarit divinum nomen, aut execratus quibuscunque fuerit verbis, is primâ vice pendat 2. Gr. idem committens iterum, excludatur.

15. Si quis illotis ac parum mundis manibus ad mensam

accedat, aut inter edendum committat aliquid, quò nauseam moveat reliquis, mulctetur 3. Pf.

16. Omnes strepitus ac vociferationes prohibitas volumus. Quocirca si quis ediderit jubilum, pedibus, manibus, orbibus, cultrove exploserit alios, mulctæ loco 2. Gr. pendat.

17. Panes in partes dissecet, qui proximo loco antecedit Pastorem, idq; remotâ mappâ: quùm reliqui omnes accepère dimensum, quod reliquum erit, sibi sumat. Transgressor pendet 6. Pfennig.

18. In sumendis Panibus primas Pastor teneat, secundas custos, ut & in reliquis ferculis omnibus. Quam autem partem manu cultrove quisque attigerit, sibi retineat. Transgressor pendet 3 Pf. Si fortè quibusdam absentibus una & altera reliquentur partes, impune cuivis erit meliorem, quam putaverit, eligere, & suam reponere in ejus locum.

19. De Carnibus quum meliores partes Pastor custosq; delegerint, sequuntur ordine reliqui, &, prout æquitas postulat, novissimorum habebunt rationem. Hoc qui neglexerit pendet 6. Pfennig.

20. De Carnibus quod quis prehenderit manu, sibi teneat: reliquum intactum cultroq; suffixum in patinam decenter reponat. Transgressor pendet 3. Pf.

21. Si quis tam incivilis agrestisq; fuerit, ut aliam, quam loco suo proximam, carnis partem sumat, solvet 3. Pf.

22. Qui cum vicino suo simul in patinam manum miserit, is luet 3. Pf.

23. Quùm panis intingitur non protrudantur carnes, aut pars ingrata removeatur, qui fecerit pendet 3 Pf.

24. Bolum justo majorem in os qui ingerat, aut ingestum rusticè nimis deglutiat, pendet 6. Pf.

25. Tuburcinans cibum, i. e. devorans raptim, aut nondum eo manducato manum admovens patinæ, quod utrumq; incivile perquam est, mulctetur 3. Pf.

26. Detur opera, ne prævertatur quispiam in capiendo cibo. Itaque si quis semel ac iterum præ suo vicino (nisi is moram nimiam fecerit, aut ultrò cessaverit) immittat manum in patinam solvet 6. P.

27. Qui

27. Qui nimis irreverenter ossa medullis adhuc referta tectaque nonnihil carnibus reponet & reservabit, mulctæ loco pendet 6. Pf.

28. In comedendis cujuscunq; generis pulmentis, si quis excedat fines suos, atque ex alieno loco, id quod pinguius atque dapsilius est, ad se deriver, puniatur 6. Pf.

29. Si quæ alia fortè occurrent vitia, quorum hic expressa mentio facta non est, de iis Judex & Seniores mensæ cognoscent, & pro commissi ratione justam mulctam exigent: quæ tamen 2. Gr. nunquam excedet. Plus exigentes, mensâ arcebuntur.

30. Ex publico loco qui asportare fercula in privata symposia ausi fuerint, mensâ arcebuntur.

31. Qui orbes studiosè fregerit, patinas mappasque ac si quæ alia ad mensæ instrumentum pertinent, corruperit, is damnum præstare, & mulctæ præterea loco 6. Pf. solvere obstrictus esto.

32. Puerum famulumvè, seu proprius ille seu alienus fuerit, nemo secum adducet: aut fortè adductum contra eum, qui mendicabulis erronibusque abigendis ac arcendis præfectus est, descendet. Qui secus fecerit, beneficio excidet.

33. Permittimus quidem adduci hospites; sed modum servari neminiq; id grave esse omninò volumus. Adducens hospitem, ad coemendam cerevisiam 4. Gr. numeret: reliqui ab omni impensâ immunes sunto. Qui extorquere aliquid ausi fuerit, graviss. nostram animadversionem incurrent.

34. Qui primum recipitur in Convictorium istud, quicunque sit, in usum mensæ 3. Gr. numeret. Hoc qui semel præstiterit, nihil prorsus tenebitur solvere amplius, cuicunque tandem mensæ cooptatus fuerit. Nam quia nullos deinceps Substitutos, quos vocant, esse volumus, idcircò quæ in prioribus mensis vacabunt loca, ea ex assessoribus mensæ ultimæ, nisi qui recens accesserint, in posterum supplebuntur. Si quis tamen fortè proficiscendum aliquò habeat, unde reversurus brevi sit, ei relinquimus integrum, redimere, quem occupavit hactenus locum numerato precio, quod aliàs in singulas septimanas solvi con-

vi consuevit. Quod tamen ultra duas hebdomadas non extendetur.

35. In quem officium judicis ordo devolvit, is statim sub aditum muneris solvet 3. Gr. his addet eam pecuniam, quam Antecessor ejus ex mulctis alijsq; impensis priore septimanâ redegit, proq; eâ, quantacunq; erit, afferri curabit cerevisiam, ipso prandio diei Dominicæ. Quam tamen summam collatis augeri symbolis, omninò interdicimus, & sub gravi pœnâ vetamus.

36. Diebus festis hæc observetur ad comparandam cerevisiam ratio. Pastor ejus diei solvat 2. Gr Custos 1. Gr. reliqui 6. Pf. contribuant singuli. Quod si Pastor aut Custos evitandi hos sumtus caussâ emanserit, utervis duplum pendat.

37. Sed quia festorum non una omnibus fuit observatio hactenus, quin & non leviter circa eam à non nullis peccatum; idcirco jubemus atq; statuimus, ut præter feriam primam Theophaniorum, Paschatos, Pentecostes; præter festa item Circumcisionis, Magorum, Ascensionis, D. Johan. Bapt. Michaelis Archangeli & B. Martini, ne ulli alij dies, quocunq; se commendaverint nomine, celebrentur. Comprimis verò festivitates Natalitias & Nominalium vetitas penitus atq; prohibitas volumus: quum pluribus eas graves atque acerbas accidisse hactenus, abundè constet. Qui aliquid contra præsumserint, arcebuntur mensâ communi, & pro delicti ratione alijs pœnis subjicientur.

38. Si quando Cerevisiæ aliquid universo donatur Convictorio, omninò habenda est æquitatis ratio, ne plus minusvè in istam, ac istam, quàm alias mensas dispensetur. Id quum exhaustum fuerit, modestè ac decenter quisque abeat. Nam ulteriorem compotationem instituere, & esse de symbolis, prorsus illicitum esto.

39. Deinceps omnis ultra definitum tempus desidendi prævertatur occasio, volumus, ut famulus communis, cui id severè injunximus, finitis prandio & cœnâ, ac manè quidem H. XII. vesperi autem H. VI. cœnaculum claudat. Cui qui esse molestus negotiumq; facere sustinuerit, is nostram gravissimam animadversionem incurret.

CATALO-

CATALOGUS
RECTORUM ACADEMIÆ VVITTEBERGENSIS.

ANNO CHRISTI

A

Primo ejusdem Natali Festo Divi Lucæ Anno 1502, usq; ad annum 1655. Natalem ejus 153mum.

1502. 18. Octobr. Anno 1502. d. 18. Octobr. festo D. Lucæ RECTOR Primus electus est egregius Vir MARTINUS POLICH, de Mellerstadt, artium & Medicinæ D.

Sub quo inscripti reperiuntur 416.

interq; eos, etiam intitulati, ipse Rector cum cæteris Professoribus & Fratribus, quorum nomina, hic referre placuit; ijs verbis quibus inscripta legi potuerunt.

Dominus MARTINUS POLICH, de Mellerstat, artium & Medicinæ Doctor, primus hujus Studij Rector. Primus Doct. Theol. hic promotus d 27. Jan. 1503. in æde Parochiali per Reverend. Patr. Johan. Staupitium Decan. Expensis Illustriss. Princ. Duc. Saxon. Fridericum & Joh. Germanorum solennissimum prandium factum in arce Jonia.

Dominus Goswinus de Orsoy Præceptor in Claromonte primus hujus studij Cancellarius.

Frater Johannes de Staupitz, Ordinis Fratrum reformatæ congregationis Divi Augustini, artium & Sacræ Theol. Professor, Theologicæ Facultatis Ordinarius & primus Decanus, Doctor Tuwingensis.

Wolffgangus Stehelin, Rotenburgens. Artium & Utriusq; Juris Doctor. Tuwingen Facultatis viridice, primus Decanus, & in Jure Canonico Ordinarius.

Nicolaus Schreyter, de Koburg, artium Magister & Sacræ Theol. Licentiatus studij Liptzn.

Hermannus Keyser, de Stolberg Art. Mag. Sacræ Theol. Baccalaureus formatus Ecclesiæ Collegiatæ hujus Oppidi Præpositus Lipt

ANNO CHRISTI

Frater Sigismundus Eppitt, de Buniekhen, Ordinis Fratrum reformatæ congregationis S. Augustini. Art. Magister & Sacræ Theol. Baccal. Tuvvingensis Artisticæ facultatis hujus studij primus Decanus.

Dyonisius Bickel, de Wila Art, Magr. & Sacræ Theol. Baccal. Tuvvingensis.

Frater Casparus Jacoff, Ordinis Cistercienſis Art. Mag. & Sacræ Theol. Baccalaureus Lipsiensis.

Nicolaus Marscalcus, Thurius Art. Mag. & U. J. Baccalaureus Erfordiensis.

Thomas Kölin, de Gannidia. Art. Mag. Moguntinensis.

Hieronymus Schurpff, de Sancto Gallo, art Magister Tuvvingensis.

Barthol. Cranapoll. Wittenbergen. Art. Mag Liptzen.

Johannes Cranapoll, Wittenbergenſ. Art. Mag. Colonien.

Lampertus Schüman, de Bonna Art. Mag. Tuvvingen.

Sigismundus Geydisther, de Augosta. Art. Mag. Liptzen.

Ambrosius Lacher, de Mersburgk. Art. & Decretorum Baccal.

Hermannus Puschius, Pasyphilus Monasterienſ. Artis Oratoriæ atq; Poëticæ Lector Conductus. Wentzeslaus Stockhaym de Kolditz. Art. Magister.

Gallus Peltz, de Guterbock. Magister.

Laurentius Schlamau, de Belthitz Juris Pontificij Baccal. hujus Oppidi Plehan

Bernhardinus Pfot, de Eslingen Paruſien. Magister Canonicus S. Florini Confluen Trenen. Diœcesis.

Magister Eberhardus Sthiller, de Rudlingen.

Magister Petrus Conradi Magdeburg.

Frater Valentinus de Waltheym, Reformatæ Congregationis Fratrum S. Augustini.

Frater Gregorius Mayr, de Monaco ejusdem Ordinis & Observantiæ.

Frater Heinricus Rauch, de Nürnberga ejusd. Ordin. & Observantiæ.

Frater Karolus Ros, de Nurnberga ejusd. Ordinis & obsev.

Frater Sebastianus, de Dresten ejusd. Ord. & observant.

Frates

Frater Wolffgangus Ostermayer, de Monaco, ejusd. Ord. & obier. ANNO CHRISTI

Frater Nicolaus Seydel, de Leysnitz, ejusd. Ord. & Observ.

Inter cæteros inscriptos hi reperiuntur.

Güntherus Welthevvitz, de Ubingen.

Petrus Veltheym.

Wolffgangus de Hawwitz.

Wenceslaus Plato, de Guterpack.

Joachim Latorff, de Lindau.

Johannes Pistoris, de Liptz.

Theodoricus de Schellenberg.

Nicolaus Ilo, de Berlin.

Petrus Bröske, de Brandeburg.

Johannes de Preittenbach.

Matthæus Beskau, de Torgau postea Rector.

Nicolaus Ampsdorff, qui 1504.

Episcopus Numburgensis à Joh.

Friderico Elector, constitutus, & anno sequenti Mense Januar. à Luthero inauguratus fuit.

Nicolaus Ilo, de Berlin.

Petrus Bröske, de Brandenburg.

R E C T O R

BARTHOLOMÆUS KRANAPOLL, Canonicus, Ecclesiæ Omnium Sanctorum in Wittenberg & Magister Lipsensis. *Anno 1503 in Festo Philippi & Jacobi Apostolorũ, ad primum Maij.*

Sub quo inscripti. 258.

Inter Inscriptos.

Georgius & Nicolaus Myneknvitz, de Sonnenvvaldis.

Wilhelmus & Sigismundus Löser, de Pretarz.

Georgius & Erasmus Rechenberger / familiæ hisce Regionibus etiamnum notissimæ.

R E C T O R

JOHANNES KRANAPOLL, de Wittenberg. Commissarius Episcopi Brandenburgensis in Wittenberg, Magister Colonienſis. 1503 *d. 18. Octobr.*

Sub quo inscripti. 128.

Inter Inscriptos.

ANNO CHRISTI

Carolus de Krosig.
Boas de Rabil & Nicolaus de Rabil de Tieffensehe.

R E C T O R

1504 1. Maij — THOMAS KÖLLIN, artium Magister & Sacræ Theologiæ Baccalaureus.

Sub quo inscripti. 40.

R E C T O R

1504 decimo Calend. Jun. — VINCENTIUS RAVENNAS, Italus J.U.D.

Sub quo inscripti. 180.

Inter Inscriptos.

Jonas de Heynitz, Johannes de Bürstadt.
Matthæus Bredovv, de Berlin. Eggardus de Wolde.
Urslaus de Rochlitz,

R E C T O R

1504. — HIERONYMUS SCHURFF, Artium & Utriusque Juris Doctor.

Sub eo inscripti. 112.

Inter eos inscriptus reperitur

Johannes de Bel, Artium & Medicinæ Doctor, Eques auratus, primus Ordinarius in Medicina.

Et

Andreas Bodestain, de Carlstadt. Gregorius de Sliben.

R E C T O R

1505. quinto Nonas Maij. die Inventionis salutiferæ crucis. — LAURENTIUS SLAMAW, qui ita inscribitur Reverendus ac clarissimus Sacrorum Canonum Doctor, Universitatis Fautor unicus. Virq; planè nullâ vitiorum labe notatus, Oppidi Wittenburgensis Pastor vigilantissimus.

Inscripti. 55.

R E C T O R

1505. d. Luca. — SIMON DUCHKONIS, Bohemus de Aussigk Artium ingenuarum Magister, atque Sacræ Literaturæ Baccalaureus Wittenbergens.

Inscripti. 72.

Inter Inscriptos

Henricus

Henricus de Erffa.
Hugoldus Amstorff, de Czepe.
Georgius Bock, de Sornbitz.

ANNO CHRISTI

R E C T O R

PETRUS LUPINUS, de Radhem, Moguntinensis Diœces. Artium ingenuarum Magister, Sacræ literaturæ Baccalaureus formatus, Ecclesiæq; Omnium Sanctorum Canonicus. 1506. d. Philippi & Jacobi.

Hic Rectoratum gessit per annum integrum. Nam in die Udalrici Episcopi propter luridam pestem, Albiori grassantem, Universitas fuit translata in Hertzberg.

Sed

Redijt Universitas Albiorim, alterâ die conceptionis Virginis gloriosæ, peste transquillatâ.

Sub quo inscripti sunt. III.

R E C T O R

CHRISTOPHORUS SCHEURL, Nürembergens. J.U. D. Bononiensis, Novorum Jurium Ordinarius. Cui additum est hoc elogium. 1507. Cal. Maij.

Rectoratum cum summâ dignitate, magnificentia, humanitate & omnium benevolentia absolvit. Prohibuit ne quis potandi gratia Tabernam intraret, nevè arma deferret, sub pœna medij aurei. Deditq; Senatui occasionem ut per id tempus Civibus interdicta sint arma, & ita cum maxima pace, quiete & tranquillitate absq; aliquo tumultu data est opera literis.

Inscripti sunt. 112.

Inter Inscriptos reperitur.

Dominus Caspar de Sallhausen, Nobilis, Canonicus & Scholasticus Ecclesiæ Cathedralis Misnensis.
Udalricus de Dinstadt Nobilis.
Johannes de Techvvitz, Nobilis.
Sigismundus de Lindenavv, Nobilis.
Erasmus Londerstedt, Nobilis de Lobda.
Christophorus de Arnheim, ex Marchia.

Anno CHRISTI 1507. d. Luca.

RECTOR

JODOCUS TRUTFETTER, Isennachens. Moguntinens. Diœces. Artium & Philosophiæ Magister, Sacræ Theologiæ Professor eximius, Divi Severi Erphurdiens. & Omnium Sanctorum Wittebergens. Ecclesiar. Canonicus & hujus Archidiaconus.

Inscripti. 57.

Inter Inscriptos.

Egkardus de Repgavv, Nob.

RECTOR

1508. d. Phil. & Jacobi.

Eximius Vir THEODORICUS BLOCHIUS, de Hildesiem, artium & Medicinæ Doctor.

Inscripti. 110.

Inter Inscriptos.

Conradus Sropeling, Nobilis ex Comitatu von der Hoy.
Georgius Saurman, de Wratislavia.

RECTOR

1508. d. Luca.

Egregius Vir NICOLAUS VIRIDIMONTANUS, artium & Philosophiæ Magister, Sacræ Theologiæ Professor, ac Ecclesiæ Legnicens. Canonicus.

Inscripti. 69.

Sub eodem Rectore inscriptus est.

Frater MARTINUS LUDER, de Mansfeldt, Augustinianus.

1509. 8. Martij Magister VVolffgangus Ostermeyer de Monaco petijt pro Licentiatura & M. Martin Luder Augustin. pro Biblia suntq; admissi. Die 9. Martij M. Martinus Luder ad Biblia est admissus. Sed vocatus Erphordiam adhuc non satis fecit Facultati. Hæc sub Decanatu Johannis de Staupitz, inserta Collegij Theologici Matriculæ: quibus sua manu addidit Lutherus postmodum ea, quæ jam sequuntur: Nec faciet, quia tunc pauper & sub obedientia nihil habuit. Solvat ergo Erfordiæ.

RECTOR

Venerabilis & Egregius Dominus CASPARUS SCHICKER,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0074-6 DFG

CKER, Decretorum Doctor, Canonicus & Scholasticus Collegiatæ Ecclesiæ Omnium Sanctorum VVittenbergens. ANNO CHRISTI 1509.

Inscripti. 86. *d. Phil. & Jacob.*

Inter Inscriptos.

Balthasar & Eustachius Slieben.
Georgius Raschke/ de Hylmersdorff.

R E C T O R

Magnificus & Egregius Dominus SIMON STEYN, Artium & Medicinæ Doctor. 1509. *d. Luc.*

Inscripti. 107.

Inter Inscriptos.

Fridericus de Hopffgart.
Jacobus de Frübös.
Ernestus de Eymbeck.

R E C T O R

Magnificus & Egregius Dominus, CONRADUS KUNIIG, de Stuckgardia, Artium & Utriusq; Juris Doctor Salariatus, in Quarto Decretalium extraordinariè legens. 1510. *d. Phil. & Jacobi.*

Inscripti. 188.

Interſ. alios.

Gratiosus Dominus Dominus MELCHIOR Comes de Mollingen & Barby Canonicus insignis Ecclesiæ Cathedralis Argentinensis.
Henningus Göde de Hoffelburg/ artium & utrinsque Juris Doctor, Ecclesiæ Beatæ Virginis Erfordensis Scholasticus & Canonicus.
Balthasar de Scheydingen.
Otto de Bottmar, Nob. Luneburg.
Valentinus von Tymmen.
Caspar Dranderff.
Jacobus Rybbecke, de Brandeburgk.
Otto de Slieben.

RECTOR

ANNO CHRISTI

RECTOR

1510. d. Lucæ. Nobilis ac Generosus Dominus, Dominus MELCHIOR Comes de Barby & Mülingen, Insignis Ecclesiæ Cathedralis Argentinensis Canonicus Reverendus atq; dignissimus.

Inscripti. 115.

Inter Inscriptos.

Joachim de Plato, Nobilis de Lenchau.
Johannes Heseler, Nobilis.
Fritz Salder de Cœlen Nob.
Bruno de Altenbergk, Nobilis.

RECTOR

1511. d. Phil. & Jacobi. Magnificus atq; Eximius Dominus ANDREAS BODENSTEYN, Carolstadens. Artium & Sacræ Theologiæ Professor, Ecclesiæ Omnium Sanctorum VVittenbergens. Archi-Diaconus.

Inscripti. 127.

Inter Inscriptos.

Nobilis & Generosus Dominus, Dominus SIGISMUNDUS de LOBKOVVITZ, Baro, Dominus in Hassenstein.
Jodocus Jonas de Northusen, Artium Magister Erfurdiens. Moguntinens. Diœces.
postea Justus Jonas D. Theolog.
Carolus de Diskavv.

RECTOR

1511. d. Lucæ. Venerabilis atque Egregius Dominus GUOLFGANGUS REISENPUSCH, J. U. D.

Inscripti. 120.

Inter Inscriptos.

Otto & Ernestus, Fratres Germani, Duces Brunsvvigzens. & Luneburgens. Duces, Nepotes Illustrissimi Domini Domini, Fœderichi Principis Electoris &c. Ducis Saxoniæ, Landgravij Thuringiæ, Marchion. Misniæ, Hujusce quoq; Gymnasij nostri Fundatoris ac Patronis munificentissimi.

Sub Inscriptis reperitur quoq;

Georgius Meyer oder Major de Nurnberga.

Johannes

Johannes de Hirsfeldt, Nob. Miſn.
Thedelo de Hanſtedt, Nobilis Mindens Diœceſ.
Hugoldus aliàs Haubolt Pflugt / Nobil. Miſnenſ. Diœceſ.
Henricus de Lindenavv, Nob. Mersburg. Diœceſ.
Hector de Heſpergk, Nob. Herbipol. Diœceſ.
Henricus Apollonius de Hofenkirchen, Moguntin. Diœceſ.
Burchardus de Miltz, Nobilis. Guido de Stain, Nobilis.
Georgius de Erzdorff, Nobil. Balthaſar de Rüntorff, Nob.
Henricus de Noſtitz,

ANNO CHRISTI

R E C T O R

Clarus & egregius Vir Dominus UDALRICUS ERBAR, Artium & Medicinæ Doctor eximius & Ordinarius in eadem. 1512. *d. Phil. & Jacobi.*

Inſcripti. 101.

Hic Rector à BALTHASARE FABRI, confoſſus perijt, de quo indigno admodum facinore hæc in Matricula reperiuntur verba.

BALTHASAR FABRI, de Gleychendervvyſen. Herbipolenſ. Diœceſ. in Menſ. May. in Matriculam relatus. Deinde propter ſua facinora die 9. Septembris ad Patrios Lares remiſſus, & juxta Decretum Dominorum, Civitatem iſtam exivit non reverſurus in biennio, tamen, quo Spiritu ductus neſcimus, die Dominica, quæ erat tertia Octobris ſerò clàm reverſus, & paratis inſidijs, eundem Rectorem de Cœna euntem cruce ferrea à tergo petijt lædendo ictu caput ejus, unde die Lunæ undecima ejusdem Menſ. Octobris Obijt. Tandem præfatus BALTHASAR deprehenſus propter ſua demerita publicè in foro capite punitus fuit, utriusq; anima in Chriſti Dei Optimi Maximi pace requieſcat.

R E C T O R

Spectabilis Vir, Dominus SEBASTIANUS ARCHIMARUS, de Friberga Miſnenſ. Diœceſ. Artium Liberalium & Philoſophiæ Magiſter, Eccleſiaſticæ Literaturæ Licentiatus, Eccleſiæ Omnium Sanctorum Collegiatæ & Exemptæ Canonicus. 1512. *d. Lucæ.*

Inſcripti ſunt. 18.

ANNO CHRISTI

Hoc anno 1512. sub Decanatu ANDREÆ BODENSTEIN Carolstatini in die S. Francisci collata est Licentia Magistrandi in sacrâ Theologiâ Religioso Patri MARTINO LUDER, Artium Magistro & Fratri Augustiniano, uti in Annalibus Facultatis Theologicæ annotatum reperio.

Sicut & sequentia.

Decima octava Octobris, quæ fuit festivitas S. Lucæ, Religiosus Pater, Frater MARTINUS LUDER, Ordinis Fratrum Eremitarum *S.* Augustini *S.* Theologiæ Licentiatus, hora prima pomeridiana, secundum formam statutorum à Magistro nostro eximio Do. Archidiacono Ecclesiæ Omnium *Sanctorum* ANDREA BODENSTEIN ex Carlstadt, vesperiatus est, præsentibus Dominis de Universitate plurimisq; alijs venerabilibus hospitibus.

Sequenti die ad pulsum majoris Campanæ congregatis, ut prius, patribus & hospitibus, idem Pater à præfato Magistro nostro ANDREA, Doctoralibus insignijs in *Sacra* Theologia secundum formam *Statutorum* est insignitus.

Galli fuerunt Magister VVENCESLAUS LINCK, Augustinianus, & Magister NICOLAUS VIRIDIMONTANUS Ecclesiæ Parochialis Pastor. Præfatus insuper Doctor novellus dedit danda.

Vicesima secunda die Octobris, quæ erat sexta feria post Lucæ, Reverendus pater Magister noster MARTINUS LUDER, Ordinis Fratrum Eremitarum *S.* Augustini in *Senatum* Theologicum, juxta Facultatis *Statuta* relatus est.

R E C T O R

1513. *d. Phil. & Jacobi.* Magister NICOLAUS de AMSDORFF, *Sacræ* Theologiæ Licentiatus.

Inscripti. 73.

Interfs eos

Anthonius de VVerder, Nob. — Christop. Seidlitz de Forstenau.
Gotfridus Hatsfeldt & Anthonius Hatsfeldt, de Syburg. — Henricus de Bünau, Nob. Misn.
Arnoldus de *Schönermarck.*

R E C T O R

1513. *d. Lucæ.* Egregius & Venerabilis Vir, Dominus MATTHÆUS BESKAU,

KAU, Torgens. Artium & U. J. D. Ecclesiæ Omnium Sanctorum VVittenbergens. Collegiatæ & Exemptæ Canonicus & Scholasticus. ANNO CHRISTI

Inscripti. 78.

Interfj. eos

Carolus & Alexander Spigel, de Neuenhausen.
Conradus de Schulenburg.

R E C T O R

Egregius ac Venerabilis Vir, Dominus JOHANNES Swabe/ Artium & Medicinarum Doctor. 1514. d. 3. Maij.

Inscripti sunt 116.

Interfuerunt

Theodorus Multzan, Nobil. Jodocus de VVarzdorff.
Christophorus } de Stentz. Unco de Alvensleyve.
Bernhardus }

R E C T O R

Magister GEORGIUS EBNER, Staffelsteinens. 1514. d. Lucæ.

Inscripti. 97.

Interfj. eos.

Illustris Princeps & Dominus Dn. WOLFFGANGUS, Comes Palatinus Rheni, Bavariæq; Dux, Insignium Ecclesiarum Cathedralium Herbipolen. Augusten. Spirens. nec non Argentinens. Canonicus.
Johannes de Grevendorff/ in Knau.
Georgius Coseritz, de Bischoffswerde.
Clemens de Disko, in Stasfurdt.

R E C T O R

Illustrissimus Princeps ac Dominus Dn. WOLFFGANGUS, Comes Palatinus Rheni, Utriusq; Bavariæ Dux, Insignium Ecclesiarum Cathedralium Herbipolensis, Augustensis, Spirensis, nec non Argentinensis Canonicus. 1515. d. Philipp. & Jacobi.

Inscripti. 123.

Interfj. eos

Nobilis & Generosus Dominus BERNHARDUS, Comes de Eberstein, Insignium Ecclesiarum Treverens, & Argentinens. Canonicus dignissimus.

ANNO CHRISTI

Nobilis & Generosus Dominus UDALRICUS, Comes de Regenstein, Dominus in Blanckenburg.
Georgius de Masbach, Canonicus Herbipolens.
Alexander de Osten, Diœc. Caminens.
Melchior de Kreitzen. Nob. Diœ. Numburg.
Hoc Semestri primùm electus est Decanus eximius Pater, Magister Martinus Luder, Mansfeldensis.

RECTOR

1515. d. Luc. Nobilis & Generosus Dominus BERNHARDUS, Comes de Eberstein.

Inscript. 95.

Inter Inscriptos.

Nicolaus Metzenrodt, de Quatitz.
Henricus de Moschvvitz, de Silo.
Hugoldt de Bretenbach, ex Limpach.
Jacobus Helmestroff, de Grossengraben. Nob.
Bonaventura Wuttenau. Diœc. Havelberg.
Wolffgangus de Czigelheym.

RECTOR

1516. d. Philipp. & Jacobi. Nobilis & Generosus Dominus, UDALRICUS Comes de Reinstein, & Dominus in Planckenburgk.

Inscripti. 90.

Inter Inscriptos.

Antonius Refentlau, ex Holsat. Stetinens. Diœc.
Guolfgangus Marschalck, de Biberstein Misnens. Diœcesis.
Conradus de Hantstein, Nobil. Diœc. Mogunt.

RECTOR

1516. d. Luc. Venerabilis Vir JOHANNES DELTZSCH, Feldkirchens. Art. Mag. Sacræq; Theologiæ Baccalaureus formatus, ac Ecclesiæ Omnium Sanctorum in Wittenberg Canonicus.

Inscripti. 72.

RECTOR

1517. d. Philipp. & Jacobi. Spectabilis Dominus ANDREAS CZULSDORFF, Jurium Licentiatus.

Inscripti. 118.

Inter

Inter Inscriptos *ANNO CHRISTI*

Laurentius Arnstedt, Nobil. Magdeb. Diœcef.

RECTOR 1517.

BALTHASAR FABRICIUS, Phacchus, Ingenuar. artium Magister utriusq; humanitatis Professor. *Kalend. Octobr.*

Inscripti. 128.

Sub hujus Rectoratu, Principali clementiâ & munificentiâ Maximi Friderici Principis Electoris Respublica literaria aucta est, lectione Pliniana, Quintiliani, ac receptus est legi textus Aristotelis in Physicis & Logicis.

Sub inscriptis.

Wernerus Lesth, Nobilis Diœcef. Trevirenf.
Franciscus Othman, Gorlicius, Diœcef. Misnenf.
Henningus Plato, Nobilis.
Alexius Slieben, de Beltitz.
Caspar de Totleben, Nobil.
Franciscus Czigler, Nob. Diœcef. Misn.
Ernestus & Georgius de Beubelburg. Nob. Diœcef. Magdeb.

RECTOR 1518.

JOHANNES STÖB, aliàs Güngelyn de Wangen. Diœc. Constantienf. artium ingenuar. Magister. *d. 1. Maij.*

Inscripti. 153.

Inter Inscriptos reperiuntur.

Illustris Princeps Dominus Dn. BARNIMUS, Stetinenf. Pomeraniæ, Cassubiæ Sclavorumque Dux, Princeps Rugiæ, Comes Gutzkoviæ.
Johannes von der Osthen, Canonicus Caminenf.
Philippus Melanthon, artium Magister Dubingenf. de Pretten. Græcarum literarum Lector primus.

Ad latus hujus nominis quidam subsequentium Rectorum uti ex Comparatione literarum apparet Paulus Eberus hæc verba adscripsit,

Vivat omne in ævum, decus unicum Academiæ hujus & Ecclesiæ ornamentum perpetuum. Sit in recordatione felici, & sempiterna beata anima magni illius Melanthonis nostri, Amen.

ANNO CHRISTI

Jacobus Purkumer, Pomeran.

Eodem Rectore extat Epistola Academiæ Wittebergensis, ad Leonem Decimum, Pontificem Maximum.

quam hic inseri placuit.

Non temeritati neq; impudentiæ nobis vertet. B. P. suavissima illa tua & vere pastoralis clementia, quod sanctitatem tuam his nostris litteris adire præsumpsimus. Pietas vestra & veritas vitæ nostræ verecundiæ abundè (speramus) nobis conciliabit patientissimam tuam & passim omnibus munificè expostam benivolentiam. Frater quidam MARTINUS LUTHER, Sacræ Theologiæ Professor, nostri studij fidele gratumq; membrum (ut vocant) nobis supplex factus, fiducia nostræ intercessionis literas ad B. t. postulavit, quibus testimonium perhiberemus & doctrinæ & famæ ejus, quam à quibusdam iniquius damnari & accusari queritur. Denique & mediante auctoritate. B. t. per Commissionem propter Disputatas aliquot apud nos Propositiones de Indulgentijs citatus & personaliter comparere in Urbe coactus est, quæ res, cum, ut ait, & corporis valitudo & itineris periculum, non patiantur facere, quod deberet & vellet supra vires suas esse videtur. Idcircò nos ejus & necessitati & petitioni compassi negare non voluimus, id quo sibi opus esse credit testimonium nostrum. Quare B. P. humiliter & obnixè oramus devoti deditiq; filij S. t. ut hunc virum eum credere digneris, cujus apud nos opinio usq; adhuc nullius perversi, & quod à Sacro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ sensu aberret, dogmatis labe respersa aut contaminata sit, nisi quod ritu & facultate disputandi liberius fortè quædam posuerit (nihil asserendo) quam ferre potuerint quidam Adversarij sui. Nam nec nos ipsi tales unquam videri voluimus, qui pertinaciter adversus Catholicum dogma quicquam sapere statuerint. Paratiper omnia tuis & S. Ecclesiæ voluntatibus parere in Christo Jesu Domino nostro, quem & S. T. nobis faciat propitium & exorabilem, & gratia sua hic præveniat, & illic gloria æterna subsequatur, Amen.

RECTOR

1518. d. Lucæ. Magister BARTHOLOMÆUS BERNHARDI, de Veldkirchen Sacræ Theologiæ Baccalaureus formatus.

Inseri-

Inscripti. 120. ANNO CHRISTI 1519. d. Philippi & Jacobi.

Inter Inscriptos.

Wogslaus Bobesser, Diœc. Cammin. postea Consiliarius Daniæ

RECTOR

Illustris Princeps & Dominus Dn. BERNIMUS, Stetinensium, Pomeraniæ, Cassubiæ, Selavorumq; *Dux*, Princeps Rugiæ & Comes Butzkoviæ.

Inscripti. 238.

Inter Inscriptos est.

Balthasar Promnitz, de Tessendorff. Nobilis Diœcesis Uratislavienf. postea Episcopus Uratislavienfis.

Christophorus Schligk, Comes de Basaun, Baro in Elbogn. Weissenkirchn. & Falckenau.

Matthæus à Baldenrodt, Diœc. Bamberg.

Vitus & Lucas de Rossenau, Diœc. Herbipol.

Johannes Nibelschitz, de Keynitz Nobil. Diœc. Uratislav.

Jacobus Kanitz, de VVerbitz Nobilis. Uratislav.

Antonius Bravvitz, de Bravvsdorff Nobilis Uratislav.

Joannes Schlichting, de Boberschitz. Nobil. Diœcesis Bosnavienf.

Melchior Burckersdorffer, de Bretig Nobil. Diœcesis Uratislav.

Benedictus & Johannes de Altfeld, Slesvvic. Diœc. Nobiles.

Sub hoc Rectoratu, Decano Petro Fontano, ex D. Francisci familiâ, Theologiæ Professor, quarto non. Sept. Venerabilis Dn. Johannes Eislebius Bonarum artium Magister respondit pro admissione ad Biblia, & una cum per celebri Dn. Philippo Melanchthone artium Magistro, qui 5to idus Septembr. disertissimè respondit pro admissione ad Bibliam, tertio decimo Kalendarum Octobr. iu Baccalaureos Bibliæ promoti sunt, & dederunt danda...

RECTOR 1519. d. Lucæ.

VVOLGANGUS STEHELIN, Artium & utriusq; Juris Doctor ejusdemq; facultatis in Civili Jure Ordinarius & florentissimæ hujus Academiæ Reformator.

Inscripti. *RECTOR* 210.

Egregius Vir PETRUS de BORCHARDIS, artium & Medicinarum Doctor, ac ejusdem Medicinæ Ordinarius. 1520. d. Phil. & Jacobi.

Inscripti. 332.

Inter-

ANNO CHRISTI

Interq; eos

Nobilis & Generosus Dominus MELCHIOR, de Bieberstein.
Nobilis & Generosus Dominus BALTHASAR, de Bieberstein.
Ambrosius de Schonberg, Herbipol. Diœces.
Nicolaus de Schienberg. Misn. Diœces.
Theodoricus de Brandenstein, Misn. Diœces.
Conradus Breske, de Kötzer Brandeb. Diœces.

R E C T O R

1520. *d. Lucæ.* Nobilis & Generosus Dominus CHRISTOPHORUS SCHLICK, Comes in Bassau, Dominus in VVeiskirchen, Elbogen & Falckenau.

Inscripti. 286.

Inter Inscriptos reperiuntur.

Guolfgangus, Comes & Dominus in Stolberg & VVernigerode, Halberstadensis & Numburgensis, Ecclesiarum Præpositus.
Ludovvicus, Comes in Stolberg & VVernigerode.
Jodocus Gebert, de Bretenbach. Diœces. Herbipol.
Johannes Bugenhagen, Pomeranus.

R E C T O R

1521. *d. 1. Maij.* Dn. GUOLFGANGUS, Comes & Dominus in Stolbergk & VVernigerode, Halberstadensis & Numburgens. Ecclesiarum Præpositus.

Inscripti. 164.

Inter Inscriptos

Joachim de Bodevvels.
Jacobus de Berstensleben. Magdeburg. Diœces.
Melchior Czobel, de Gibestadt, Herbipol, Diœces. postea Episcopus VVürceburg.
Georgius Mostha, Nobilis ex Wessendorff. Misnens. Diœces.

R E C T O R

1521. *d. 18. Octobr.* JOHANNES FERREUS, Hessus.

Sub eo inscripti. 85.

R E C T O R

1522. *d. Philipp. & Jacobi.* Venerabilis Vir Dominus, NICOLAUS AMSDORF, Sacræ Theologiæ Licentiatus.

Inscripti. 159.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0084-1
DFG

Inter Inscriptos.

Wilhelmus Lôser, de Lebuse Diœces. Misnens.

R E C T O R

Egregius Vir D. JOHANNES SVVERTFEGER, U. J. D.

Inscripti. 135.

Sub Inscriptis.

Tobias von Weitelßhausen / genand Schrawtenbach. Magdeb. Diœces.

Vitus Dittrich, Nurnbergens. Bambergens. Diœces.

Lazarus Spengler/Nürnberg. Bambergens. Diœces.

Caspar Creutzinger, Liptzens. Mersburg. Diœces.

Eodem Anno sub Decanatu Andreæ Carolostadij in Promotione F. Johannis Westermanni & Gotschalcy Crop. Augustinensis Carolstadius palàm testabatur, posthac se nullum in quemvis gradum subvecturum. Quibus LUTHERUS hæc verba subscripsit: Et ego testor hac mea manu, me in eodem actu affusisse, & etiam has sacrilegas voces ex ore ejus blasphemo audijsse. (Sed quibus tunc palàm reclamare non licuit) Ego prudens facio impiè, quod propterij flor. promoveo, & contendebat ex Matth. 23. neminem esse vocandum Patrem aut Magistrum in terra, sed unum esse Magistrum & Patrem in Cœlis. Ex quibus intelligitur, quo Spiritu cœperit suam Theologiam.

Martin Luther, mpp.

Idem Carlstadius paulò ante, anno nempe 1521, sub Decanatu suo hæc manu propriâ matriculæ Theologicæ inseruerat. Placeret juramenta esse sublata: quia juramentis nemo melior, plures fiunt deteriores: Qui Deum non reveretur, is nequaquam jusjurandum reverebitur. Ergô facessat.

R E C T O R

Egregius Vir Dominus THOMAS ESTHANS, Medicinarum Doctor.

Inscripti. 122.

Inter Inscriptos.

Albertus de Meppen, Monstet. Diœces.

Vitus Ortel, de Wintzen.

ANNO CHRISTI 1522. *d. Lucæ.*

1523. *d. Phil. & Jacobi.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0085-7 DFG

ANNO CHRISTI

RECTOR
PHILIPPUS MELANCTON.

1523. d. Luca. *Inscripti.* 76.

Inter Inscriptos.

Sebaldus de Lichtenstein.
Joh. Wolff. de Hersbruck. Bavar.

Ab hoc anno, decennio toto perseveravit Decanus D. Justus Jonas, eò quod propter bellum istud Papale omnia turbata essent, & promovendi studium & ratio non posset haberi.

RECTOR

1524. d. 1. Maij. Venerabilis Vir Dominus CASPAR GLACIUS, Theologiæ Doctor.

Inscripti. 130.

Inter Inscriptos.

Fridericus Sternberg. Nobil. Diœc. Bamberg.
Johannes de Creytzn, Nobil.
Wolfgangus de Pagrel, Uratislav. Diœcesi.

1524. d. Luca. RECTOR
JOHANNES APEL, U. J. D.

Inscripti. 40.

Inter Inscriptos.

Bernhardus à Wolffen, Eques.
Franciscus à Recke, Eques.
Joachimus ab Hermsdorff, Eques Silesita.
Joannes Pfessingerus, ex Pataviâ.
Conradus Mausser, ex Nürnberga.
Petrus Plateanus, Brabantinus.
Erasmus Nostitz. Silesi.
Philippus à Dernbach, Eques ex Hassia.

RECTOR

d. 1. Maij. 1525. Egregius Vir Dominus AUGUSTINUS SCHURPFF, Artium & Medicinæ Doctor.

Inscripti. 144.

Inter Inscriptos.

Theobaldus à Mandelslo, de Weldsusen,
Joachimus Fuchs, Eques.

Jacobus

Jacobus Schulenburg, Eques. ANNO
Melchior Schellendorff. CHRISTI
VVolfgangus Rabill.
Paulus à Spangen, Eques.
Thomas & Jacobus Czobotzky, Equites.
Jacobus à VVeissenstein, Equ.
Hieronymus Schurpf, JCtus, fratris filius.

RECTOR

Venerabilis Vir, Dominus HERMANNUS ZÜLICHIUS, 1525. *d. Luca.*
Artium Magister.

Sub quo inscripti. 51.

RECTOR

Eximius Vir Dominus JUSTUS JONAS, Artium & Sacræ 1526. *d. 1. Maij.*
Theologiæ Doctor, Ecclesiæ Collegiatæ Omnium Sanctorum VVittenberg. Præpositus.

De Justo Jonâ ad ann. 1524. hæc adscripsit Lutherus: Hoc decennio toto perseveravit Decanus D. Justus Jonas, eò quod propter bellum istud Papale omnia turbata essent, & promovendi studium & ratio non posset haberi.

Posteà ab ann. 1535. Decanatus munere continuò Lutherus, etiam invitus, volentibus Patribus conscriptis præter morem perfunctus fuit, usq; ad beatam ἀνάλυσιν.

Inscripti. 68.

Inter Inscriptos.

Christophorus: Johannes: Erasmus: VVolfgangus: à Myneckvvitz. fratres.

RECTOR

Egregius Vir, Dominus BENEDICTUS PAULI, Jurium 1526. *d. Luca.*
Licentiatus.

Sub quo inscripti. 12.

RECTOR

HENRICUS STAGKMAN, Artium & Medicinæ 1527. *d. 1. Maij.*
Doctor.

Sub eodem Rectore Universitas fuit translata ad Jhenam insigne Thuringiæ Oppidum, ob sævam pestilentiam, quo cum Sceptris, Sigillo, clavibus & libris, tùm Statutorum, tùm Matriculæ,

ANNO CHRISTI

culæ,(utajunt) abijt,ipso die Assumptionis B. Mariæ Virginis, anni prætacti. Insuper in angaria Crucis proxima ejusdem anni,urgente necessitate,redijt ad Slyben. Impetrato prius comeatu & facultate abeundi,à Dominis Reformatoribus ibidem tunc degentibus cum Egregium Dominum AUGUSTINUM SCHURPFF, Medicinæ Doctorem in vice Rectorem inibi substituerunt. Donec tota Universitas VVittenbergam repeteret, idq; factum est XIII. Aprilis Anno M. D. XXVIII.

In Utroq; Rectoratu inscripti sunt. 73.

Inter q; eos.

Antonius Bodenhusen, de Glichen Diœcesi Mogunt.
Hieronymus à Glauburg, Diœcesi Mogunt.

RECTOR

1528. *d. Phil. & Jacob.*

M. JOHANNES VOLMAR, ex Villungen.

Inscripti. 50.

Inter Inscriptos.

Henricus à Plavvnitz, Diœcesi Nürberg.
Benedictus à Creitz, Diœcesi Magdeb.
Nicolaus Rosenkrantz, de Dania.

RECTOR

1528. *d. Luca.*

JOHANNES STÖB, aliàs Ginckelyn, Artium Magister iterum Rector.

Inscripti. 180.

Inter Inscriptos.

Thomas Kleist, Pomer.
VVolfgangus à Mölich, Thuringus.
Joannes à VVarnym.
Güntherus à VVangelin.
Jacobus à Schlieben.

CASPAR de TEITLEBEN, U. J. D.

1529. *d. 1. Maij.*

Inscripti. 96.

Inter Inscriptos.

Johannes & Balthasar à Plaunitz.
Georgius à Selmenitz.
Christofferus de Ridern. Nob. Diœcesi Magdeb.
Caspar & Herting vom Stein/Nob. Diœcesi Herbipol.
Johannes Mathesius, Diœc. Mersburg.
Johannes Schnydevvin, de Stolberg. post hic Professor & J. U. D. mortuus Servestæ Anno 1568. d. 4. Decembr.

Specta-

RECTOR ANNO

Spectabilis Vir, Dominus JACOBUS POSTOMIUS, Torganus, Artium Magister & Medicinarum Licentiatus. CHRISTI 1529.

De Irruptione & collecta Turcia hæc notam reperiuntur. d. Luc.

Et oppidò cum jam Sceptra teneret, Ecce truculentissimus Christiani sanguinis hostis Turcus cæpit in Germaniam sævire, & Viennam claram Austriæ urbem obsedit.

Proinde communi descriptione contra hostem facta. Et Universitas ad profligandum Turcum dedit pensionem. Hac tamen cautione dedit, ne sit privilegijs nostris futurum præjudicium. Idque Illustrissimus ac Sanctissimus Princeps noster JOHANNES Dei Gratia Elector &c. annuit, & Celsitudinis suæ litteris, ut in Actis, confirmavit.

Porrò & Invictissimus semperque Augustus Cæsar noster CAROLUS Quintus & Magnus, Conjuge, Liberis charissimis: & Hispania relictis, venit in Italiam, celebraturus Augustæ Comitia, ad quæ Cæsareæ Majestatis, Principibus, Electoribus & omnibus Germaniæ felicis Principibus, octavo Aprilis, convocatis perrexerunt. Deus faxit, ut in sancti nominis & verbi sui honorem, & Germaniæ nostræ salutem peragantur.

Inscripti. 77.

Inter Inscriptos.

Georgius à Grunbach, Bavarus
Johannes à Schonstadt.
Echardus à Stammern.
Jacobus Czitzevvitz, Pomer.
VVolffgangus } à Ketteritz.
Christophorus }

RECTOR

M. JOHANNES BERNHARDUS, Velcurio, de Veltkirchen. 1530. d. Phil. & Jacobi.

Inscripti. 128.

Inter Inscriptos.

Udalricus & Henricus, de Gölnitz in Demnitz.
Guido Antonius, de Medicis, Mediol.
Hieronymus de Weissenbach.
Johannes von Esbeck, de Saltz.
Johannes de Stutternheym, de Goltsa.
Conradus de Wolffframsdorff.

ANNO CHRISTI

RECTOR
D. JUSTUS JONAS.

1530. d. Luca. *Inscripti.* 46.

Sub eodem inscriptus filius ejus.

Justus Jonas, Wittebergensis. Postea J. U. D. mortuus Hafniæ.
Georgius à Schleynitz, N. Silis.
Herr Bortzeck. Herr von Dona Baro Bohemicus.
Joannes von Deyskavv, Nobil.
Joannes Rodtstock, Nobil.

RECTOR
CHRISTOPHORUS BLANCUS, Jurium Licentiatus.

1531. d. 1. Maij. *Inscripti.* 109

Inter Inscriptos.

Guilielmus de Nauhausen.
Wolfgangus à Lindenau, Miſn. Diœcesſ.
Joannes à Salhausen.

RECTOR
Clarissimus & Nobilissimus Vir Dn. ULRICHUS SCHILLINGUS, à Canstadt, Pincerna Ducatus Sueviæ.

1531. d. Luca. *Inscripti.* 116.

Inter Inscriptos.

Georgius à Bieda.
Henricus à Benau.
Henricus, Fridericus } à Deunau.
Johannes à Werder.
Andreas à Zemen.
Fridericus à Schenberg.
Johannes de Borcken.
Vigandus Christianus à Franckenberg.
Johannes, Christophorus } à Dinstedt

RECTOR
Doctissimus Vir MELCHIOR FEND, Artium Magister & Medicinæ Licentiatus.

1532. d. 1. Maij. *Inscripti.* 134.

Inter Inscriptos.

Johannes de Lebenstein.
Petrus de Nauenmarck.
Joannes à Selbitz Bohemus.
Cornelius de Francka.
Oswaldus & Stephanus à Bilau
Christianus Pontanus, postea J. U. D. & Cancellarius Weimar.
Paulus Eberus, Kytzingensis postea Theologus Clarissimus.

RECTOR

RECTOR — ANNO CHRISTI

M. FRANCISCUS, Vinariensis. 90. 1532. d. Luca.

Inscripti.

Inter Inscriptos,

Hartmannus Bellersheym, Nobilis.
Christophorus de Utenrode, Thur. Nob.
Sebastianus à Brandenstein, Thur. Nob.
Benedictus ab Haubitz, Miſn. Nob.
Fridericus à Reyffenberg, Nob. Trever.
Jodocus ab Hayn, Nobil. Mogunt.
Wernerus ab Arnheym.
Georgius Sabinus, Brandenburg.
Christopherus à Mingwitz, Nobilis.

RECTOR

CASPARUS CRUCIGER, Artium & Theologiæ Doctor. 1533. 122. d. 1. Maij.

Inscripti.

Sub quo inscripti.

Nobilis & Generosus puer, Dominus CAROLUS, Comes de Gleychau & Dominus in Blanckenhain.
Georgius à Komitz, Salveld. Nob.
Andreas à Dubnitz, Morav. Nobilis.
Georgius à Polentz, ex Prussia Nobil.
Georgius de Belswitz, Hung.
Joannes à Draziovvitz, Bohem.
Paulus Suavenius, Stulp. Pomer. Nob.
Georgius à Wedeln, Diœc. Caminens. Nob.
Martinus à Bulavv, Meckelbur. Nob.
Theodoricus à Malburg.

RECTOR — 1533. d. Luca.

SEBALDUS MÜNSTERER, LL. Doctor. 85.

Inscripti.

Inter Inscriptos.

Christophorus à Dronsdorff, de Stechau.
Joannes Gastrou, Pomer.

Eodem anno 1533. Promotio in Facultate Theologica habita, præsente Electore, JOHANNE FRIDERICO. Principibus & Proceribus alijs, de quo solèni actu, hæc annotata subjungere placuit.

Anno

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0091-4
DFG

ANNO CHRISTI

Anno Domini M.D.XXXIII.XVI.Mensis Junij die, quo hinc abierunt Nuncij Cæs.Majestatis & Romani Pontificis, qui missi erant, in causa, Concilij congregandi generalis, propter Controversias, quæ sunt nunc apud Germanos, de rebus fidei & religionis. Venit huc Vitebergam Illus: Princeps & D.D.JOHANNES FRID S.R.Imp.Elector, unà cum Clarissima Domina, D.Sybilla, Ducissa Saxoniæ &c. S.C. Uxore. Altero die, qui erat 16. Junij cum ad Principem vocati essent Doctor MARTINUS, D. Philippus, D. Pomeranus, D. Jonas, ad consulendum & deliberandum de Synodo Generali, de qua egerant Legati, fortè in Colloquio cum Principe sermo incidit, paucos nunc esse in ordine Theologico, quibus pro more Scholarum, publicè & solenni ritu, tituli collati essent doctrinæ. Et cum Doctor Martinus ibi dixisset, jam brevi futurum, ut Doctoralia insignia acciperent Caspar Crucigerus, D. Johannes Pomeranus & Johannes Æpinus, Illust. Princeps ultrò subindicare cœpit, imò palàm ostendere, sibi gratum futurum, ut apparatus promotionis talium virorum, se præsente intra triduum, celeritèr fieret. Illicò clementer pollicitus, se subministraturum sumptus, auditurum Disputationem, interfuturum actui Doctorali. Cùm ergò aliàs inter Patres Senatus Theologici, accedente suffragio D. Martini Lutheri; jam ante conveniisset; ut Caspari Crucigero, & Johanni Pomerano, in testimonium excellentis eruditionis & pietatis, solenni ceremonia, quemadmodum mos vetus traditus est, conferre insignia Doctorum Theologiæ, visum est incivile, tali Principi, tali pietatis & literarum Patrono, rem honestissimam petenti, non prolixè & promptissimè obsequi. Proindè eodem adhuc die, vesperi à D. Philippo Melanchthone sunt themata de Fide, de Ecclesia, de Traditionibus humanis, scripta, ad quæ altero die, Præside Doctore Martino, respondérunt jam dicti, Crucigerus, Pomeranus & Johannes Æpinus Argumentatus est ipse Philippus & quidam alij Theologiæ Studiosi, inter hos Doctor Antonius, Anglus, D. Alexander Scotus &c. Illust. Princeps Elector ipse dignatus est assidere, & interesse Disputationi, à principio usq; ad finem. Unà cum sua Celsit. interfuerunt Clariss. Princeps JOANNES ERNESTUS

STUS Dux Saxoniæ, Frater Electoris, & præterea Illustrissimi Principes & D. D. Franciscus Luneburgensis, D. Magnus Dux Megelburgensis, Ernestus Dux Brunsuicensis, Filius Philippi. Comes à Gleichen, Reverendus & Clariss. Vir D. Wolfgangus Reisenbusch, Præceptor Lichtenbergensis hujus Scholæ Cancellarius. Doctor Joannes Ruel Card. Moguntini Consiliarius. D. Georgius Spalatinus Electori à Sacris Concionibus. Deinde inter Proceres aulæ, D. Johannes Metzsch Landvoigt. D. Johannes à Minckvvitz Hofmeister, D. Bernhardus à Miel, & pleriq; primæ nobilitatis. Sub hæc, finita Disputatione, missus nomine Rectoris totius Universitatis, & Patrum Senatus Theologici D. Jonas, ut ageret S. Celsissimi gratias, quod literis & literatis omnibus inprimis ordini & nomini Theologico, hunc præcipuum dignatus esset habere honorem, quem & Elector præsentibus Principibus omnibus & aulicis clementer audivit, & actui Doctorali eadem humanitate se interfuturum clementer & ultrò pollicitus est. Deinde XVII. mensis Junij, mane hora 8. solenni ceremonia & apparatu, in templo Arcis aula instructa & cæpta est Doctoralis, & Promotore D. Justo Jona publicè in Sacræ Theologiæ Magistros & Doctores promoti sunt. D. Gaspar Crucigerus Lipsensis, D. Joannes Bugenhagen Pomeranus, Pastor Ecclesiæ Wittenbergensis, & D. Joannes Æpinus Superattendens Hamburgensis, & in Licenciatum Theologiæ promotus est Nicolaus Glossen & sumendi insignia Doctoralia potestas facta est, eidem D. Nicolao Glosseno, futuro Concionatori in insigni Urbe Revel, Christus det optimis viris, ut hoc publico testimonio, & gradu ac titulo in Ecclesia utantur ad gloriam DEI OMNIPOTENTIS & salutem animarum. Prandium splendidum & per omnia Regium suo sumptu Illus. Princeps Elector dedit in arce omnibus Doctoribus & Magistris, & plerisq; hujus Professionis Scholasticis, mensæ numeratæ plus minus XVIII. aut XX. Hac munificentia Princeps suam voluit declarare erga hanc Scholam voluntatem quare hæc minora quoq; ascribere voluimus ut Posteri intelligant, qua singulari propensione animi, quo amore, Illus. Princeps sub primum annum suæ gubernationis erga Doctores Evangelij & Studia pietatis fuerit.

ANNO CHRISTI

RECTOR

CASPAR LINDEMANNUS, Artium & Medicinæ Doctor.

1534. d. 1. Maij.

Inscripti. 108.

Sub inscriptis.

Illustris Princeps ALBERTUS Dux Brunsvvick & Lünæburg.
Generosus & Nobilis Comes Volradus Comes in Mansfeldt, Dominus in Schrapelau & Seburgi.
Georgius Fabricius.
Matthias Illyricus.
Christophorus à Watzdorff.

RECTOR

Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dn. JOHANNES ERNESTUS, Dux Saxoniæ, Landgravius Turingiæ & Marchio Misnensis, Inclyti & Optimi Principis Electoris, Ducis Johannis, filius.

VICE-RECTOR

1534. d. Luc.

Doctor CASPAR à TOTLEBEN.

Sub illo Rectoratu

Inscripti. 186.

Inter Inscriptos reperiuntur.

Nobilis & generosus Dominus Christoph., Comes à Mansfeldt.
Nobilis & Generosus Dominus Guolfgang Sigismundus, Comes à Gleichen.
Strenuus Dominus Johannes Metsch, Saxoniæ Præses.
Theodoricus Spiegel.
Theodoricus ab Hofe.
Joachimus de Alvensleuben nobilis Diœcesis Magdeb.
Rudolphus de Rechenbergk, Nobilis.
Erasmus de Seyersdorf, Nob.
Nicolaus à Konritz, Nobl.
Volmarus à Breitenback.
Andreas Catzkouski, Polonus.
Nicolaus Belavv, Pomeranus.
Sigismundus à Zieser.
Guolfgangus à Konitz.
D. Philip. de Hassenstein, Baro.
Henricus } de Einsidel.
Guolfgangus }
Hanboldus de Einsidel, postea Cancel. August. Elect. Saxon.
Hermannus à Weissenbach.
Rudolfus à Binavv.
Erasmus von der Pforten.
Carolus à Schaumberg.
Joachimus Leymbach de Tstheplin.

Christo

Christophorus } à Wolfen.
Jodocus }
Abrahamus de Beschvvitz.
Guntherus à Binavv.
Josephus de Landvvust.
Pleyckhardus à Gemningen.
Iohannes Schoff, de Fridenbergk.
Ulricus Mordeysen, Lypsensis postea D. J U. & Consil. intimus Elect. Sax.
Johannes Krafft, Uratislaviensis; aliàs Crato, postea Medicus Imp. Maximil.
Simon Plato, Nob. Pomer.

ANNO CHRISTI

R E C T O R

Illustris Princeps DN. ALBERTUS, Dux Brunsuicensis &c. 1535. d. 1. Maij.

Vice Rector

Doctor SEBALDUS MüNSTERER,

Inscripti. *Inter Inscriptos* 111.

Henricus: Günterus: Rudolphus à Bunau fratres.
Johannes Ochs, Nob. de Winkesreuth.
Balthasar & Vitus de Wangstein, Nob.
Wolfgangus Sehbach, Nob.
Levinus à Velthem.

Quo anno, Mense Julio propter pestilentiam, quæ hîc grassari cœperat, secessit Academiâ Jenam, quæ sita est ad salam in Thuringiâ.

R E C T O R 1536.

Magister JACOBUS MILICHIUS, Friburgensis. d. 1 Maij.

Inscripti. *Inter Inscriptos.* 158.

Johannes Schenck, de Landsperg Dominus in Leuten & Wüsterhausen, Baro.
Johannes de Lochau, Nobilis.

Sub hoc Rectoratu d. 7. Maij Illustrissimus Princeps Dux Saxoniæ Joannes Fridericus Elector &c. Publicè promulgavit hujus Academiæ fundationem, qui quod existimabat ad officium boni Principis pertinere, cunum conservandi & propagandi doctrinam vitæ utilem, qua & Christiana religio, & Leges, & alia vitæ commoda continentur, donavit huic Academiæ certos reditus, & omnium facultatum ac honestarum disciplinarum, perpetuas lectiones instituit. Christus hoc honestissimum institutum conservet ad gloriam suam, & communem salutem Ecclesiæ multarum gentium.

R E C T O R 1536.

D. IUSTUS IONAS, tertiùm Rector. d. Luca.

Inter Inscriptos reperiuntur.

Ioh. Christopherus à Künheim Nob. Prussiæ.
Ioh. Georgius Venediger Nob. Prussiæ.
Georgius à Trogses, Nobilis Prussiæ.
Ludovicus ab Ebersbergk, genand von Weyhers Nobilis Franciæ.
Iohannes à Polentz, Nob.
Gothard Gotz à Wolffsdorff, Nobilis.
Theodoricus à Flans, Nobilis.
Abraham à Breda, Nob.
Franciscus à Selsa, Brusiæ Nobilis.
Instus à Schweichel, Nob.
Guilielmus Rohr, Nob.
David Truchses de Wetzhausen, Nob.
Hermolaus Trolde, Nobilis Daniæ.
Quirinus à Bendorff, Nobilis in Comitatu Mansfeld.
D. Iohannes } de Kosselitz.
D. Andreas } Baron Polon.
Nicolaus de Colluda, Nobilis Poloniæ.
Iohannes à Ballin, Nobilis.
Christopherus à Zeemen Nob.
Dn Petrus de Bemboff, Baro Polon.
Gabriel à Grabofeltz, Polon. Nob.
Iohannes Friderichus à Kingsperg, Nobilis.
Friderichus à VVissendavv, Franciæ Nob.
Iohannes Christoph. à Gich Nobilis.
Georgius Major, VVitteberg.
Ioachimus à Stutterheim.

RECTOR

1537. d. 1. Maij. Eximius Utriusq; Iuris Doctor BLIGHARDUS SYNDRINGERUS, Heydelbergensis.

Inscripti. 120.

Inter Inscriptos.

Nobilis & Generosus D. D. Ioachimus Schligk Comes à Passan D. à VVeissenkierch, Elbogen, & Schlagkenvverde.
Michael Teuffel, alias Teuberus postea I. U. D. & Profes.
Wolfgangus Dietrich à Schleinitz.
Balthasar de Landtsberg.

RECTOR

1537. d. Luc. Vir Clarissimus D. AUGUSTINUS SCHURFF, Medicinæ Doctor.

Inscri-

Inscripti.

Inter Inscriptos.

Martinus VVedell, Pomeranus Nobilis.
Petrus à Gorckha, Polonus Nobilis.
Ioachimus Gersdorff, Nob.
Georgius à Sternberg, Moravus Nob.
Dn. Heinricus Ruthnenus de Havv. Dominus in Gretz & Krannichfelde medius.
Albertus à Blanckenberg, Nobilis.
Christopherus à Treth, Nob.
Christopherus à Keumerfee, Prutenus Nob.
Matthias à Kruntzgen, Polonus Nob.
Stencizlaus à Luthomyrfch, Nobilis.
Johannes Viſeſzki, Nobilis.
Christopherus Runiger, Nob.
Sebastianus à Vehſtenberg, Nobilis.
Balthasar à Vuerſe, Nob.
Wolfgangus Dittmar, de Peyn.

RECTOR

PHILIPPUS MELANTHON. 1538. *d. 1. Maij.*

Inscripti. 251.

Inter Inscriptos.

D. Ludovicus Comes ab Eberſtein Dominus Nevvgardiæ & Maſſoviæ.
Johannes Reuſner Lembergenſis Sleſius, quem ob antiquitatem illius familiæ. Quæ tot clariſſimos eruditione Viros edidit, mihiq; cognatione & adfinitate juncta eſt addere volui.
Nicolaus à Trzebochovv, Pol.
Henricus Ranzovv, ex Equeſtri Ordine;
poſteà Vicarius Regius, Dan. Reg. in Holſat.
Laurentius Mislavius, Stolpenſis Pomeranus.
Joſephus von Oppen.
Melchior von Steinberg, Nobilis Brunſuicenſ.
Johannes à Peſſenhauſen. Diœc. Priſingenſ.
Evvald von Maſſovv, Pomeranus.
Andreas Meiſſel, aliàs Muſculus Snebergenſis Miſn. poſtea Th. D.

RECTOR 1538. *d. Luc.*

CASPAR CRUCIGER, Artium & Theologiæ Doctor.

Inscripti. 111.

Inter Inscriptos.

ANNO CHRISTI

Paulus Damitz ex Equestri Ordine Pomeranus.
Georgius Otto à Sualbach in Kleburg Equestris Ordinis.
Johannes à Lubodziseh, Equestr Ordin. Pruten.
Guntherus Löser, filius John Lösers Equestr.Ord.
Hartvvigus Bilde de Walden Equestris Ordin.ex Olandiâ Daniæ.
Wolfgangus Dienrich, à Rochavv Equestr.Ord.ex Marchiâ.

RECTOR

Clarissimus Vir MELCHIOR KLING,U.J.D.

1539. *d. 1. Maij*

Inscripti. 115.

ANno 1558. d. 20. April. Reverendus D. D. Johannes Bugenhagen Pomeranus, Lutheri filius ὁμώνυμος, Pastor Ecclesiæ VVitebergensis, cui constanter præfuit annos 35. & puram Evangelij doctrinam latè propagavit, ac Ecclesias ac Scholas pie constituit in Pomerania, Saxonia & Dania, ubi etiam pium Principem ac Dominum Dnm. Christianum Ducem Holsatiæ, Friderici Regis Daniæ filium, in Regem Danorum unxit, & multis utilibus scriptis, doctrinam Cœlestem illustravit, & tres amplos Episcopatus in Dania & Pomerania ultrò sibi oblatos maluit repudiare, quam ab hac Ecclesia & Consuetudine Lutheri & Philippi avelli, placido mortis genere ex hac erumnosa vita in Cœlestem Academiam evocatus est, anno ætatis suæ tertio & septuagesimo sepultus postridiè cum magno luctu Ecclesiæ totius in templo Parochiali, juxta sedem Pastoralem.

Anno eodem 27. die Julij consentientibus suffragijs Gubernatorum Academiæ & civitatis VVitebergensis in Sacrario Templi Parochialis electus est & legitimè vocatus ad munus Pastoris Ecclesiæ VVitebergensis in locum defuncti Domini D. Johan Bugenhagij Pomerani M. Paulus Eberus Kitzingensis Ecclesiastes in Templo arcis & Professor Ebreæ linguæ, quæ vocatio indicata est Illustrissimo Duci Saxoniæ AUGUSTO Electori &c. & petita a Celsitudine ipsius confirmatio hoc scripto.

Gottes gnad durch seinen eingebornen Sohn JEsum Christum vnsern Heiland vnd warhafftigen Helffer zuvor.

DVrchleuchtigster/Hochgeborner Churfürst gnädigster Herr/so der Allmächtige Gott den Ehrwürdigen Herrn Doctor Johann Bugenhagen vnser Kirchen Pastor lenger bey vns gelassen hett / vnd hett jhm Leibsstercke zum Ampt geben/dieses hetten wir für ein besondere Gnad geacht / erkennen vns auch zu danckbarkeit gegen Gott schuldig/ daß Er vns ein solchen treuen Pastor 36. Jahr geben hat/ der in Sterben vnd Krieg nicht von vns gewichen ist/vnd hat diese Kirchen ohne stoltz in Christlicher einträchtigkeit allezeit regieret / Nachdem:

dem Ihn nun Gott auß diesem Ampt vnd schwachen Leben in ewige Seligkeit erfordert / vnd wir wissen daß gewißlich rechte Predicanten Gottes Gaben seind / doch durch gebührlichen beruff / sind wird / laut der Visitation befehl / die Universitet vnd Rath zusammen kommen / vnd haben einträchtiglich zum Pastor der Kirchen zu Wittenberg den würdigen Herrn Magistrum Paulum Eberum beruffen vnd nominirt, ihnen nach seiner bewilligung E. C. F. G. unterthänigklich anzuzeigen / vnd sind aller vnser Stimmen ohne alles practicirn einrechtig gewesen / daß keine andere Person von jemand nominirt ist / Denn wir alle wissen / daß Er Gottfürchtig ist / vnd einen rechten Verstand hat Christlicher Lehr / vnd ist allezeit in gemeiner Confession der Kirchen dieser Land geblieben / ist verstendig vnd friedliebend. Wiewol nun gedachter M. Paulus Eberus sich entschuldiget / vnd viel Vrsachen fürgewandt von der grossen Last dieses Ampts / hat darüber seines Leibes schwachheit angezogen / die wir alle wissen / vnd wir gern sein verschonet hetten / so haben wir doch keine andere Person nach gelegenheit dieser Zeit Ihm fürzuziehen bedencken können / haben also guter Christlicher Meinung auß keinem privat effect angehalten / vnd gebeten / das Er bewilligen wolt. ANNO CHRISTI

Nach diesen Reden hat Er vff E. Churfl. G. gnädigst bedencken schlissen vnd Confirmation demütig gewilliget. Dieses alles berichten wir E. C. F. G. in vnterthänigkeit / vnd bitten / E. C. F. G. Gott zu Ehren / sie wollen gnediglich vnd väterlich diese wichtige Sache erwegen / vnd so E. C. F. G. auff gedachten Paulum Eberum schlieffen werden / wollen sie diesen beruff vnd Election gnediglich confirmiren / vnd wie E. Churf. G. schlieffen werden / also wollen wir vns in Vnterthänigkeit gehorsamlich halten / vnd bitten den Allmächtigen Sohn Gottes JEsum Christum der zur rechten Hand seines Allmächtigen Vaters sitzet / eine ewige Kirche zu samlen vnd derselbigen Gaben zu geben Pastores vnd Doctores / Er wolle gnädiglich Ihm in diesen Landen allezeit ein ewige Kirchen samlen / Herrschafft vnd Land bewahren / vnd vns selige Prediger geben.

Wolle auch E. Churf. G. vnd E. Churf. G. Gemahl vnd junge Herrschafft an Seel vnd Leib stercken / vnd zu gut der Christenheit / in friedlicher Regierung lang erhalten. Dat. 15. Augusti An. 1558.

E. Churf. G.

vnterthänige Diener

Universitet vnd Rath zu Wittenberg.

ANNO CHRISTI *Huic petitioni Academiæ & Civitatis Illustrissimus Elector assensit ratam habens & confirmans electionem novi Pastoris hoc Rescripto.*

Würdigen vnd Hochgelahrte lieben getreuen / wir haben Ewer schreiben darinn Ihr vns zuerkennen gegeben / daß Ihr nach Christlichen Abgang Weiland des Würdigen Hochgelarten Herrn Doctor Johann Bugenhagen Ewers geliebten Pastors seliger Gedechtniß / den auch Würdigen Herren Magistrum Paulum Eberum wiederumb an seine statt zu einem Pastorn ewer Kirchen zu Wittenberg eintrechtiglich nominirt vnd beruffen / vnd schließlich gebeten / diesen beruff vnd Election gnädiglich zu bestetigen / verlesen / vnd dieweil solche Beruffung vnd Wahl ordentlicher weise geschehen / vnd ohne Zwispalt der Stimmen einhellig auff gemelten Herren Paulum Eberum gefallen / Ihr Ihme auch seiner Lehr / Verstands vnd Beskendigkeit halben gut Zeugniß gebet / wie vns denn seine Geschicklichkeit vnd Fromkeit hiebevorn auch gerümbt / vnd wie dieselbige in der nechst gehaltenen Visitation des Churkreiß also befunden / so achten wir dieselbig sey auß sonderlicher göttlicher Verfehung also ergangen. Derhalben wir auch dieselbig vmb so viel desto mehr belieben / vnd vns wolgefallen lassen / vnd wollen Ihnen darauff zu eurem Pastor vnd Pfarherrn der Kirchen zu Wittenberg hiemit gnädigst confirmirt vnd bestetigt haben. Der Allmächtige Gott vnd himlische Vater wolle durch sein neu gleich ewigen Sohn Jesum Christum vnsern lieben Heiland vnd treuen Erlöser seinen heiligen Geist vnd Segen hierzu verleihen / daß Er der gemeinen Gottes mit reiner Christlicher Lehr vnd heiligem Wandel / treulich / recht vnd lang nög vorstehen vnd viel Frucht schaffen. Nach dem aber nun die Lection, so er bißhero in vnser Universitet gehabt / deßgleichen daß Predigampt in der Schloß Kirchen bey euch verledigt vnd vaciren werden / so begehren Wir gnädigst / Ihr von der Universitet wollet darauff bedacht seyn / wie solche stellen durch tüchtige / fromme vnd gelehrte Personen wiederumb mögen ersetzt werden / Euch auch in solcher Verordnung vnd bestellung keine affection führen noch bewegen lassen / sondern allein Gottes Ehr vnd der Zuhörer Nutz bedencken.

dencken. An dem vollbringet Ihr vnserm gefälligen willen/vnd haben es Euch / den Wir mit Gnaden geneigt / auff euer Schreiben nicht bergen mögen / Datum Schwartzenburg den 25. Augusti Anno 1558. ANNO CHRISTI

Augustus Churfürst.

Den Würdigen vnd Hochgelahrten vnsern lieben getrewen/ Rectori, Magistern vnd Doctorn vnser Vniversitet Wittenberg vnd dem Rahte daselbst.

Accepta igitur hac responsione Illustrissimi Electoris Saxoniæ Augusti d. 4. Septemb. quæ erat Dominica XIII. Trinitat. post concionem D. Georgij Majoris, in qua fuerat explicata narratio de Samaritano beneficio erga spoliatum & sanciatum ad Jericho publicè ad aram à M. Sebastiano Froschelio Diacono coram Ecclesia renunciatus est Pastor M. Paulus Eberus & commendatus precibus Ecclesiæ Orationcula præscripta à Dno Philippo Melanthone, quam ipsam quoq; exempli causa ad verbum huc apponere visum est.

LIeben freund / mir ist befohlen von dem Ehrwürdigen Herrn der Vniversitet / vnd von dem Erbaren Rath dieser Stadt/ daß Ich euch diese Anzeigung thun soll/die wollet fleissig anhören/ vnd hernach gedencken / vnd euch dadurch zum Gebet für vnd für vermahnen vnd erwecken.

Vnd erstlich wisset Ihr/daß gewißlich war ist/das nicht durch menschlichen Rath / Krafft oder Macht / sondern von dem Sohn Gottes JEsu Christo ein ewige Kirche für vnd für durchs Evangelium versamlet wird / wie Er spricht: Ich bin die Reben/vnd Ihr seid die Zweig / der auch neben dem ewigen Vater sitzt vnd regiert/ vnd gibt selige Prediger / durch welche Er selb gewißlich kräfftig ist/ vnd viel Seelen bekehrt/vnd zu ewiger Seligkeit bringet/ diese grosse Wolthat sollen wir erkennen vnd dafür dancken.

Vnd nach dem er vns reine Christliche Lehr gnädiglich über viertzig Jahr geben hat / vnd noch gibt / vnd hat vns einen trewen Pastor Doctor Johann Bugenhagen Pommern geben / dancken wir dem Allmächtigen Sohn Gottes für alle diese Wolthaten / vnd bitten Ihn / Er wolle fürthin allezeit vnter vns Ihme ein ewige Kirchen samlen / trewe Prediger vnd reine Lehr bey vns erhalten Amen.

Vnd

ANNO CHRISTI

Vnd wiewol wir so es Gottes will gewesen wer / gern den gedachten Herrn Johann Bugenhagen Pommern / lenger gehabt hetten / dieweil Jhn aber Gott auß diesem schwachen Leben / in die ewige Seligkeit genommen / so müssen wir Gottes willen gehorsam seyn. Vnd nach dem Gott befohlen / daß die Kirchen treulich vnd mit hertzlicher Anruffung zu jederzeit in solchen fällen andere Personen erwehlen sollen / wie S. Paulus zu Tito spricht: Du solst Prediger ordnen / vnd solches von Anfang in Christlichen Kirchen also gehalten ist / ist durch Gottes Gnaden einträchtiglich / ohne alle vngebührliche affect zum Pastor dieser Kirchen zu Wittenberg / durch die Vniversitet vnd den Erbarn Rath sämptlich / welchen die Wahl von wegen gantzer Kirchen befohlen ist / ernennet vnd erwehlet der Ehrnwürdige M. PAVLVS EBERVS der Euch allen bekandt ist.

Diese Wahl ist auch hernach durch den Durchläuchtigsten Hochgebornen Fürsten vnd Herrn / Herrn Augusten Hertzogen zu Sachsen Churfürst / vnsern gnädigen Herrn bestetiget / denn sein Churf. G. die Vniversitet vnd ein Erbar Rath wissen / das gedachter M. Paulus Eberus ein Gottfürchtiger Christlicher Mann ist / hat rechten Verstand Christlicher reiner Lehr / so wisset jhr alle / daß seine Sitten vnd Leben vnstrefflich sind. Damit Jhr nun wisset / wie forthin dieser Kirchen Pastor sein soll / ist mir befohlen / dieses alles euch öffentlich anzuzeigen / welches ich euch hiemit also öffentlich verkündige / vnd vermahne euch alle.

Erstlich / daß jhr ernstlich Gott vmb seines Sohns willen Jesu Christi anruffen wollet / daß Er gnädiglich für vnd für Jhm allhie vnter vns ein ewige Kirchen samlen wolle / vnd wölle diesen Pastor Paulum Eberum vnd alle andere Predicanten mit seinem heiligen Geist regieren / vnd durch jhren Dienst kräfftiglich Wircken / vnd die Zuhörer zu rechter Erkäntniß des HErrn Christi vnd zur Seligkeit bekehren / alles zu seinem vnd deß HErren Christi Ehren / vnd zur Seligkeit vieler Menschen.

Zum andern wil ich euch alle Gliedmaß der Kirchen erinnert haben / daß jhr diesen Herren Paulum Eberum als Pastorn dieser Kirchen zu Wittenberg erkennen solt / vnd solt Jhm nach Gottes befohl in sachen / welche das Ampt betreffen / gehorsam seyn / wie geschrieben ist: Wer Euch höret der höret mich / vnd wer Euch verachtet

der

der Veracht mich / vnd wollet alle sämptlich vnd sonderlich treulich Einigkeit dieser Kirchen vnd aller anderer Kirchen der Christlichen Confession helffen erhalten/Gott zu Ehren vnd zu erhaltung vieler Christlichen Kirchen / vnd zu vieler Menschen Seligkeit / welches alles der Allmächtige Gott Vater vnsers Heylands JEsu Christi gnädiglich in vns würcken wolle / wie der HErr Christus gebeten/ daß Er dieses würcken wolle/daß wir alle in Ihm eins sind. ANNO CHRISTI

Darauff sprecht mir alle nach.

ALlmächtiger warhafftiger Gott/ewiger Vater des HErren JEsu Christi / der zu sampt deinem Sohn Jesu Christo vnd deinem heiligen Geist die Menschliche Natur vnd alle Creaturen erschaffen hast / vnd samlest dir auß grosser Barmhertzigkeit vmb deines Sohns willen durch das Evangelium ein ewige Kirche/wir dancken dir für alle Gnaden/ vnd bitten dich/ du wollest gnädiglich vns alle vnsere Sünde vergeben/ vnd vns Gerecht machen vmb deines Sohns Jesu Christi willen / vnd durch Ihn / welcher für vns Gestorben ist / vnd ist wiederumb Auffer standen/ vns ewiges Leben zu geben/ vnd wollest vns regieren mit deinem heiligen Geist zum ewigen Leben. Wöllest auch diesen Paulum Eberum vnd alle Prediger dieser Kirchen gnädiglich Lehren vnd Regieren/vnd durch ihren Dienst dir allezeit für vnd für ein ewige Kirchen vnter vns samlen / daß wir dir frölich in Ewigkeit dancken/vnd daß du in Ewigkeit alles in vns seist/alles zu deiner Ehre/vnd wollest alle Jrrthumb vnd Ergerniß abwenden/ wöllest auch diesen Landen vnd dieser Stadt selige Regiment geben/ wie gewißlich war ist / das selige Regiment in Kirchen vnd weltlichem Stande

ANNO CHRISTI deine Gaben seind / wie geschrieben ist: Ohne mich könt Ihr nichts würcken. Item / so der HErr die Stadt nicht bewahrt / wachet der Hüter vergebens.

Dieses vnser Gebet vnd vnser Seufftzen wolle stu erhören vmb deines Sohns JEsu CHristi willen / Amen.

Singet mit Andacht das Vater Vnser / etc.

RECTOR

1558. d. 1. Maij. Illustris Dominus ADOLPHUS, Comes in Nassavv, Catthen Elnbogen, Vianden & Ditz &c. Filius Illustris Domini Comitis in Nassavv, Gvilelmi qui, utriq; Imperatori Maximiliano & Carolo propter Virtutem carus & familiaris fuit.

Ejus Vice-Rector Vir Clarissimus JOHANNES SNEIDEVVIN, Stolbergensis, Doctor Juris, Lector in Academiâ Wittebergensi.

Inscripti 376.

Inter Inscriptos

Ludovicus Ungnad, Baro in Sonneck & Frauenburg &c. S. Regis Bohemiæ Camerarius.

Christophorus Ungnadt, Baro in Sonneck &c. S. Cœsareæ Mtis Consiliarius ac Comes Comitatus Warasdiensis.

Simeon Ungnad, Baro in Sonneck.

Stephanus Henricus Comes ab Eberstein Dominus in Neugarthen & Massou.

Volckmarus Baro in Pudbutz.

Henricus Borck, Falckenbergensis Nob.

Johannes: Christianus: Güntherus: Casparus: Henricus Schneidenvveyn filij Vice-Rectoris.

Fridericus â Weyhe.

Fridericus â Cutzscher.

Johannes Hector, ab Holtzhausen.

Johannes: Christianus ab Hopffecorbe.

Laurentius Ludovicus, Leobergensis in Literariâ & Scholasticâ meritissimus.

Abelus de Equart.

Sub

Sub eodem Rectoratu de Caroli V. Romanorum Imperatoris obitu eâq; occasione de Ejusdem Vitâ & Regimine hæc legi non indigna & annotata inprimis de convocatione Synodi audere volui.

ANNO CHRISTI

CArolus Quintus Imperatór, Rex Hispaniæ Dux Austriâ & Burgundiæ natus e e Philippo filio Maxæmyliani Imperatoris hoc anno 1558, in suo secessu in Hispania, in quo circiter biennium in octo precatione & lectionibus sacris vixit delectatus est præcipue lectione Bernardi. Electus est Imperator anno 1519 Deposuit Imperium hoc anno 1558 Mense Martio. Postea septimo mense ex hac mortali vita decessit. Extant historiæ de rebus gestis ab ipso prolixè scriptæ, quas qui cognoscere volent sumant ex illarum Scriptoribus. Ego hæc recitanda esse censui de Ingenio & voluntate ejus erga Ecclesiam & Rempubl. quæ ex fide dignis viris audivi. Postquam Aquisgrani coronatus, Principes Germanicos in Urbem Vangionum ad Rhenum convocavit Anno 1521. Fuit ibi apud Ducem Saxoniæ Electorem Fridericum, Georgius Pontanus Cancellarius Ducis Saxoniæ Friderici: Ad hunc dixit Mercurinus Cancellarius CAROLI Imperatoris, cujus fuit excellens sapientia: Benefecerunt Germanici Principes quod hunc Carolum elegerunt Imperatorem, quia erit sapiens & bonus. Hanc tanti viri orationem non fuisse adsentationem: Sed gravissimo judicio pronunciatâ existimari potest ex eventibus qui secuti sunt. Cum tenuit Carolus captivos, Regem Gallicum Franciscum & deinde Clementem Romanum Pontificem, qui magna bella contra eum moverant, nihil fecit iracunde: Sed Regem Galliæ honorificè remisit in regnum confirmata amicitia nova Adfinitate videlicet conjugio Sororis Caroli, Postea etiam: si rursus bella inter eos orta sunt: Tamen semper alter de altero præclarè sensit. Cumq; Hispanici Principes, bellis iterum motis, palam reprehenderent dimissionem Regis Gallici, & culpam transferrent in Mercurinum, mox Carolus gravissima oratione respondit injustè accusari Mercurinum, qui potius suasor non dimittendi Regis fuerit: Sed suo Consilio totam hanc rem actam esse, se duarum maximarum rerum habuisse rationem, Pacis publicæ in

 Orbe

ANNO CHRISTI

Orbe Christiano, & dignitatis Regum, sicut alij magni Reges olim captos Reges restituerunt. se Regem esse, & nolle sibi præscribi à Principibus, ut indignam Rege asperitatem erga Regem exerceat, Nihil se durius contra ullum Principem unquam fecisse, cur in Regem asperior esset? DEO autem eventus commendandos esse, cui cum placeat clementia sperare se rursus in hoc bello clementiæ præmia. Ibi cum intellectum esset Imperatorem suo consilio præcipuas res gubernare, vereri eum & diligere Principes magis cœperunt. Restituit & Romanum Pontificem dignitati suæ sine ulla potentiæ diminutione. Hæc moderatè acta sapientiam & bonitatem eius ostendunt; Sequens narratio voluntatem erga Ecclesiam quoq; declarat. Antequàm ad Conventum Augustanum Anni 1530 accessit, consilia scribi jussit de pace Ecclesiæ restituenda. Quidam scripserunt sine Synodo tollendos esse Doctores, qui mutassent priorem doctrinam & ritus & communem concordiam armis tuendam esse, nec concedendum ut ab ordinaria potestate ulli discedant; Nec Synodum profuturam esse ad tollendas discordias: Sed potius inquietis ingeniis præbituram occasionem movendi plures controversias. Alij scripserunt leniorem sententiam: Synodo opus esse ad multiorem errorem & superstitionum emendationem. Quia manifestum esset partim insciția docentium partim avaritia Monachorum multos vitiosos cultus in Ecclesiam invectos esse, quos necesse sit tolli, & si non tollantur communi deliberatione, futuras particulares distractiones sine fine, quia passim aliqui multa reprehensuri essent. Utiliorem igitur fore communem deliberationem. Postea Regum & Principum consensu Synodi decreta constanter & severe defendenda esse. CAROLUS hæc scripta & legit ipse & à præcipuis Consiliarijs legi voluit, ut retenta diu diligenterq; cogitatâ eligeretur rectior sententia, à qua Carolus se nunquam discessurum esse affirmabat. Tandem igitur eligitur mitior sententia, ut Synodus indicatur. Hanc sententiam cum in Italiam Carolus attulisset, postquam à Clemente coronatus est anno 1530, deliberatio instituta est de præcipuis orbis Christiani negotijs, in qua cum concedissent Clemens & Carolus, & nulli Cardinales ac Principes, nomine Caroli incipit dicere Mercurinus (Extat hæc Oratio Mercurini, & Responsio Pontificis, & replica Caroli V. apud Cœlest. part. 1. Hist. August. Confess. p. 10.) & primum

mum omnium necessariam esse Synodum universæ Reipubl. Christianæ. Exponit causas non solum, ut Germanicæ dissensiones tollantur: Sed ut multæ superstitiones apud omnes gentes emendentur, & disciplina in populo & sacerdotibus restituatur. Flagitat igitur Synodum nomine Imperatoris Caroli & affirmat eum ab hac sententia non discessurum esse. Venerat paratus Clemens, qui & sapiens & eloquens erat. Respondet igitur in hanc sententiam suâ voce. Credo ego te Carole Imperator, & tuo judicio reverenter sentientem de Invocatione Dei, de incitatum laudatissimorum Principum exemplis, bono studio Synodum flagitare. Sed hac de re, in qua plurimum est periculi Ecclesiæ, prior esse mea deliberatio debet, & præcipua autoritas. Nam ut non disputem subtiliter de meo jure, hoc constat Synodum Nicenam jussisse ad Romanum Episcopum deferri controversias Ecclesiarum occidentis, & nostram sedem indicere Synodos. Sæpè igitur ante hoc tempus & mecum ipse, & cum hoc Gennatio & Fernerio & aliis deliberavi, quomodo Ecclesiæ paci consulendum sit, prius ne in Synodo res disputandæ sint, an potius tantum armis opprimendi sint, qui discedunt à decretis & opinionibus antea receptis. Quæ dere cum censeam non indicendam esse Synodum, initio petone mihi aut opibus Romanæ sedis metuere existimer. Johannem vicesimum tertium ajunt pœnituisse, quod Synodum Constantiensem convocaverat, cum eum ex summo fastigio dejiceret. Ego vero expertus variis fortunæ vices nuper etiam capitis cogito non solum honores & potentiam: Sed hanc ipsam vitam quoq; fugacissimæ umbræ esse & tranquillo animo cedam de hac statione, quandocunq; ne vel DEus vel casus aliquis inde abstrahet.

Deinde nec de opibus Romanæ sedis angor, quæ attribuit nobis Ludovicus Caroli filius, & ut sumptus necessarios in gubernatione habeamus & ut simus tutiores contra subitas latrocinia: Sed velim hac sarcina Romanum Episcopum levari, si semper tales Imperatores haberemus qualem te esse video. Non igitur Synodum propter has stultas cupiditates fugio. Neq; hoc argumento moveor, quod magnificiunt Juris Consulti: Valere debere rerum judicatarum autoritatem, nec antea decreta novis Disputationibus labefactanda esse. Ego verò, si paci, si posteritati prodesset Disputatio, nollem eam prohibere, ac tantum ad publicam pacem

ANNO CHRISTI

cem & salutem posteritatis mea sententia directa est. Ostendam autem ex ipsis dogmatum generibus mei consilij causas.

Sunt dogmata partim non solum falsa: Sed etiam manifestè absurda, qualia sunt Anabaptistica: Oportere facultates omnium communes esse, Magistratu, judicia, legitimas pœnas, Imperia, res prorsus a DEO damnatas esse. Omnia fieri necessario etiam scelera, nullam esse libertatem humanæ voluntatis, renasci homines sine voce doctrinæ Enthusiasmis cogentibus repugnantem voluntatem. Nuper etiam Samosatenica mota sunt de filio DEI, quæ transformant Ecclesiæ doctrinam in Mahometicam. Ut autem ad incendium boni omnes restinguendum mox concurrunt: Sic concurrere omnes gubernatores oportebat ad opprimenda initia harum quæstionum, ac res pessimi exempli fuerit de eis admittere ullam disputationem. Sedit Constantius Imperator & prælegiatorem audire potuit hæc blasphema dicentem in Synodo: Pater est ἀσεβὴς Filius est ἀσεβὴς Dissimilis est ergo Filius Patri. Quæ fuit hæc levitas vel potius impietas tales voces audire? Tene, Carole, existimem tam non dico lentum: Sed vecordem esse, ut fuit Constantius, ut sedens in Synodo, sine ingenti dolore & indignatione talia sophismata auditurus sis?

Secunda classis est, ut ita dicam, dogmata inextricabilia. De his cum tolli certamina non possint, melius fuerit ea non agitari. Tales sunt quæstiones de adoratione panis, de oblatione, de Sacrificio missæ. Tertia classis est, dispensabilia Pontificis autoritate, ut laxatio votorum, concessio conjugij, emendatio superstitionis in cibis, vestitu & similibus ineptiis. De hac classe cum res sint manifestæ, nihil opus est disputatione Synodi. Si Reges & Principes petent harum rerum moderationem, sedes Romana uno edicto harum rerum omnium ἀνωμαλίαν edere posset. Velim & ipse tolli superstitionem & morum vitia, quæ stultis legibus augentur: Sed ἀναρχίαν fieri nolo. Petatur à Romana sede emendatio, cui nolo adimi autoritatem vetustæ Ecclesiæ sententia ei attributam.

His classibus dogmatum consideratis causæ cernuntur, quare non sit convocanda Synodus. Reliquum est igitur, ut tu, Carole, armis pacem restituas. Italia domita tuis armis quieta est, Rex Galliæ repressus, qui tecum non de stoicis Paradoxis, aut Judaicis superstitioni-

tionibus Monachorum sed de Imperio certavit. Quantò facilius Germaniæ partem non magnam compescet. Quæ in re posteritatem intueatis. Hujus sedis auctoritate extincta sequetur ἀναρχία, in qua & laxatio disciplinæ adferet barbariem in moribus, & petulantia ingeniorum gignet sine fine nova dogmata, & moram in hoc inutili dio pernitiosam esse cogitato. Hæc cum dixisset Pontifex, jubet Carolus, quia decreverat non discedere à sua sententia, Mercurinum refutare Pontificis orationem. Sed cum dicere Mercurinus cœpisset, interpellat Pontifex, torvitate vultus & vocis, Tyrannidem ostendens, & his ipsis verbis objurgat Mercurinum: Quare tu ita mihi adversari audes, & Dominum contra me incitas? Hic surgit addiscendum Carolus ipse. Mirantur Principes, quid juvenis dicturus sit, & attenti audiunt omnes. Finitque hæc gravissima orationis summa.

ANNO CHRISTI

Agnosco me Juvenem esse, & hujus Mercurini & aliorum Sapientum consiliis uti me fateor, & debere me Sapientiores audire judicio, & de hac ipsa deliberatione quam scio pertinere ad gloriam DEI, & ad salutem universi generis humani cum multis collocutus sum, qui excellunt sapientia, virtute, & fide, qui sentiunt Ecclesiæ opus esse Synodo. Nec tu ignoras voluntates omnium sapientum & bonorum in tota Europa, qui assiduis gemitibus Synodum flagitant talem, quæ rectè gubernetur. Quare cum re diu deliberata, & iis argumentis, quæ tu oppones, diligenter cogitatis velim convocari Synodum, scito & Mercurinum, quæ dixit meis mandatis dixisse, & me ab hac sententia, donec vivam, non discessurum esse. Tuum consilium speciosum plausibile prophanis videri potest: Sed meum & justum est, & Ecclesiæ convenientius, & si me non impedieritis, DEO juvante spero generi humano salutare futurum esse. Nec illa terribili oratione tua abducor à sententia, quod non sit audienda Disputatio de absurdis & inextricabilibus. Nam nec omnia, quæ nunc disputantur, absurda sunt, nec sunt ullæ inextricabiles quæstiones in Ecclesia de rebus necessariis. Audivi & ego mihi sæpè Platonicum illud dici: Ut parentum deliria ferenda sunt: Ita in Civitatibus & religionibus vitia quædam dissimulanda esse. Modus est ejus rei & in Imperiis & in Ecclesia. Fundamentum certè in Ecclesia retineri oportet. Et hæ leges æternæ in Imperiis & in Ecclesia

ANNO CHRISTI

clesia retinenda sunt, quæ prohibent Idolorum Invocationes & libidinum confusiones. Irrepserunt autem in Ecclesiam quadam invocationes contumeliosæ, contra DEum, & turpitudo libidinum in conspectu est. Nec tantum horum malorum emendatio Synodum requirit, sed universæ doctrinæ integrum corpus colligendum est, quod una voce omnes gentes in omnibus templis sonent. Scis enim nunc de multis magnis rebus etiam in tuis castris dissonos clamores esse. Cum spargerit hæc etiam quædam absurda, opponat Synodus illustria & firma testimonia ut & hoc tempore, & in posterum minus decipiantur homines, monitis Argumentis à Synodo ostensis. Illa autem vox Pontifice indigna est, quod ais quædam esse inextricabilia. DEus immensa bonitate sè patefecit & vult nos amplecti doctrinam, quam tradidit, quæ si esset ambigua, inanis sonus esset. Placet mihi autem & Theodosij consilium, qui jussit in Synodo quæri, & proferri testimonia sinceræ vetustatis. Certè enim Ecclesiam doctricem libenter audio, ut Samson monuit: Si non arasseris vitula mea, non invenisseris.

De Dissertatione quam affers, quanto hæc fiet commodius in Synodo? Major enim erit gentium concordia, si simul omnes talem ἔντεξιν recipient. Et illo dicto Heroico delector: In communi periculosa communis deliberatio. Nec defuturus sum meo officio rebus cognitis. Et ut cognitio possit ordine fieri, veterum Imperatorum Exemplo adfuturus sum, & quantum potero perficiam, ut hæ veteres leges justissimè serventur: Utraq; pars pariter audiatur & sententiæ non tyrannicis arbitriis ferantur: Sed juxta leges, videlicet juxta doctrinam, quam certum est à DEO traditam esse.

Nunc quod jubes, ut sine dijudicatione bona & mala pariter doleam, id nequaquam faciam. Nolo enim ex Ecclesia tollere legitima judicia, & constituere Tyrannidem. Declaravi autem antea non obscurè in bello meam observantiam erga Ecclesiam & erga sedem Romanam & erga te, quam & deinceps præstabo.

Hac oratione audita & Pontifex & omnes Principes ingenium & magnitudinem animi in Carolo mirati sunt. Ideo ne magis incenderetur CAROLUS, placidè respondet Pontifex, se cum suo Senatu rursus deliberaturum esse.

Hæc Bononiensis actio ostendit voluisse Carolum Synodum convocari,

vocari. & salutis Ecclesiæ justa deliberatione consuli. Ad hunc finem cum consilium ejus directum esset, etiam Augustæ 1530. jussit exhiberi confessionem. & expressè testatus est, se non metuxum bellum de hac causa, nisi rebus cognitis in Synodo: Sed utrique pars impedit ejus Consilium. Clemens nequaquam voluit convocare Synodum: Sed tantùm ludens extraxit Disputationes, & ex Tridento Bononiam vocavit Disputatores, unde reversis postulante Carolo Tridentum eos misit. Ex Lutheranis nemo ad Synodum accessit, nisi Brentius & ejus Collegæ missi à Duce VVirtebergensi. Nec multo post Synodus dissipata est. Tandem igitur Carolus abjecit hæc Consilia & Imperij gubernationem deposuit. In secessu aliquanto ante mortem dixit Episcopo Toletano, Lutheranos, de justificatione rectè sentire. Nam articulus Ratisponæ scriptus de Justificatione à delectis utriusque partis ad colloquium semper ei placuit. ANNO CHRISTI

Hæc de Carolo Imperatore hic recitanda esse censuimus, quia in aliis historijs de eo scriptis omissa sunt. Multæ & magnæ virtutes ejus fuerunt. Vita privata modestia fuit. In Imperio multa sunt excellentis ingenij signa, & justum in civili gubernatione & clementem fuisse multa ostendunt. Captos tot Principes Regem Galliæ, Franciscum Pontificem, Pontificem Clementem, Ducem Saxoniæ Johannem Fridericum, & Philippum Landgravium Hassiæ dimisit. Sed hæc legantur in longioribus historijs.

RECTOR.

Illustris Dominus HENRICUS Baro à Staremberg, cujus familiæ Antiqua sedes est prope Lynceam Austriæ urbem. 1558. d. Luca.

ViceRector, Vir Clarissimus VITUS ORTEL Winshemius Doctor Artis Medicæ Lector in Academiâ Witebergensi.

Inscripti. 260

Inter Inscriptos.

Guilielmus Curiò: Albertus: Johannes Guilielmus Reiffenstein Nobiles.

Johannes à Barthen.

Nobilis & Generosus Dominus Domin⁹ Sigismundus Korczbach Liber Baro auff Drachenburg vnd Willtsch.

ANNO CHRISTI

Severin9 Wſyachovvsky Nobilis Sileſita. Præfectus jam ſcripti Domini Baronis.

Johannes Stuſſel à Tarnau Erneſtus Loſs à Simſen Nob. Sileſij.

Georgius: Philippus Pruck, clariſſimi Viri D. Gregorij Pruck Cancellarij Filij.

Wolffgangus Chriſtophorus à Luttich. Nob. Misniacus.

Petrus Laſlota Nob. Polonus.

VVarmundus de Eck Nob. Bavarus.

Moiſes à Beruſtein Nobilis Misnen.

Generoſus & Illuſtris Dominus Dn. Wenzislaus Dominus in Oſtrorog Comes Polonicus. Generoſus & Illuſtris Dominus Dn. Johannes, Domin⁹ in Oſtrorog Comes Polonus.

Andreas Baliczky Nob. Polonus Miniſter Dominor.

Jacobus Zeroſtavvsky Nobil. Polon.

Nobilis & Generoſus D. D. Johannes Baro à Kitlicz & Dominus in Crain.

Georgius Gleisfer Nobilis Styrius.

Franciſcus à Gera, Nob. ex Carinthia & ſuperiore Styria.

Conradus à Quitzovv Nob. ex Marchia Prignicenſi.

Panthaleon à Wismarck Nobil. ex veteri Marchia.

Johan. Georgius Nob. à Planitz.

Stanislaus Ptzinsky Nob. Pol.

Lucas Tſcherzevvsky. Nobil. Polon.

Nobilis Dominus Sigismundus à Landau Auſtriacus.

Johannes à Schleynitz, in Schleynitz.

Huguldus à Schleynitz, in Schleynitz.

Johannes à Schleynitz in Serhauſen.

Johannes Huguldus à Schleynitz in Hoff.

Abrahamus à Schleynitz in Hoff.

Johannes, Carolus, Otto, Jacobus } à Diska Finſterwaldenſes.

Jacobus } à Diska in Diska.

Johannes à Brietzke Nobilis.

Sub eodem Rectoratu de Comitijs Imperij Anno 1559. Auguſtæ iſta notata reperiuntur.

INitio anni 1559. Imperator Ferdinandus venit Auguſtam, quo & cæteros Principes vocaverat. Et venerant eò Electores, Moguntinus Daniel natus in familia Equeſtri Brendel, Trevir. Johannes, natus in familia Equeſtri von der Lay / *& Comes Palatinus Fridericus, Suc-*

Successor Othenrici. & alij Principes, Albertus Dux Bavarie Filius Guelmi, & Wolffgangus Comes Palatinus, qui tenet Newburg. Georgius Fridericus Marchio Brandeburgensis, qui tenet Anspach, & totam Burggravij Noribergensis ditionem, & Christophorus Dux Wirtebergensis. Ceteri Principes Legatos miserunt Dux Saxonie Elector AUGUSTUS Ludovicum Comitem in Newgarden, & Georgium Cracovium Stetinensem, Doctorem Juris, Lectorem Academie Lipsice, & virum nobilem Henricum von Einsidel. Multa controversia Principum dirempta sunt diligentia & equitate Imperatoris, quas huc breviarrationi non voluimus inserere, sed ad Posteritatem hac scire prodest. Rursus Imperator confirmavit decreta de pace nostris Ecclesijs concessa in prioribus conventibus, Augustano Anni 1555. & Ratisponensi Anni 1557. Hac pacis confirmatio precipuum hujus conventus opus est. Tandem etiam Imperator deliberare Principes de Romani Pontificis Pauli Quarti Caraphe injustitia jusse, qui negavit se confirmaturum esse Ferdinandi electionem, Quia Principibus & Civitatibus amplectentibus Ecclesiarum nostrarum doctrinam pacem promisit. Fuit eadem omnium sententia, Principes sese non disjunctiores esse ab Imperatore Ferdinando, nec velle turbare Germaniam, nec passuros, mutari formam Imperij & Electorum auctoritatem, aut transferri hoc honestissimum ἀξίωμα Imperij extra Germaniam, & ad defensionem Imperatoris Ferdinandi, & dignitatis Germanie, omnes vires & facultates suas obtulerunt. Hanc communem sententiam indicari Romano Pontifici voluerunt, & petitam confirmationem.

ANNO CHRISTI

Quod verò Pontifex objicit, non confirmandum esse eum, qui pacem promiserit his, qui doctrinam Romani Pontificis taxant, justissima responsio est: Imperatorem non juste facturum esse si armis opprimat ullas Ecclesias ante cognitionem, cum quidem non defendant Ecclesie Principes seditiosa aut blasphema dogmata: Sed taxent quedam manifesta Pontificum errata, ut expectant legitimam Synodi cognitionem. Pertinet autem ad officium Romani Pontificis & Regum, indicere Synodum, & instituere legitimam cognitionem, quam quidem non solum Germani: Sed omnes pij in toto Orbe terrarum flagitent. Manifestum est autem hactenus Pontificis aut prorsus noluisse indicere Synodos, aut lusisse in speciem convocatis aliquot suæ factionis

ANNO CHRISTI

Monachis & prestigiatoribus Sophistis. Cumq; ad Tridentinam Synodum missi essent Brentius & alij quidam: tamen non sunt auditi. Repetitæ sunt etiam in consilio Electorum Veteres historiæ, injusta bella contra Imperatores Germanicos, Romanorum Pontificum fraudibus excitata esse, quæ Imperium germanicum, quod præsidio fuerat Europæ, & res miles gesserat, valde debilitarunt, & magnas vastationes in Italia & Germania fecerunt temporibus Henrici IV. & V. & deinde Friderici Austriaci. Hos Principes fuisse cupidos publicæ pacis, multa perspicua signa ostendunt. Susceperunt enim expeditiones in Asiam adversus impiam barbaricm Mahometicam, ut nunc quoq; Imperator FERDINANDUS tranquillitate Germaniæ opus esse judicat, ut in vicinia Turcæ reprimi possint: Sed nunc scelere Pontificum necessariæ expeditiones impeditæ sunt, & ex Asia nostri Principes & exercitus retracti sunt. Sciat ergo Romanus Pontifex, Electores & alios Principes se nequaquàm ab hoc Imperatore Ferdinando disjuncturos esse, nec passuros, ut bella civilia Pontificijs furijs in Germania accendantur. Hæc cum de communi Electorum sententia dixisset Georgius Cracovius Legatus Ducis Saxoniæ, cæteri Principes affirmarunt se probare gravissimum consilium Electorum, nec se passuros esse, ut ab eis disjungantur.

RECTOR.

1559. d. 11. May.

Illustris Dominus CHRISTOPHORUS Baro à Donavv, cujus familia origine prima, longa & pervetusta Majorum serie attingit veteres Dominos terræ Mysorum & sedes primas habuit ad Albin & montes sudetes, qua limites constituuntur terræ Mysorum & Lusatiæ superioris, quas quidem familia adhuc retinet.

ViceRector Reverendus & Clarissimus Vir GEORGIUS MAIOR Sacræ Theologiæ Doctor & in hac Academia Professor.

Inscripti.

Inter Inscriptos. 413

Georgius Truchses de Wetzhausen Nobilis.

Wolffgangus Christoff Stieber de Futenheim Nobilis.

Samuel Kleist Pomer Nob.

VVilhelmus à Stockheim Rinckavienfis Nobilis.

Joachim⁹ à Bacevvitz Mekelburgen.

Josua

Josua à Potkamer Pomeran9.
Stanislaus Gomolonsky Polon^{s} Nobils Castellani Spicimirienſis filius.
Nicolaus Chriſtoborsky Polonus Nobilis Notarij generalis terræ Sirradienſis filius.
Simon Pirch Pomeran^{s} Nob.
Georgius Schvvabe Pomeranus Nobilis.
Matthias Nibsky Polon^{s} Nobilis.
Johannes Trzebovvsky Polonus Nobilis.
Nepos Magnifici. Domini Nicolai Trzebovvsky Subcamerarij Sacræ Majeſtatis Regiæ Poloniæ.
Franciſcus Güldenſtern filius Magni Güldenſtern Equitis aurati & locum Regis Danici tenentis.
Andreas Schato, Torgenſis Poſtea Med. D. Fac. Prof. ac Senior V Viteb.
Nicolaus Sack Nobilis.
Stanislaus Lanskorunsky filius Illuſtris Domini Baronis, Hieronymi Lanskorunsky Capitanei Scalenſis.
Georgius Niemſta Nobilis Polonus.
Johannes Krasovvsky Polonus Nobilis.
Stanislaus Zbotbovvſky Polon. Nobilis.
Gebhardus à Bern Offenburgenſis Nobilis.
Julius Komerſtadius Præpoſitus Eccleſiæ Miſenæ, filius clariſſimi viri Doctor. Georgij Komerſtadij.
Johannes Demetrius Solikovius Nob. Polonus.
Henningus à Dam Bruuſvvicenſis, filius clariſſimi viri D. Henningi, Conſulis.
Georgius à Noſtitz Nobilis Sileſius.
Otto ab Hoſell Weſtphalus.
Waltherus à Brenen Davetriens.
Adamus Slutzky à Chlum Boemus Nobilis.
Antonius Paſpergius Nobilis Danus.

ANNO CHRISTI

De obitu Chriſtiani Dan. Regis & Pauli IV. Pontificis hac notata addimus.

ANni initio pridis Calend. Januarij, diem extremum clauſit cum vera, perpetua & ardente invocatione Dei æterni Patris Domini & Salvatoris noſtri JESU CHRISTI, *Inclytus Rex Danorum* CHRISTIANUS, *extinctus doloribus tumefactæ ſplenis. Fuit hujus Regis excellens ſapientia, virtus, moderatio, &*

ANNO CHRISTI

pietatem erga Deum & Ecclesias, quas repurgatas à coeno falsarum opinionum & ab Idolis Pontificijs, instauravit & benigne fovit, ac tutatus est. Excitavit & studia literarum in Academia Hafniensi, collocatis eò omnium Disciplinarum Professoribus, & fuit tota ejus gubernatio tranquilla, moderata, ac salutaris, ita, ut multis annis Regnum Daniæ non quietius fuisse existimetur, quam sub hoc Rege. Hunc sequutus est die 25. January, CHRISTIERNUS Rex mortuus in carcere, in quem fuerat conjectus à Proceribus Regni, cum repetere armis conaretur Regnum de quo fuerat ejectus.

RECTOR.

1559. d. Luce.

Vir clarissimus doctrinâ virtute & Prudentiâ præstans GEORGIUS CRACOVIUS J. U. D. & Professor, Illustrissimi Principis Ducis Saxoniæ Augusti Electoris, Sacri Romani Imperij & Archimarschalli &c.

συμβιβλεύτης.

Inscripti. 313

Inter Inscriptos

Illustris & Generosus Dns. Adolphus Comes Schavvnburg.

Johannes à Langen ex Equestri familia in Comitatu Schavvnburgensi Comitis minister.

Paulus Cracovius VVitebergensis, filius Rectoris.

Ernestus ab Alden, Nobilis ex Ducatu Luneburgensi.

Reinbertus: Eefredus de Bredeno, fratres VVestphali.

Johann: Schonernarck Stendaliens.

Johannes à Linden Dantiscanus.

VVichardus de Brem.

Christophorus de Thum.

Martinus de Berzevvycze.

Stanislaus & Johannes Koscielietz fratres, Pilatini Siradienses.

Bartolomæus à Gembitze.

Johannes Ostrovvsky.

Nicolaus Czarnothulsky Poloni Nobiles.

Jacobus Ribe Megapolitanus Nobilis.

Johannes Pesti: Andreas Magochi, Ungari Nobiles.

Melchior Goderitz Lituanus Nobilis.

Evvaldus Zitzevvitz Pomeranus Nobilis.

Eustachius à Stuterheim.

Henricus ab Oh Benienses.

Michaël à Sultzla Nob. Pruten

Felix

Felix Konerski Nob. Pruten. Christophor° Rey: Eustachius Czik Nobiles Poloni. Johan. Dambrosky Nob. Pol. Benedictus: Jodocus Korff Ravenspurgen fratres, Nobiles Westphali. ANNO CHRISTI

Eodem anno de obitu Philippi Melanchthonis hæc notata sunt.

ANno sequente 1560. die decimo nono Aprilis amisit Academia Patrem PHILIPPUM MELANTHONEM, virum naturæ bonitate, donis eximijs ingenij rectitudine judicij, amore & Studio proferendæ atq; explicandæ veritatis, Christiana pietate, vitæ integritate ac Sanctimonia, beneficentia erga pauperes, inferendis injurijs invicta & inimitabili patientia, humanitate, prudentia, doctrina, Eloquentia præstantissimum, verum Spiritus Sancti organum, & omnium sanctarum virtutū vivum exemplum. Venit is in hanc Academiam primum Anno 1518. die 25. Mensis Augusti, accersitus ex Academia Tubingensi ad docendas literas Græcas, a FRIDERICO III. Electore Saxoniæ, tum de Consilio Johannis Reuchlini cognati ipsius. Excitavit ergo primus in hac Academia studia & latinæ & Græcæ linguæ, & totius Philosophiæ, quam ad Græcos fontes revocatam repurgavit, ut Scripta docent. Reverendo Viro Doctori MARTINO LUTHERO additus παράνυμφος, quam navarit Ecclesiæ operam in emendatione doctrinæ sacræ, fraude Pontificum Romanorum & Monachorum præstigijs corrupta, testantur & Scripta quæ extant & certamina, quæ cum adversarijs sustinuit in conventibus Imperij annos amplius triginta. Augustanam Confessionem, quæ Carolo V. Imperatori exhibita est Anno ætatis JESU CHRISTO 1530. in Comitijs Augustanis ipse scripsit, & doctrinam Ecclesiæ extricatam ex Labyrinthis perplexissimarum opinionum & fideliter ac diligenter collectam, explicatamq; perspicuo & proprio orationis genere redegit in corpus Locorum Theologicorum. Extinctus est autem placidissime inter assiduas preces & assiduos gemitus in complexu suorum, febre, quæ ἀνάστασιν ἐπιπαύσεως habuit, Die decimo nono Mensis Aprilis paulo ante septimam noctis, cum Febris primo eum corripuisset die nono Mensis septimo. Exuvias certissima & firmissima spe futuræ resurrectionis inclusas Sandapila plumbea, Academia sepelivit in templo Arcis,

ANNO CHRISTI

Arcis, solvens Patri, Patrono, Præceptori & Rectori fidelissimo & carissimo & de Ecclesiis & Scholis universis instauratione optimorum studiorum, & doctrinæ cœlestis explicatione & propagatione præclarissimâ merito, pietatis & gratitudinis officium posuerunt.

De ejusdem obitu à Theologis ista reperiuntur notata.

Eodem anno 1560. die 19. Aprilis, quæ erat feria juxta post Paschæ, Reverendus & Clarissimus Vir, omni omnium præconio & laude major, & de studiis universis Ecclesiæ & hac Academia, & plurimis singillatim optimè meritus PHILIPPUS MELANTHON post septimum paroxysmum tertianæ febris, obdormiscenti, quam morienti similior, circa horam vespertinam septimam obiens, sanctam animam CHRISTO Redemptori suo commendavit. Luctum ineffabilem toti cœtui docentium & discentium & civium post se relinquens, cujus exuviæ die Dominica sequenti, quæ in albis nominatur, vulgo: Quasimodogeniti, delatæ primùm in templum Parochiale, ut inde post funebrem concionem habitam à Pastore D. Paulo Ebero in arcis templum perlatæ, terræ mandatæ sunt non procul à Lutheri sepulchro.

1560. d. 1. Maij.

RECTOR

CASPAR PEUCERUS, Budissinus Artis Medicæ Doctor & Professor.

Gener PHILIPPI MELANTHONIS, Gubernatoris studiorum & Disciplinæ in hac Academia præcipui & optimi & Præceptoris ac Patris nostri in æternum colendi ac carissimi.

Inscripti 411.

Inter Inscriptos

Bartholomæus Haugvvitz, Bregensis.

Degenhard: Eberhard⁹ Hirsfeld Nob. Misnici.

Nicolaus à Salza, Nob. Silesius.

Albertus Kracht, } Nobilis

Jacobus Heim, } Magdeb.

Wilhelmus Böse, Nob. prope Salinas.

Iohannes Lenizo, Nobil. Megalburgensis.

Hartmannus: Sebastian⁹ Generosi & inclyti Barones & Domini in Lichtenstein Niclas-

Niclasburg, Feldsberg & Steig &c. Fratres.
Fridericus Noſtitz, Sileſ.
Abrahamᵘˢ à Lüttichavv, Nobilis Myſius.
Georgius: Martinus Brunousky, Nobiles Poloni Fratres.
Johannes: Theodorus Henner, Nob. Stirij.
Daniel Fritzberger, Nobilis Hildeſus.
Johannes Harling, Lüneburgenſis.
Lago Urne: Auguſtinus, ex Standia Fratr. Nob.
Johannes Splavvsky, Nobilis Polonus.
Martinus: Petrus, Inclyti & Magnifici Domini, Comites à Sborovvsky, Poloni Fratr.
Auguſtus: Ludovicus: Aſcanius: Johannes: Erneſtus Ab Aſchenburg, Nobiles Saxoniæ, Filij Johannis ab Aſchenburg.
Johannes Langſee, Nobilis Danus.
Martinus Wincklerus, Styrius Nob.
Chriſtophorus ab Ebleben, Nob. Turingus.
Hieronymus à Zebitz, Nobil. ex terra Nariſcorum.

ANNO CHRISTI

RECTOR 1560.

Vir Clariſſimus doctrina, ac virtute præſtans, PETRUS VINCENTIUS, natus in inclyta Metropoli Eliſiorum Uratislavia, optimarum artium ac Philoſophiæ Magiſter & Dialecticæ, Oratoriæ, ac doctrina Ethicæ in hac Academia Profeſſor. *d. Luce.*

Inſcripti 234.

Inter Inſcriptos

Otto Spigel, Miſnicus Nobil.
Henricus, Guntherus: Rudolphus à Bünavv.
Johannes: Albertus Pickarsky, Nob. Poloni.
Melchior Jahodinsky, Nob.
Henricus: Sigiſmundᵘˢ à Lindenavv, Nob. fratr.
Illuſtris & Generoſus Dominus D. Andreas Sborosky Comes à Sborof &c.
Johannes Pruslynczky, Nob. Polon.
Georgius Sporke, ex Nob. familia Lüneburgenſ.
Johannes à Weihe, Hannoverenſis.
Eilardus von der Wde / Hoienſis.
Sebaſtianus Dziadskofsky, Nob. Polon.

ANNO CHRISTI 1561. die 1. Maij.

RECTOR

Reverendus Vir doctrina, pietate & virtute excellens D. GEORGIUS MAJOR, S. Theol. Doctor. & Professor in hac Academia.

Inscripti 348.

Inter Inscriptos

Matthias Almasij, Nobil. Ungarus.
Gregorius Warmai. Nobilis Ungarus.
Gerhardus à Löschvvitz, Nobilis.
Sigismundus Bierzvviensky, Nobil.
Petrus Chonsky, Polon. Nob.
Jacobus Zschammert, Nobil. Stasiurtensis.
Mauritius à Waltheim, Hallensis Nob.
Valentinus: Wolfgang⁹ Albertus Haubold à Schleinitz Nobil.
Fabianus von Kurswalde/Nobilis Brutenus,
Maternus Casparus von Wirtchaw/Silesius.
Ernestus Denhoff/Livoniensis Nob.
Johannes: Christophorus: Henricus à Bernstein Fratres Nob.
Johannes: Kilianus Shyemuschovius, ambo fratr. Generosi Domini Adami Shyemuschovij vice Capitanei Leopiliensis è Russia.
Heinricus Zetvvitz, Nobilis Voitlandus.
Opitius: Erasmus: Fridricus à Nostitz, Nobil. in Silesia in Dumnitz & Rumsau.
Gothardus à Gotsch à Kynast à Schvvartzbach.
Rupertus Lamfriczhamer à Pirckham, Nob. Bavarus.
Caspar à Danvvitz à Jansdorf Nob. Silesius.
Balthasar: Bernhardus ab Axleben & Dittersbach Magnus dictus, Nob. Sil.
Georgius à Cottvvitz, ex arce coben Nobilis Silesius.
Friderie⁹ Taffel, de Schvvenckenit Nobil. Sil.
Fridricus Sern, Tasse dictus ex Cloden Nobil. Silesius.

1561. die 1. Maij.

RECTOR

Clarissimus Vir, doctrina virtute & dignitate præstans, JOHANNES SCHNEIDEWEIN, J. U. Doctor & in hac Academia Professor.

Inscripti 341.

Balda-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0150-8 DFG

Baldasar à Gadan, Ruppinensis Nob.
Nicolaus : Thomas à Barbi Nobiles.
Johannes Georgius : Johan. Berhardus : Johan. Sigismundus à Bernstein fratr. filij Johannis Christophori à Bernsteyn, Consiliarij Electoris Saxoniæ Augusti.
D. Erasmus à Starheberg, & Dominus in Wildperg.
Wolfgangus Fridricus à Schonberg Stolbergens.
Henricus : Johannes Fridricus : Augustus à Schonbergk.
Nicolaus Reusner, Leobergensis, postea J.U.D. & scriptis undiquaq; Celeberrimus, quæ Nobilissima familia Ducatui Uratislaviensi postea Capitaneos dedit.
Jacobus Redinger, Uratislaviensis.
Andreas Vait à Rineck.

De Synodo Tridentina hæc notata reperiuntur.

Ad Synodum Tridentinam confluxit magna colluvies Episcoporum & Abbatum Pontificiorum ex Italis, Hispanis, Dalmatis, Istrianis, Siculis & Exulibus Græcis. Germani enim & Galli nulli fuerunt, duobus Cardinalibus exceptis, Marco Sittico, Jacobo de Ens, Nepote Pontificis, & Tridentino. Hi autoritate Pontificia continuationem Synodi bis antea institutæ, sed interruptæ, tertio inchoarunt mense Decembri. Sessiones aliquot habitæ sunt Januario & Februario Mensibus, in quibus primo deliberatum fuit, & constitutum, de cavendo fide publica volentibus accedere, & causas discessionis ab Ecclesia Romana exponere. Deinde de prorogandis actionibus, & tractationibus in Mensem Majum ut satis sit spatij, si qui sistere sese, & comparere velint. Auditi sunt etiam Legati Imperatoris & aliquot Regum, ut Hispanici, Ungarici & Lusitanici. Imperator postulavit aboleri decretum de Synodi continuatione & priorum decretorum confirmatione, ut tota res sit integra parti utriqj.

ANNO CHRISTI 1562. d. 1. Maij.

RECTOR

Clarissimus Vir, doctrina & virtute insignis JOHANNES HERMANNUS, Norlingensis, Philosophiæ & artis Medicæ Doctor & Professor. Gener, Viri Clarissimi & de Academia docendo ac medicando præclarissimè meriti Doctoris Melchioris Fendij.

Inscripti 355.

Inter Inscriptos

Georgius à Zedlitz, de Schönavv Silesius.
Johannes à Kreckvvitz, de Wirchvvitz Silef.
Iosephus à Krafft, Ophusiensis.
Benedictus ab Alefeld, Nob. Holsatus.
Christianus Munichau, Stetin. Nob.
Gerardus Mandeusel, Boltzinen Pom. Nob.
Georgius Bodvvels, Dulcenf. Pom. Nob.
Albertus à Schliben, Nob. ex Marchia.
Ottho à Stöbben, Bornstedtensis Marchicus Nobilis.
Leonhardus à Milkau, Schnóbergenf. Nob.
Henricus Rœseke, Nobil. Pomeranus.
Nicolaus: Thuro Bielke, Nobil. Sveci Fratres.
Petrus à Weihe, Hanuserensis Saxo. Nob. Postea Iure Consultus & Cancellarius Osnebrugensis.
Godschalcus ab Alefeld, Nobilis Holsatus.
Valentinus Glaubitz, Calensis Lusatus.
Nicolaus à Densteth, Nobil.
Erasmus Bardeieben, Brandeburgenf.
Laurentius Kostrup, Nobilis Danus.
Baldazar à Mosham, Styrius Nobilis.
David Braunfalck, Styrius Nobilis.
Vitus à Rechenberg, Nobil.
Johanes à Vestenberg, nobil. Palatin.
Sigismundus Ludovicus, & Seufridus à Bolheim & Wartenburg Barones fratr.
Erenreich à Scherffenberch, Baro.
Iohannes Reinprecht⁹ à Reichenburg Nob.
Iohannes Andreas à Lapitzen Nobilis.
Nicolaus à Schönberg, Nob.
Gebhardus ab Alfensleben, Nobilis.
Valentinus ab Anger, Nob.

De

De Maxæmyliano tunc Rege Bohemiæ hæc annotata subjungere placuit. ANNO CHRISTI

FERDINANDUS Imperator totum æstatem consumpsit in transactionibus de Filij MAXAEMILIANI coronatione in Regem Boemiæ & Romanorum. Cum enim obtinuisset apud Principes Electores Comitia Imperij ad 13 Calend. Novemb. in Urbe Francofurto, in quibus secundum leges fieret solennis deliberatio de Successore ipsi designando, primo negotium de Filij in Regem Boemiæ coronatione promovit atq; confecit ita ut Maxæmylianus ad XII. Cal. Octobris Pragæ solenni ritu in maxima Procerum Regni frequentia sit in Regem inunctus atq; consecratus. De Maxæmyliano duo memorantur scitu digna. Primo cum prælecta esset Juramenti formula, cui inserta erat usitata Pontificis compellatio seu attestatio Sanctorum, itaut se ab Idololatria, quæ est in invocatione Sanctorum, abhorrere ostenderet seu publica confessione pronunciare eam particulam noluit. Secundo ne videretur probare mutilationem Cœnæ Dominicæ, quam contra Christi institutionem Pontifices in Ecclesiam introduxerunt, prorsus abstinere, quàm una sola parte Cœnæ Dominicæ uti malnit. Magnam ergo de sese & his publicis exemplis, & aliis pietatis, sapientiæ, justitiæ, moderationis, castitatis, comitatis argumentis spem concitavit.

R E C T O R

ESROMUS RUDINGERUS, Pabepergensis optimarum artium Magister & Physicæ doctrinæ in hac Academia Professor, Ioachimi Camerarij V. Cl. gener. 1562. d. Luc.

Inscripti 272.

Inter Inscriptos.

Bartoldus Schmalenseh, Eq. Pomeranus.
Melchior à Rintdorf, Equest. March.
Iohannes à Taubenheim, Eq. Misnicus.
Iohannes Erichsleben, Eq. March.
Caspar Arnsted, Eq. Marchicus.
Eustachius à Minckvvitz, Eq. March.
Iohannes : Christophorus Randau, Eq. Marchici.
Martinus Smoguletzky, Eq. Polonus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0153-5 DFG

ANNO CHRISTI

Iosephus: Daniel Lidel, à Mislau Eq. Bohœmus.
Iohannes Kaun, von Clöden Eques.
Ioachimus de Werder Wolfersdorfensis Eq. March.
Osvvaldus à Goetz, Equest. March.
Matthias Slupsky, Eques Polonus.

RECTOR

1563. d. 1. Maij.

Reverendus Vir, doctrina & virtute præstans, PAULUS CRELLIUS Sacræ Theologiæ Doctor, in hac Academia Lector, & in Templo arcis Concionator.

Inscripti 337.

Inter Inscriptos

Illustrissimi Princeps, ac Domini, Dominus Ernestus Ludovicus, & Dominus Barnimus, fratres, Principes ac Duces Stetinenſium Pomeraniæ, Cassubiæ, Sclavoniæq; Duces, Principes Rugiæ & Comites Guzkoviæ, Filij Illustrissimi & optimi Principis Philippi Pomeraniæ Ducis &c.

Generosus Dominus Baro Iohannes de Kunovvicz, filius Generosi Domini Baronis Dieterici de Kunovvicz Domini auffm Vngrischen Prod in Moravia.

Ioan Philippus de Feilitsche, Variscus.

Wilhelmus de Dondorff, Chamensis Palatinus.

Bartolemæus à Siebotendorff, Reichenbacensis Silesius.

Geberhardus de Bothmar, Saxo. Ducatus Lüneburg.

Otto vom Gründradt / Nobilis Mysius.

Iustus à Friberg, Nobil. Hollandus.

Henricus à Könritz, Nobilis Austriacus.

Ioachimus à Sintzendorff, Nobilis Austriacus.

Ernestus à Randau, Nobilis.

Raphael von Herbilsadt, Francus Nob.

Albertus Statius, Eques Anhaldinus.

Iohannes ab Arnsdorff, Nobilis in Elbenavv prope Magdeburg.

Sigismundus Suminsky, Nobilis Polonus.

Martinus Przepalkovvtky, Nob. Polon.

Petrus Sleffinsky, Nobilis Polonus.

DE

DECORONATIONE, MAXÆMYLIANI ROMANORUM Regis in Regem Ungariæ ista leguntur. ANNO CHRISTI

MAXAEMYLIANUS Romanorum Rex die 8 Septembris Posonij est coronatus in Regem Ungariæ. Ritibus coronationis peractis, cum spectacula usitato more edita essent, domus ligneæ ad ludicram oppugnationem eleganter & artificiosè extructa, ac rebus necessariis omnibus instructa, subitò exarsit, incensa globis igneis, quos artifex incautius ex balistis aneis spectaculi gratia excussserat. Tanta autem celeritate in omnem sese domum incendium diffudit, Ut inde Rex ipse, & Principes vix sint erepti. Sed magna pars eorum, qui simul ex ea domo hastilia certamina & congressus gladiatorios spectarant, flamma vel absumpta perierit, vel ita ambusta sit ac mutilata, ut vel de vita periclitata sit, vel præcipua corporis membra amiserit. Triste fuit spectaculum admodum, quod si quid mali aut sinistri novo Regi portendit precemur DEum, ut clementur id ab ipso & his terris avertat.

RECTOR

Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus ERNESTUS LUDOVICUS, Dei gratia, Dux Sedinorum, Pomeraniæ, Cassubiorum & Henetorum. Princeps Rugiæ, Comes Caycorum &c. Filius Illustrissimi & Pientissimi Principis Ducis Philippi, Princeps summis omnibus generosissimi ingenij dotibus & aliis virtutum omnium ornamentis veris, ac magno Principe dignis excellens. 1563. d. Lucæ.

PRO-RECTORIS munus gessit Vir Clarissimus doctrina & virtute præstans VITUS ORTEL, Iunior I.U.D. & Professor in hac Academia.

Inscripti 344.

Inter Inscriptos

Henningus de Walde.
Otto de Rammin.
Henningus de Rammin.
Michael Bhöne.
Albertus Stratius Anhaldinus.
Albertus Plate, Rugianus.
Mauritius à Thümen.
Henricus Rhamel.
Felix Podevvils.
Richardus & Matthias de Schulenburgk, Fratres. Filij Ioachimi de Schulenburgk.

Geor-

ANNO CHRISTI

Georgius de Velten, Brunsvicensis.
Eustachius Mandusel.
Iohannes Magnus ab Achsleben Nob.
Sigismundus: Daniel: Henricus Loss, Nobiles Silesij Fratres.
David à Stossel.
Georgius ab Anwerdt/ Silesius.
Henricus: Christophorus à Creckvvitz Nobiles ex Silesia, Fratr.
Henricus à Reger, Glacensis Nobil.
Adamus: Sigismundus à Girsdorff, fratr. Nob.
Iohannes à Morenholt, Nob.
Moyses à Metzrad, Lusatius Nob.
Fabian⁹ à Reichenbach, Nobilis Silesius.
Nicolaus Rotenburg, Silesius.
Georgius Tzschamer, Silesius.
Abraham ab Hohenmöllen.
Godfridus à Wedel, Pomer.
Adamus à Calen, Pomeranus.

De Synodo Tridentina hæc inscripta leguntur.

Synodum Tridentinam die 4 Decembris Anni 1563 concluſit Cardinalis Lotharingus ex Guiſianorum ſtirpe, homo aſtutus & vafer, anathematis ſubjectis iis univerſis, qui Decretis Synodi adverſarentur. Fuerunt in ea Synodo obſtinata ac pertinaci impietate ſtabiliti errores & abuſus omnes, parvi & magni, Idololatriæ omnes Pontificiæ, fruſtra reclamantibus cum Imperatore nonnullis, Pontifici etiam additis Principibus qui laxationem Decretorum in quibusdam, quæ manifeſtè eſſent ſancita autoritate divina, ut in uſu utriuſq; partis cœnæ Dominicæ & conjugio Sacerdotum flagitarunt. Sed impetrari mitigatio nulla potuit, quod vel conceſſis, vel emendatis minimis quibuſq; labefactaretur univerſa hierarchiæ Romanæ autoritas & potentia. Poſtea menſe Februario anni ſequentis, cum Pontifex ablegaturus eſſet in Germaniam Cardinalem Hieronymum Moronum, Mediolanenſem, ut autoritate ſicut vocant Apoſtolica, id eſt Pontificia aſſeritatem Decretorum Synodi mitigaret, & de quibus ceſſurus eſſet Pontifex ſignificaret, Orator Hiſpanicus eo animadverſo, Cardinales ne id fieri paterentur, impulit, ſingulorum animis precia, precibus, obteſtationibus, minis pertentatis ac permotis. Quo factum ut totus ſeſe Cardinalium Senatus Pontifici oppoſuerit & monuerit, ne quid moliretur quod πανολεθείαν adferret Hierar-

Hierarchiæ. Pontifex contra id multò magis futurum ostendit, nisi adhiberetur hæc ἐπείκεια, quod hanc ipsam ob causam jam regna aliqua descivissent prorsus ut Anglicum, Danicum, Suecicum, Germania magna ex parte: Aliqua ita nutarent, ut defectionem perpetuam metui necesse sit, sicut Gallicum, Polonicum Scoticum. Id si fieret solum Hispanicum non esse potentiam Ramanam conservaturum. Ita quibus illi consilijs potentiam tueri suam ac firmare cæco & insano furore student, ijs eam evertent, cum nervus potentiam, qui ex Idolatrijs & superstitionibus consutus fuit, jam olim sit incisus.

ANNO CHRISTI

De Electoris AUGUSTI munificentia in Academiam.

Die Mensis Februarij duodecima, circiter horam nonam, Illustrissimus Princeps, Dux Saxoniæ Elector, Augustus, Dominus noster clementissimus, destinavit, & attribuit Academiæ reditus annuos, mille quingentorum florenorum, de quibus alerentur Scholastici viginti Septem, ea lege, & conditione, quæ in formula constitutionis, expressa est. De hac pietate, & munificentia cum debeatur perpetua gratitudo Celsitudini ipsius: Deum æternum Patrem Domini nostri JESU CHRISTI, toto precamur pectore, ut Cels. ipsius vitam proroget in multos annos, tribuat salutarem ac tranquillam gubernationem, conservet posteritatem ejus, & colligat sibi in his regionibus æternam Ecclesiam, in qua ipsa rectè agnoscatur & colatur, & tueatur hanc Scholam, ac præstet ut hoc vere Regium beneficium rectè collocetur, & cedat ad gloriam nominis divini & veritatis restitutæ conservationem ac propagationem, AMEN.

RECTOR.

Illustrissimus Princeps ac Dominus Dn. BARNIMUS Sedinorum, Pomeraniæ, Cassubiorum & Henetorum Dux, Rugiæ Princeps &c. Comes Caycorum. Pro-Rector Clarissimus Vir Eruditione, virtute & prudentia præstans D. CASPAR PEUCERUS, Philosophiæ, & artis Medicæ Doctor ac Professor. 1564. Cal. May.

Inscripti. 352

Inter Inscriptos.

S Johan-

ANNO CHRISTI

Johannes Georgius & Otto. Inclyti & Generosi Comites in Solmis. Domini in Mincenberg&Sonnevvald, Fratres. Filij Comitis FRIDERICI Magni.

Johannes, Generosus & Nobilis Baro à Starnberg.

VVichardus, Generosus & Nobilis Baro à Polheim.

Ernestus: Melchior von Hoppenforbe.

Laurentius à Roscinim.

Cunradus à Schvveichel.

Andreas à Dam Brunsuicens.

Martinus Sigismund⁹ Obernbdorfer Austriacus.

Fridericus Zetlitz Nobil. Silesius.

Johannes Alveslebens Pomeranus.

Otto à Nostitz.

Raphael von Soll Gleichemiensis.

Georgius à Birnbaum Neagoræus.

Johannes von Liderbach.

Gebhardus à Borstell Marchiacus.

Janus à Borstell Marchiacus.

Johannes à Leben Nobil.

Erasmus à Blanckensee Nob.

Sub eodem Rectorato de morte FRRDINANDI I. IMPERATORIS ista leguntur.

FErdinandus I. Imperator postquam totas septimanas tredecim in lectulo decubuisset, toto corpore consumptus ad cutem & ossa usq; tandem die 25. July, qua est dies JACOBI Apostoli, placidissime expiravit, post horam sextam vespertinam VVienna, cum vir clarissimo Doctore Johanne Cratone Medico inculcanti ei misericordiam æterni & propitij Dei patris in CHRISTO declaratam, & Filij JESU CHRISTI merita, obedientiam & mortem pro peccatis generis humani atq; interroganti, an hujus fiducia mori vellet, bis capite annuisset. Extinctus est Phtisi. Pulmo enim postquam corpus exenteratum esset, repertus est totus putris & purulentus. Reliqua viscera ut cor, epar. & ventriculus nihil vitij habuerunt. Renum lacuna plena fuit arenulis rubicundis. Nam & toto morbi tempore aliquot edidit insignes calculos, citra tamen insignem dolorem. Ante mortem permissu Pontificis Romani, fecit potestatem subditis, qui vellent uredi utraq; parte Cœnæ Dominicæ. Renunciatio hujus concessionis Vienna publicè facta est ab Episcopo Goricense 18. die JUNII.

RECTOR

Inclytus & Generosus Dominus, Dominus JOHANNES GEORGIUS, Comes in Solms, Dominus in Münczenburg & Sonnewald &c. Filius Inclyti & optimi Comitis Friderici Magni, cujus magna fuit autoritas apud Illustriffimos Principes Duces Saxoniæ Electores fratres Mauritium & Augustum, propter sapientiam, virtutem, integritatem fidem & usum in gubernatione. CHRISTI 1564. d. Luc.

Pro-Rector Reverendus vir doctrina & virtute præstans CASPAR CRUCIGER Sacræ Theologiæ Licenciatus.

Inscripti. 310

Inter Inscriptos.

Johannes à Morfeldt. Flensburg. Holsatus.

Christophorus à Plavvnitz ex nobilitate Voitland:

Christophorus à Schell Nob. Juliac.

Georgius Ducker Nob. Marchias.

Joachimus Ludke Nob. Marchiæ.

Johannes à Cloeden ex Nob. March.

Henningus à Rantzovv Nobilis Holsatus.

Ludovicus VVorm de VVolkramhausen Nob.

Generosus & Magnificus Dn. ab Hassenstein & Lockevvitz filius Præsidis inferioris Lusatiæ.

Adam à Steinbach, Nobil. in Comitatu ejusdem Domini.

Joachimus Flemming ex Nobilitate Pomeranica.

VVolffgangus à Breitenbach ex Nob. Mysnica.

Johannes von Rebern am Berg

Hieronymus Schluck zu Grut ex Nob. Austriaca.

Johannes Borathynscy de czlotzkoroyche. Nob. Pol.

Johannes Herbort de Felstyn. Nob. Polon.

Johannes Zerzizorosky de Schuczyn, Nob. Polon.

Nicolaus Ostrouoszy de Ostrovv, Nob. Polon.

Christophor. Gosteck. Nob. Polonus.

CL. Vir M. Matthæus Dresserus Profes. in Acad. Erfurd.

Albertus Kamyenyetzcy, Generosus Dn. à Camienetzet Olestro &c. Polon.

ANNO CHRISTI

Nicolaus de Thinen ex Nob. Holfatica.
Nicolaus ab Alfeldt Nobil. Holfatic.
Andreas à Schliben Nobil. Marchiac.
Johann. Camyenyetzky, Generofus & Magnificus Dn. à Camyenietz & Olefco.
Martinus Wczyfitzki Polon. in Comitate ejusdem Domini.
Fraciscus à Lutze von der Haft.
Stanislaus Widra: Petrus Levovitz, Lituani Nobil.
Henricus à Rantzavv, filius Chriftophori ex Nobil. Holfatica.

DE INQUISITIONE HISPANICA

sub eodem Rectoratu hæc reperiuntur.

In Hifpania Inquifitio ut vocatur, exercuit horribilem fævitiam in nos, qui recte fentiunt de repurgata religione, & Pontificiam improbant. ita ut Proceres Hifpanici etiam qui funt Pontificiæ religionis fignificarint Regi, videri fibi neceffarium ut infinita ejus licentia legibus coherceatur, præfertim cum & defectiones fubditorum & feditiones motus oporteat in hoc tanto difcrimine, quod impendeat à claffe Turcica.

RECTOR.

1565. Cal. May. Inclytus & Generofus Dominus Sigismundus Ludovicus Auftriæ Baro, in Polheim & Wartenburg &c.

Pro-Rector, Vir Clariffimus, Doctrina & Virtute excellens M. Henricus Mollerus Hamburgenfis, Linguæ Sacræ Interpres ac Profeffor Publicus.

Infcript. 438

Inter Infcriptos.

Philippus ab Eheig Creutznacenfis.
Mandropus Parsbergius Danus Ordinis Equeftris.
Antonius: Sebaftian° à Walvvitz, filij Sebaftiani Capitanei Witebergenfis.
Johannes ab Einem Luneburgenfis Nob.
Erafm° Kleft Pomeran° Nob.
Chriftophorus von der Hude Bremens. Nob.
Nicolaus Semp Polonus, natus in Equeftri familiâ Nobili.
Stanislaus Lokincki: Martinus Lokincki Lituani, Fratres Nobiles.

Johan-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0160-3 DFG

ANNO CHRISTI

Johannes Georgius : Quirinus Fratres Nobiles à Sebach, filij Johan. à Sebach.
Johann: Georgius ab Elbeng.
Georgius à Tschamer Silesius Nobilis.
Georgius: Bernhardus à Rotschutz fratres, nati in Equestri familia.
Nicolaus von Tumen Nobilis Marchicus.
Johannes à Staupitz Nobil. Misnens.
Carolus à Latorff Nobil. Anhaltinus.
Gebhardus von der Heide Nobilis Cheruscus.
Melchior à Rechenberg Nobilis Silesius.
Bernhardus: Ernestus à Falckenhain Nobiles Sisesij
Albertus Jaractovvsky Nob. Polonus.
Georgius : Wolfgangus à Draschvvitz Nobiles Misnici, Fratres.
Henric⁹ à Stechavv Marchiacus Nobilis.
Sigismundus à Knoblauch Mirchiacus Nobilis.
Ernestus à Niebelschutz Silesius Nobilis.
Theodorus vom Thal. Cheruscus Nobilis.
Benceslaus à Seer Nobilis Silesius.
Iohannes à Meivvald Nobilis Silesius.
Illustris & Generosus Dominus Theodoricus Georgius, Baro in Berka, Dominus in Leippa & novo Strenouf.
Jacobus von Jena Zerveſtenſis.
Georgius à Grunberg Nobilis Marchiacus.
Martinus Dietrich à Blassenstein Nobilis Hungarus.
David à Schulenburg Nobilis Marchiacus.
Bartholomæus de Osthomitz Nobilis Prutenus.
Brandanus: Statius de Saxstede Luneburgenses fratres.

Summa omnium Inscriptorum ex Matriculâ Secundâ ab Anno 1552. Calendis May. usq; ad Annum 1565. Calen. May. *Inscripti sunt.* 8461

Sub finem hujus Matriculæ reperitur descripta pagina inclusa in fastigium turris in arce de Anno 1558. in qua patissimum de Stirpe & Electoribus Saxoniæ. Nec non Consilium Theologorum hujus Academiæ, ad requisitionem Johannis Friderici tunc Electoris de bello adversus Carolum V. Imperatorem de Anno 1546.

ANNO CHRISTI

Paginâ inclusa in fastigium turris in arce hac est.

Nisi Dominus custodierit civitatem frustra vigilat qui custodit eam. Primum igitur Deum omnipotentem aeternum patrem Domini nostri JESU CHRISTI, qui cum Filio suo coaeterno Domino nostro JESU CHRISTO, & Spiritu suo sancto creavit Coelum & terram, & homines, & colligit sibi in genere humano aeternam Ecclesiam: & propter Ecclesiam servat hostilia, precamur ut harum regionum Principes & populum clementer gubernet & protegat, & custodiat oppida & loca omnia harum Regionum.

Cum autem harum turrium nova fastigia fierent ANNO M D LVIII. munificentia inclyti Ducis Saxoniae Electoris AUGUSTI, hae narrationes de mutationibus quae hic inciderunt, in capita tectorum inclusa sunt.

Ac ut Posteritas sciat, quomodo nostro tempore situs observatus sit, hoc primum adscripsimus: Artifices indicasse Oppidum VVitebergam situm in ripa Albis supra Magdeburgam, habere longitudinem graduum 30. & 30. minutorum: Latitudinem vero graduum 51. Minutorum vero 54.

An verò VVitteberga a VVidekindo condita sit, non scimus: Nec historias habemus de oppido vetustiores Imperatore Friderico primo, qui Henrico Superbo Duci Saxoniae eripuit dignitatem Electoratus & partem Ditionis & dedit Bernardo Principi Anhaldino Ducis Saxoniae Electoris dignitatem & VVitebergam cum vicinis aliquot oppidis sitis inter Misorum Regionem & Marchionis Electoris Ditionem. Ademit & aliam partem non procul ab Hamburga sitam & ademptam dignitatem Electoriam & Ditionem attribuit Bernardo Principi Anhaldino. Haec acciderunt exeunte anno à nato CHRISTO virgine M C LXXX.

Postea tempus VVitteberga fuit praecipuus locus aulae Ducum Saxoniae Electorum, & multi Principes Electores orti à Bernhardo Anhaldino & eorum Conjuges filij & filiae, VVitebergae sepulti sunt, quorum nomina in ipsis monumentis legimus, & recitantur in historia Principum Anhaldinorum, quorum praecipua, & hic recitabimus, ut qui legunt, tot bonis Principibus gratum fuisse hoc domicilium, magis ament hoc oppidum. In Templo Franciscanorum VVitebergae hi Prin-

hi Principes & eorum Conjuges sepulti sunt. Domina Helena Ducis Saxoniæ Electoris Alberti Conjunx, filia Ducis Brunsvviconsis Otthonis, fundatrix Cœnobij, obijt Anno M. CCLXXIII. sepulta in medio choro.

ANNO CHRISTI

Dux Albertus, Maritus ejus fuit Ductor Exercitus apud Imperatorem Fridericum Secundum, cum in Ægypto Damiata recepta Est Anno 1219. Est autem nunc Damiata, quæ olim nominabatur Pelusium.

est / est

Dux Albertus secundus filius Alberti primi, obijt Anno 1297. Sepultus in Templo Franciscanorum VVitebergæ. Conjunx ejus Domina Hagne filia Rodolphi Imperatoris, obijt Anno 1312. Sepulta in medio Choro. Huic Duci Alberto, socer Rodolphus Imperator addidit Palatinatum Saxoniæ & Comitatum Breen ad Oppidum Aken in ripa Albis, à Meidebergensibus victus est.

Rodolphus primus, Alberti secundi filius natus ex Matre Hagne, vicit Meideburgenses ad oppidum Borcau. Hujus Conjunx Juttæ filia Marchionis Ottonis longi, Mater horum filiorum: Alberti, Otthonis, Johannis & Rodolphi: obijt anno 1327. sepulta in choro ad parietem meridianum.

Li

Rodolphus Secundus Dux Saxoniæ Elector elegit Carolum Quartum Imperatorem contra Ludovicum Bavarum, Profectus in Galliam ad Philippum Regem Franciæ, duxit Exercitum contra Edvardum Regum Anglicum, quo tempore magno prælio victi sunt Galli ab Anglis, & cecidit in prælio Rex Bojemiæ Johannes, qui auxilia ad Regem Gallicum adduxerat, & Angli Calesio potiti sunt. Donatus est autem Rodolphus à Rege Gallico spina, quæ ex Christi corona esse dicebatur, quam spinam cum in Patriam attulisset, fundavit VVitebergæ Collegium Canonicorum. Mortuus est anno 1385. Conjunx ejus Domina Anna filia Landgravij Turingiæ, Baldasari, Mortua est anno 1395. Sepulti sunt in Templo Franciscanorum VVitebergæ. VVenceslaus Dux Saxoniæ Elector, occupavit Luneburgensem Ducatum. Sed in obsidione Cellæ accepit lethale vulnus, ex quo mortuus est Anno 1402. ~~auxor~~ Cæcilia filia Francisci Principis Paduani, qui tunc Imperialis vicarius fuit, obijt Anno 1429. Lapis sepulchralis cum Inscriptione erat marmor Porphyreticum in Templo Franciscanorum.

sio
Vxor

Rodol-

ANNO CHRISTI

Rodolphus tertius Saxoniæ Dux & Elector, VVenceslai filius, depulit Episcopum Meideburgensem à Peltzsk & Rabenstein, obiit Anno 1419. Uxor Barbara Ducissa Lignicensis & Brigensis, obiit anno 1435. Eorum filios Rodolphum & VVenceslaum, viventibus Parentibus, oppressit in arce Sneimitz lapsa turris. Pater deinde à Sigismundo Imperatore missus in Boiemiam, ut autoritate Imperij mandaret Boiemis, ut quiescerent, an urnere mortuus est.

Successit Albertus Elector in ea familia postremus, Rodolphi Tertij frater; Conjugem habuit filiam Ducis Aureliani, incendio in arce Locha orto perterrefactus aliquanto post mortuus est Anno 1422. Decessit sine masculis heredib. Sepultus apud Fratrem in templo Franciscanorum.

Hanc commemorationem hic insernimus, ut qui legent, sciant fuisse egregiam virtutem etiam illo tempore Principum Electorum Ducum Saxoniæ, quamquam potentia non semper par fuit. [*Pleniorem recensionem Illustrissimarum Personarum in Templo Francisscanorum conditarum vide infra inter Inscriptiones VVittebergenses.*

Inserie de Rudolpho IIdo. Electore Sax. Philippus Melanchthon, in recensione Personarum, ibidem sepultarum ista annotavit Im Jahr 1370 den 6 *Decembr.* ist gestorben Rudolph *II.* Churfürst zu Sachsen / ist begraben im Chor neben der Tochter / hat Carlln IV zum Käyser erwehlet/wider Ludwig in Beyern/ Philippo Köntgn Franckreich ist mit einem Krigsheer zugezogen wider Edvardum König in Engellandt zu der Zeit/als die Franzosen von Engelländern sehr geschlagen/Cales verlohren/vnd der Böhmische König Johannes auff der Franzosen Seitten in der Schlacht geblieben. Diesem Rudolpho hat der König in Franckreich verehret einen Dorn von deß HErrn Christi Crohne / den er nach Wittenberg gebracht / vnd zu ehren das Collegium der Thumbherrn daselbst gebauet / im Jahr 1353 den 24 Februar. Aber Churfürst Friedrich III. hat solche Capell nieder gerissen / vnd an deren Stat eine neue Kirche/so itzo die Schloß : oder Universität Kirche heisset / mit grossen Vnkosten auffgerichtet. Entlich hat Churfürst Johann Friedrich deß Rudolphi Gebeine auß dem Franzißkaner Kloster in die Schloß-Kirche beym Altar verlegen lassen.]

Diese Angelegenheit ist folio gesetzt wie? pagina inicio &c.

Anno

ANNO CHRISTI

Anno 1423 translata est dignitas Electoralis in familiam Marchionum Misnensium, quia magnos exercitus ad reprimendos Bojemos miserant & Fridericus Marchio tunc regionem Misnorum & Turingiam tenebat. Huic igitur Imperator Sigismundus tradidit dignitatem Electoris Saxonici & eam religionem, quæ nunc est Electoris Saxonici propriam, in qua est Vitteberga.

Ornavit urbem Vittebergam Dux Saxoniæ Elector Fridericus Tertius, qui vixit regnante Imperatore Maximiliano. Condidit arcem & templum arci vicinum & ripas Albis ligneo ponte junxit. Postea anno 1502 Academiam Vitebergæ constituit, accersitis huc Lectoribus ex Academia Lipsica & ex Academia Tubingensi. In hac Academia anno 1517 Reverendus vir Martinus Lutherus natus in Isleben Theologiæ Doctor, edidit Propositiones piè & eruditè scriptas, de vera pœnitentia & fide, qua homo in conversione accipit remissionem peccatorum, & fit justus, & refutavit multos errores Romanorum Pontificum & Monachorum de impostura Indulgentiarum & aliis falsis opinionibus. Inde ortus est correctio multarum superstitionum & restitutio puræ doctrinæ Evangelij, de qua extat confessio Ecclesiarum Saxonicarum, exhibita Imperatori Carolo V. in Comitiis Augustanis Anno 1530. Quam Confessionem scripsit Philippus Melanthon, natus in Oppido Palatinorum Rheni Bretta, qui etiam alia utilia scripta edidit, ex quibus cognosci potest integrum doctrinæ genus in hac urbe receptum verum esse & Ecclesiæ necessarium. Speramus enim DEO juvante, libros ad posteritatem perventuros esse.

Etsi autem Romani Pontifices & Episcopi cum eo sentientes & Imperator Carolus Quintus & multi Principes veritati adversabantur: tamen magna pars Germaniæ & in aliis gentibus multi viri docti & timentes DEum amplexi sunt doctrinam confessionis Ecclesiarum Saxonicarum. Nec verò dubium est Romanos Pontifices Carolo Imperatori semper hortatores fuisse ad bellum movendum contra eos, qui puram Evangelij doctrinam amplexi erant. Tandem igitur Anno 1546, cum eodem anno Mense Februario, Doctor Martinus Lutherus mortuus esset, edidit Proscriptionem Carolus Imperator, contra Ducem Saxoniæ Johannem Fridericum, & Landgravium Hassiæ Philippum. Quæ belli occasiones proximè

ANNO CHRISTI

ante cesserunt. Quæ causa ostensa sint legi potest in integris historiis. Nam Imperator Carolus ne omnium Principum animos à se alienaret, affirmavit se tunc non mutaturum esse Ecclesias.

Cum autem Dux Saxoniæ Johannes Fridericus Elector, & Landgravius Hassiæ, & socij duxissent magnum exercitum in Bavariam, ut Imperatori Carolo, ibi colligenti exercitum, occurrerent, levia aliquot prælia ibi facta sunt, ac tota hyems consumpta est sine magno prælio. Quia Imperator Carolus cum exercitu tanto & cupido dimicationis non esse pugnandum judicabat. Rediit igitur Dux Saxoniæ Johannes Fridericus Elector in regionem Myforum. Et quia bellum inter agnatos Principes, Ducem Johannem Fridericum, & Ducem Mauritium, motum erat; Carolus Imperator in Vere, anni 1547 ab oppido Egra duxit magnum exercitum ad ripam Albis prope Mulberg, quod supra Torgam situm est. Ibi die 24 Aprilis captus est in prælio Dux Saxoniæ Johannes Fridericus, & ad Carolum Imperatorem mox adductus, qui captivum apud se retinuit & statim cum exercitu ad oppidum VVittebergam accessit. Cumq; Imperator Carolus, & Rex Ferdinandus, & alij Principes divertissent in pagum Academiæ Pestriciam. Imperator inde mox ad Albim castra locat, & petit ut fiat VVittebergæ deditio. Erant in Oppido Ducis Johannis Friderici conjunx & tres filij, Pater extra urbem in castris Imperatoris captivus erat. Imq; & Pater & filij in majore periculo futuri erant, si oppidum vi expugnatum esset. Oppidum igitur VVittebergæ consilio Nobilium, quibus commendata erat conjunx Ducis Johannis Friderici cum Filiis, deditum est Imperatori, & Præsidium Imperatoris intra mœnia receptum est die 23 Maij. Postea Imperator dignitatem Electoris Saxonici transtulit in Ducem Saxoniæ Mauritium, & ei VVittebergam & hanc vicinam Ditionem, quæ est Electoris propria, tradidit, & certis conditionibus pacem dedit filiis Ducis Johannis Friderici.

Hoc modo facta est mutatio Dominij in hac Ditione Anno 1547. Mederare autem egit Imperator, quod dignitatem Electoris & hanc Ditionem non transtulit a familia Ducum Saxoniæ. Et Dux Saxoniæ Elector Mauritius clementer gubernavit & defendit hanc Ditionem, cum postea nova bella mota essent ab Alberto Marchione Bran-

Brandeburgense, qui minitabatur his Regionibus ad Albim vastationem. ANNO CHRISTI

Mortuo autem Duce Saxoniæ Electore Mauritio Anno 1553. successit frater Dux Saxoniæ Elector Augustus qui facta transactione cum Duce Saxoniæ Johanne Friderico pacem in his regionibus constituit. Postea & hereditarium fœdus Ducum Saxoniæ, Marchionum Brandeburgensium & Landgraviorum Hassiæ renovatum est. Quo in fœdere & hoc comprehensum est, ut consensum ineamus de confessione puræ doctrinæ exhibita Imperatori Carolo V. in conventu Augustano Anno 1530.

Hactenus igitur DEI beneficio tranquillam gubernationem Dux Saxoniæ Elector AUGUSTUS tenet, qui in vita privata justus, castus & modestus est. & DEum, vera invocatione, agnitione & fiducia Domini nostri JESU CHRISTI colit, & publicæ Ecclesiæ disciplinam & Jurisdictionem honeste tuetur. Ostendit etiam studium publicæ pacis & concordiæ in Germania, cum in aliis negociis, tum in Electorum conjunctione tuenda, qui hoc Anno 1558 Francofordiæ omnes convenerunt, ut cum Imperator Carolus ultrò Imperatoriam dignitatem deposuisset, Electionem Imperatoris Ferdinandi confirmarent, nec sinerent Germaniam diversis electionibus distrahi.

Oramus igitur DEum æternum Patrem Dominum nostri JESU CHRISTI, Creatorem generis humani, custodem Ecclesiæ suæ, & bonarum Potestatum, ut huic Duci Saxoniæ Electori AUGUSTO tribuat longa vitæ spatia, salutarem gubernationem, & felicem posteritatem.

Hujus Ducis Saxoniæ Electoris AUGUSTI mandato & sumptu hæc fastigia turrium versus facta sunt, Anno M. D. LIX. cum ante obsidionem amota essent, ut collocari machinæ in turres possent, quia tamen demolitione non opus fuisset. Quia Imperator Carolus adeo quievit, ut ex machinis ejus nullus globus in oppidum emissus sit: Ita DEus clementer hoc oppidum protexit.

ANNO CHRISTI Consilium Theologorum Wittebergensium, de quo diximus, Germanico Idiomate his verbis adscriptum reperitur hoc titulo.

VIdimirte Copey deß Rathschlags / so die Herrn Theologi der Universität Wittenberg gehalten/ vnd Herzog Johann Friedrichen damals Churfürsten zu Sachsen/ vff Sein Befehl vnd erfordern gegeben haben/ wegen deß Kriegs wider Käyser Carolum V. Anno 1546 fürgenommen / auß dem Original geschrieben / welches in der Flucht nach der Niderlage / als die Canceley in der Lochischen Heyden ist zurstreuet worden/ verloren/ vnd nachmals gefunden / vnd durch den Pfarr-Herrn zu Lobawerda Herrn Martinum Gilbertum / dem Ehrwürdigen Herrn Doctori Georgio Majori ist wiederumb zugestellet worden. Das Original aber ist von der Universität vnsern gnädigsten Herrn dem Churfürsten zu Sachsen Herzog Augusto überantwortet worden. Denn Rathschlag hat der Herr Philippus Melanthon gestellet. Doctor Caspar Cruciger mit seiner Hand ad mundum außgeschrieben. Vnd haben jhnen sie alle zugleich mit jhren eigenen Händen als nemblich Johann Bugenhagen Pommer/ Doctor Caspar Cruciger/ D. Georgius Major/ vnd Herr Philippus Melanthon vnterschrieben.

WAs auß GOTT ist/ wird nicht vertilget/ die weil denn diese Lehr/ so GOtt in vnsern Kirchen gnädiglich offenbart hat/ in Jhrem rechten Verstand gewißlich auß Gott ist / so wird sie GOtt nicht lassen außrotten. Vnd werden etlich Land vnd Stätte bleiben / darinnen sie leuchten wird. Gleichwol können daneben auch Straffen über vns kommen / wie Petrus spricht/ **Gott fehet die Straff an/ an seinem eignem Hause/** denn wir haben leider auch Sünden ꝛc. Darumb ist Zeit zu Gott mit Hertzen zu seufftzen/ vnd ümb Gnad / Raht/ vnd Hülff/ ümb vnsers Heylands Christi willen zu bitten / daß Er ümb seiner Ehre willen vns gnädiglich schützen wolle / daß die Feinde nicht sagen: **wo ist nu ihr GOtt?** Vns für vnsere Person / were viel leichter zu leiden vnd zusterben / denn zu rhaten vff vngewissen Argwohn/

wohn / denn wenn es gewiß ist / daß der Käyser diese Stände von der Religion über ziehen wolle / als denn ist kein Zweiffel / diese Stände thuen recht / so sie sich vnd die jhren ernstlich mit GOttes Hülff schützen / wie S. Paulus spricht: **Die Obrigkeit führet das Schwerd nicht vergeblich / sondern sie ist GOttes Dienerin / vnd soll straffen die jenigen so arges thun / als Mörder** ꝛc. Wie ist ein solche Gegenwehr nicht anders / denn als so man einem hauffen Mörder wehren müste / er werde gefürt von Käyser oder von anderen / denn es ist eine öffentliche Tyranney vnd notoria violentia. ANNO CHRISTI

Wie sich auch Hispanier / Italiäner / Burgunder in diesen Ländern halten würden / hat man ein Exempel an denen in Jülich gesehen. Vnd soll billich ein jeder Hauß-Vater sein Leib vnd Leben zusetzen / solche grosse Tyranney zuwehren. Vnd von dem Vorkommen / oder von der Prævention zureden / ist auch war / daß die Prævention vff diesen Fall der gewißheit recht ist / nemblich so man gewißlich deß Käysers Gemüth weis / daß er willens ist / diese Stände zu überziehen.

Zum andern / so es aber vngewiß / so bitten wir in vnterthänigkeit vnsere Gnädigste vnd Gnädige Herrn / wollen nicht zu sehr eilen / denn das Werck ist groß / vnd wird dieser Krig eine ewige Verendrung Teutscher nation bringen / drumb ist es nicht leichtlich anzufahen. So muß man in diesen Sachen auch GOTT vertrauen / Er werde Wächter vnd Schütz-Fürst seyn / wie der Psalm spricht: Seid still / vnd sehet daß Ich GOTT bin. Man soll auß vngewisser Furcht deß künfftigen / nicht in Gegenwärtigkeit von der Regel weichen / vnd gefehrliche Ding für nehmen. So wissen wir auch nicht / so man vff ein vngewissen Wahn anziehen würde / wie es ein Nahmen haben solt / vnd wo man angreiffen wolte / so ist noch gröſſer Mangel am Getreid etc.

Zum dritten / war ists / der Herrn Fehrligkeit ist die Gröſſte / vnd ist wol zu gedencken / wil der Käyser sie über ziehen / so wird er nach der Chur vnd Fürsten Personen selbst trachten / deß sie vnd die Jüngen Herrn in Gefängnüß gebracht werden / wie die grossen Könige zuvor mehr mit denn Fürsten ümbgangen sind. Darüber ist diese fehrligkeit auch groß / der Adel in Stiffren vnd in vielen

ANNO CHRISTI

Ländern sonst / ist dieser Lehr zum höchsten feind / fürchten sie verlieren die grosse Prælaturen etc. So nu der Käyser eine Macht zufeld haben würde / ehe diese Herrn gerüst weren / würden viel vom Adel sich zum Käyserlichen Heer wenden. Diese vnd andere grosse Fehrligkeit betrachten wir auch / vnd sehen / daß diese Chur vnd Fürsten gleich also wie Israel am Rothen-Meer stehen / vnd haben wenig Menschlichen Trost / soll das End gnädig seyn / so wird es GOttes Werck seyn. Wie wohl aber dieses eine scheinbahrlich Vrsach were / einen Zug zuthun / so diese Herrn sagten / sie wollen einen gewissen Frieden haben / vnd nicht allezeit so sitzen / vnd deß Backenstreichs gewertig seyn / so ists dennoch zu bedencken / ob es Vrsach gnug sey andere zuüberfallen / vnd ob es fruchtbarlich sein würde.

Zum vierden / es wollen auch die Herrn bey sich selbst schlissen / ob sie kriegen / vnd warumb sie kriegen wollen / vnd welche Sachen so hochwichtig siud / daß derhalben Krieg vnd Zerstörung deß Reichs nicht zu scheuen sind. Denn wer dieses nicht bey sich beschlossen hat / wird deß Krieges bald müde werden. Vnser Heyland IESVS CHRISTVS der Sohn GOttes / wolle der Chur vnd Fürsten Hertz zu seligem Rath neigen / Amen.

Vns siehet diese Käyserliche Rüstung an / daß sie vff deß Concilij Tridentini determination warten solle / vnd achten nicht / daß der Käyser etwas zuvor mit der That fürnemen werde.

Johannes Bugenhagen, Pomer. D.
Caspar Creutziger, D.
Georgius Major, D.
Philippus Melanthon.

DAß diese abgeschriebene Copien / eines hochwichtigen Rathschlags der fürnemen Theologen zu Wittenberg / mit dem waren Original, welchs dieselbe sampt vnd sonder mit eignen Händen vnterschrieben / von Worten zu Worten eines Lauths vnd Inhalts / auch daß diese Copien gegen dem warhafften Original mit allen Fleiß auscultiret, recognosciret vnd vidimiret worden. Solches bezeuge ich Philippus Melanthon, auß offener Gewalt creirter der löblichen Universität vnd deß Consistorij zu Wittenberg

veror-

verordenter Notarius, mit dieser meiner eigenen Hand / Tauff / zu Nahmen vnd legalischem Zeichen / treulichen sonder gefehrde / etc. Signatum VViteberga die 29. Aprilis Anno Christi 1568. Sub Rectoratu Clarissimi Viri Domini Johannis Posonis J. V. Doctoris P. Augustalis Prætorij Advocati & Academiæ hujus Jurium Professoris. ANNO CHRISTI

RECTOR.

Clarissimus Vir doctrina & virtute præstans MICAEL TEUBERUS J. U. D. & Professor. 1565. d. Luca.

Inscripti 227

Inter Inscriptos.

Adam Cossebate, Megapolensis Nobil.
Hennuchus Morim, Megapolen. Nobil.
Fridericus: Casparus à Krobevvitz Nobil. frater.
Adolphus: Christophorus Wilhelmus ab Hagen Nob. fratr.
D. Ludovicus, Baro in Putbusch.
Georgius de Plato Nobilis
Albertus Stiber Nob. Francus.
Bernhardus Baro à Kitlitz.
Blasius à Biberam.
Franciscus Schlichtingk Nobil. Siles.
Stephanus: Otto: Adamus Gaus, Barones in Podlitz.
Carolus: Joannes à Sebotendorff, fratres.
VVolffgangus Theodoricus ab Ende.
Nicolaus à Nebelscitz Silesius.
Matthias von Blumenthal Nobilis.
Georgius Witzthumb: Christophorus Witzthumb ab Eichsteth.
Wilhelmus Bernhardus à Mila.

De Comitijs à Maximiliano IIdo, Augustæ celebratis; interq; alia Augusto Electore Sax. hæc notata reperiuntur.

Autoritas post Imperatorem præcipua fuit Augusti Ducis Saxoniæ Electoris, qui & sententia sua præeuit reliquis, & consilijs deliberationes pleraq; ex salute ac dignitate Imperij publica moderatus est, & diligentia autoritateq; negotia confecit. Deo faciente animos cæterorum Principum, ut salutaria Reipublicæ consulentem, & monentem non gravatim audirent, neq; invitis tanquam consilij publici Ducem sequerentur.

Inter

ANNO CHRISTI

Inter alia capita conclusum hoc refertur.

Ut Leges pacis religiosæ inter adductos Confessioni Augustanæ & Pontificios renovatæ ac declaratæ denuo sancirentur, & præcideretur occasio novorum dissidiorum. Ut cum Fridericus Palatinus ad Rhenum Elector dissentiret à ceteris, in capite doctrinæ περὶ δείπνου κυριακοῦ, constituerent Ordines Confessionis Augustanæ inter se utrum is legibus pacis illius religiosa comprehendatur.

R E C T O R.

1566. Cal. May. Vir doctrina, virtute, meritis in Academiam, & medicationibus clarissimus, VITUS ORTEL WINSEMIUS Senior, Philosophiæ & Medicinæ D. ac Græcarum literarum in Academia Professor.

Inscripti. 309

Inter Inscriptos.

Canutus Schram, ex Scandia Nobilis.

Mauritius Styggi, Dan. Nob.

Adolphus: Ludovicus: Ernestus: Levinus: Conradus à Börstell Nob. fratres.

Iohannes à Wentzke Silesius.

Wolfgangus: Jonas: Theodorus à VVernsdorff Pruteni.

Iohannes Fridericus à Schurstet.

Ernestus, Nobilis Eques à Plato.

Ernestus à Köttscha, filius Capitanei in Münchneuburg.

Christophorus à Bettin Nobilis.

R E C T O R.

1566. d. Luca. Vir doctrinâ & virtute ornatissimus M. EUSEBIUS MENIUS Philosophiæ & Artium Liberalium Professor, filius Reverendi Viri & eximij Theologi Justi Menij.

Inscripti. 133

Inter Inscriptos.

Georgius à Ditta, Nobil. Variscus.

Gerardus à Lüderitz, Nobil. Marchiacus.

R E C T O R.

1567. Cal. May. Reverendus Vir D. GEORGIUS MAIOR Sacræ Theologiæ Doctor, una omnium voce creatus Rector in Semestre æstivum, quanquam excusatione ætatis uteretur, tamen rogante Senatu, Magistratum Scholasticum accepit.

Inscri-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0172-0 DFG

Inter Inscriptos.

Sampson Blücher Megapolitanus Nobil.
Henricus ab Einem Luneburgen. Nob.
Georgius Veechemin Colbergen. Pomer. Nob.
Egenolphus à Bendleben Thurin. Nob.
Bernhardus à Luttich, Viri Clariss. præstantis nobilitate generis, virtute, sapientia & eruditione, Wolffgangi à Luttich Doctoris U. J. Consiliarij Illustriss. Principis & Electoris Saxoniæ filius.
Caspar Renglin Prutenus Nobilis.
Johannes Fridericus ab Hack Nobilis in Stolpen.
Josephus Vollevvicz Lituanus Nobilis.
Paulus Zamboretzky Polonus Nobil.
Gregorius Sapia Lituan⁹ Nob.
Johannes de Riczen Nobil. Lubecensis.
Ottho Spiegel auff Berndorff Nobilis.
Johan V Volffgang à Wallenrod Nobilis.
Georgius Weiher Nobil. Pomeranus.
Ernestus à Melzung Luneburgen.
Conradus Eustachius Flemming Nob. Pomeran.
Simon Werbup de Alverdis Nobilis.
Andreas Freiauff Nobil. Anhaltinus.
Victor Steding Pomeranus Nobil.
Paulus à Bockvvoldo: Henricus à Bockvvoldo Nobil. Holsati.
Crispinus Thesiner Nobil. Prut.
Johan. Dominic⁹ de Protsch Nob. Silef.
Joannes Grötschreiber de Stablovvicz Nob. Siles.
Adamus Reibenicz de Raten, Nob. Silesius.

RECTOR.

Vir clarissimus, doctrina, prudentia & virtute præstans D. JOHANNES BOSONIUS J. U. DOCTOR & Professor. *1567. die Lucæ.*

Inscript. 248

Inter Inscriptos.

Johannes à Marvvitzer Landsberga Marchiacus.

ANNO CHRISTI

Johannes: Walterus Buren. Gritensis & Clivensis.
Dominicus à Brockendorff Silesius.
Jacobus Heckelberger, Nob. Austraicus, ab Hessenberg.
Christophorus à Wuolckenitz Friburgensis.
Johannes Theodoricus: Eustachius à Stauchvvitz fratres Nobil.
Generosus & Nobilis Dominus Albertus de Lobkovvitz & Hassenstien &c.

Quid Maximilianus Imperator in Ditionibus suis circa Augustanam Confessionem Subditis concesserit.

Sic annotatum reperitur.

IMperator Maximilianus post impetratas a Turcis inducias, his procul in Asia gravi bello lacessitis ab Arabibus & ijs provincijs quæ defecerunt, conventus egit subditorum in suis Ditionibus, quibus post disputationes multorum dierum tandem potestatem fecit liberè amplectendi ac profitendi doctrinam Confessionis Augustanæ, sed ea lege, Ecclesijs certum & convenientem piorum rituum ordinem, non alienum tamen a doctrina & pietate Christiana imponi ut paterentur, quem se observaturos sponderent, & ut promitterent collaturos sede grandem pecunia vim constitutis vicibus certo tempore ad alenda perpetua in limitib. adversus Turcas præsidia, & onera gubernationis in Imperio sustinenda, atq; æs alienum dissolvendum. Huic de religione concessioni etsi accerrimè restiterunt, Pontifex Romanus misso Legato Cardinale COMENDONO natione Veneto, fratres Ferdinandus & Carolus Archiduces austriæ: Albertus Bavariæ Dux, Episcopi vicini, perstitit tamen in sententia Imperator, sed deliberatio de ordine & forma Ceremoniarum in Ecclesia quam AGENDAM nominant, rejecta fuit in aliud tempus.

RECTOR.

1568. Cal. Maij. Clarissimus Vir Casparus Peucerus Philosophiæ & Medicinæ Doctor & Prof. P.

Inscripti. 490

Inter Inscriptos

Franciscus Sparr Nobilis.
Joachim⁹ à Pein Brunsuicens.
Fridric⁹ à Schonberg: Theodoricus à Schonberg fratres Nob. ex Misnia.

Henri-

Henricus Arend: Balthasar Tessyn: Henningus Thessyn: Zacharias à Kalen Nobil. Pomerani.
Mauritius Brederlovv Pomer. Nobilis.
Quirinus ab Ende. Nobil. ex Misnia.
Victor Strolendorff Nobil. Megapolitanus.
Caspar Flemming Nob. Pom.
Philipp⁹ Mulich à Danikovv.
Ttaurlandus à Bernstein.
Georgius Henricus à Staupitz Capitanei in Betzig filius.
Dominus Botto, Burgravius à Donavv in Kroschen & Maslavv.
Balthasar à Grisheim.
Heidenricus ab Aschenberg.
Tham: Henricus: Johannes: VVolgangus: Wilhelmus Loseri, filij Nobilis & strenui Johannis Loseri, hæreditarij Marescalli Ducatus & Electoral. Saxon.

ANNO CHRISTI

RECTOR.

Magister JOHANNES BUGENHAGIUS, Filius. Reverendi D. D. Johannis Bugenhagij Pastoris olim Ecclesiæ Witebergensis Sacrarum literarum Professor, & in templo Arci vicino Concionator.

1568. d. Luce

Inscripti 297

Inter Inscriptos.

Adamus à Schlieben: Liberius à Schlieben à Lange.
Johannes Georgius: Ernestus à Wettin.
Justus à Dono in Comitatu Lippiæ.
Bernhardus à Loss de VVilckau.
Fridricus Magnus: Sigismundus à Brandenstein.
Johannes Paulus à Kappel.

RECTOR.

Inclytus & Generosus D. D. BOHUSLAUS JOACHIMUS, BARO à LOBCOVVITZ & Hassenstein Dominus in Litzkovv &c. Inclyti & Generosi Bohuslai Fœlicis Baronis &c. Cæsareæ Majestatis Consiliarij & Inferioris Lusatiæ Præfecti, Filius.
Pro-Rector, Reverendus & Clarissimus Vir doctrinâ & virtute præstans D. PAULUS CRELLIUS S. Theol. D.

1569. Cal. Maij.

Inscripti 460

ANNO CHRISTI

Inter Inscriptos.

Fridericus à Noſtitz Prutenus Nob.

Wenceslaus Budovvetz à Budovva Nob. Bohemus.

Generoſus & Inclytus Dominus Fabianus Burggravius, & Baro à Dohna &c.

Achatius: Georgius à Kunobad, fratr. Nob. Pruteni.

Georgius Ulrich vom Ende. Nob. Miſnicus.

Henricus Albertus von Gadenſtat Saxo.

Matthias de Feltheim vff Dornburg.

Aſcanius ab Heimborg Nob. Brunſvigus.

Georgius à Gebeſem Guttenhuſen.

Gerardus Rantzavv. Holſa. Nobil.

Joachim° à Borch Grebingen.

Paulus Gorecke de Fiſchko Nob. Pom.

Generoſi & Inclyti Barones & Domini &c. Dominus Michael Schlavata à Chlum & Coſſenberg. Bohem.

Dn. Corol° à Walſtein in Arnavv & Mellethyn Bohem°.

Dom. Henricus à VValſtein in Birſtnitz Moravus.

Fridericus à Ratzbar Sileſ.

Stibot Scarobskj Moravus Nob. Dnnr. Miniſtr.

Johann: von der Wiſchne Hannoveren.

Georgius Henfeld Mēgapolens Nob.

Johannes: Erneſtus à Segerden Fratr. Nob. Luneburg.

Chriſtophor° à Noſtitz Nob. Pruten.

Joachimus Quaſt Nob. ex Comitatu Ruppinens.

Vir Clariſſimus Sapientia, doctrina & virtute præſtans D. Matthæus Weſenbecci° J.U. Doctor Antuerpianus in hanc Academiam exvicina Salana ad Profeſſionem Juris vocatus &c.

RECTOR.

1569. d. Luc. D. JOACHIMUS à BEUST J. U. D. Vir nobilitate generis, doctrina, prudentia & virtute clariſſimus Profeſſor in hac Schola publicus & Illuſtriſſimi Principis Ducis Saxoniæ Electoris &c. συμβιβλιοτ.

Inſcripti 33

Inter Inſcriptos.

Henricus à Beuſt, hujus Rectoris filius è Stirpe Buſtia, nominis nobilitatis, atq; insigniorum familiæ hæres unicus.

Joachimus à Dorſtedt.

Chri-

ANNO CHRISTI

Christophorus à Dorstedt.
Petrus de Haübitz.
Christophorus à Caras, Nob.
Fridericus à Minckvvitz.
Vitus Ulricus ab Ehrenthal, Francus.
Otto à Zervvist.
Andreas Holck, Holsat. Nobilis.
Colmannus à Leth.
Adrianus à Wolffen.
Joachimus à Treskau.
Fridricus ab Arnstedt.
Sebastianus Mendel à Steinfels.
Johannes Simon à Steinfels.
Johan. Zimmerman à Zvvatz.
Conradus à Botmer. Abbas Luneburg.
Eckhardus Manteuffel, Nob. Pomer.

De Duce Florentino, in magnum Ducem Hetruriæ à Pontifice creato, leguntur ista.

POntifex Romanus Pius V. usurpata potestate, quæ solius Imperatoris propria est, Ducem FLORENTINUM Romam accersitum, creavit magnum Ducem, Hetruriæ cum ea provincia non Sedi Romanæ sed Imperio subjecta sit, & eundē Diademate titulōq; Regio ornavit frustra per Legatum resistente & repugnante Imperatore & sua jura opponente, Agitata hæc sunt in frequenti Cardinalium consessu. Dux Romam ingressus XV. January, & postridiè Pontificem in fanum D. Petri intrantem nudo capite à tergo secutus, caudam pallij, quæ fuit indutus obsequij & honoris causa de terra sublatam gestavit. Factum id putant à Pontifice hoc consilio, ut labanti Hierarchiæ comparet firmum tutumq; præsidium à potenti vicino contra Hispanorum superbiam & Tyrannica Imperia. cum videat res Gallicas nutare: Germaniam partim alienam esse à sede Romana, partim Italiæ cura parum afficī. Italiam ipsam verò nisi autoritate & Imperio potentis Principis conjungatur, & in officio metuq; contineatur, aut non fidem aut non quietam fore.

RECTOR 1590.

Generosus & Nobilis Dominus D. STEPHANUS GANS, Baro in Pudlitz Marchiæ Brandeburgensis Marescallus hæreditarius. d. 1. Maij.

PRO-RECTOR Eximius Philosophiæ ac Medicinæ Doctor & Professor ABRAHAMUS VVERNERUS.

Inter Inscriptos

Bernhar. Hermannus à Dausvvitz, Nob.
Eberhard⁹ à Weyhe, D. Consiliar. Elector. Saxo. & Profess.
Gordanus ab Haubitz.
Henricus à Kurtzbach, Baro in Trachébergk & Militsch D. in Drum & Lemberg, Silesius.
Albertus Slavata à Chlumet Cossenberg Baro Bohemus.
Sigismundus Helt à Kements Baro Moravus.
Wilhelmus à Saltza, Silesius.
Jacobus à Bartleben, Equestris Ordinis.
Guntherus à Bartensleben, Equest. Ord.
Christophorus à Mullendorf, Equest. Ord.
Samuel de Breck, Equestris Ord.
Ernestus ab Wildenstein, Equestr. Ord.
Johannes Miczian, Baro de Klinstein & Rostock.
Martinus vom Embde / Magdeburg.
Nicolaus Ulfeldt, Nobil. Danus.
Wolfgangus Igell ab Hartenreyt.
Wenceslaus ab Zedlitz.
Adamus ab Reibnitz.
Sigismundus à Smirzicz, Liber Baro & D. in Sekala.
Albertus Morava ab aquis Narcomannus.
Sigismundus de Parentin.
Georgius Starzinisky à Liebstein.
Ludovic⁹ à Zertzen, Schaumb Nobil.
Johannes à Satza, Nobil. Lusatus.
Johannes Brockenhus, Nob. Danus,
Johannes à Krotoschin, Palatinides Wladislaviens, Polonus Baro.
Johannes Lasiti⁹, Polon. Nobilis.
Stanislaus Trlesky, Polonus Nobilis.
Johan. Philipp. Volant à Volantsege, Nob.
Achatius: Marcus Hohenfelderi Austriaci Nob. fratr.

1570. d. Luca. RECTOR

Ornatissimus doctrinâ, & virtute Vir M. ALBERTUS LEHENMEIER, Hamburgensis, Oratoriæ Professor Publ.

Inscripti

Inter Inscriptos.

Wolffgangus: Georgius à Schonberg in Limbach Nob. fratr.

Generosus Andreas Fierlei de Dambrovicza Palatinides Lublinenſ. Generosus Felix Fierlei de Dambrovicza.

Nicolaus Gabrionka, Nobil. Polon.

Zbosin Zilinsky, Nob. Polon.

Georgius Schoneick, Nobil. Sileſ.

Antonius Puſsk, Sileſ. Nobil.

Martinus à Max, Nob. Sileſ.

Erasmus Broske, Brandeburgenſ. Nob.

Wolffgangus Henric° Greff, Golzkovienſis Nob.

Michaël Bialoslivvsky, Polon. Nob.

Wolffgangus à Schaffgottſch cognominatus, Nob. Sileſ.

Johannes Schvvanbeck, Marchicus Nob.

Segebaldus ab Huda, Bremenſis.

Johannes van der Seide, Luneburg.

RECTOR

Vir Reverendus, pietate, doctrina & dignitate Clariſſimus, CASPAR CRUCIGER, Sacræ Theologiæ Doctor ac Profeſſ. Publ. 1571. d. 1. Maij.

Inscripti 405.

Inter Inscriptos

Henricus à Medino, Nob. Luneburg.

Erneſtus à Ponicka, Nobilis.

Johann. Chrzaſtovvsky, Nobil. Polon.

Johannes Gebhardus à Zuſſenhard, Nob. ex Marchionatu Badenſi.

Andreas à Franckenreut, nobilis ex Palatin.

Ebaldus ab Ende, in Bithavv Nobil.

Thomas Szienitzky, Polonus Nobilis.

Nicolaus à Seidlitz, Nob. Sil.

Johan. Maximilianus Schindelius ab Eberhartz Nob. Bohemi.

Daniel Balenſchky à Zluikovva Nob. Bohem.

Henricus Flavinus à Rotenfeld Nob. Bohem.

Johan. à Seidlitz, Nobil. Sileſ.

D. Rudolphus: D. Joſephus de Preſing, Barones Auſtriaci.

Wolffgangus Rudolff vom Ende/ Nobil.

Godt-

ANNO CHRISTI

Godtfrid von Rechenburg/ Nobilis.
Henricus à Bilau in Sachavv, Nob. Bohem.
Johannes Sixtus à Reitzenstein, Nob. Voitland.
Henricus à Wutenavv, Nob. Marchiacus.
Johannes: Reinholdus à Tiffenhusen, fratr. ex Nobili Livonienſi.
Johannes Adolffus à Bockvvaldt, Nob. Holſa.
Otto: Chriſtophor⁹ Hacken à Berg, fratres, ex Nobil. March.
Daniel à Rochau, Nobilis March.
Bertramus à Borſtel, Nobilis March.
Vincentius à Nietenberg, Nob. Branden.
Generoſus Dominus Staniſlaus Rydzinsky, Comes à Wirbna Polonicus.
Matthias Guinsky, Nobilis Polonus.
Matthias Gloginsky, Nobilis Polon.
Matthias Quiletzky, Nobil. Polon.
Johannes Henricus à Flemming, Nob. Pom.
Fridricus à Werder, Havelbergen.
Iſaac: Jacobus à Span de Lichtenhagen & Wibensbach Auſtriaci Nob.
Henricus: Juſtus ab Oppen, Nob. fratres.

RECTOR

1571. d. Luce. Inclytus & Generoſus Dominus Dominus MICHAEL SLAVATA, Dominus à Chlum & Coſſenberg &c. natus ex antiquiſſima & nobiliſſima ſtirpe Dominorum Slavatarum Chlumenſium in Boëmia.

PRO-RECTOR

MATTHIAS WESENBECCIUS.

Inſcripti 216.

Inter Inſcriptos

Chriſtophorus: Eckardus Stamer Nob.
Conradus: Sigiſmundus Erneſtus à Schönfeldt, Nobil. Bohemi.
Georgius Preuſſe, Nobil.
Wolffgangus à Boksdorff, ex March.
Ottho à Keſſelbrandt, ex March.
Theodoricus à Zaboltiz, Luſatus.
Bernhardus: Theodorus à Meltzan Fratr. Nob. ex Megapolen. Ducatu.

Cla-

RECTOR — ANNO CHRISTI 1572. d. 1. Maij.

Clariſſimus doctrina & virtute præſtans SEBASTIANUS THEODORICUS Philoſophiæ ac Medicinæ Doctor & Profeſſ.

Inſcripti 353.

Inter Inſcriptos

Johannes à Nachod, Dominus in Dunagovvitz Baro.
Primislaus à Zerotin, Baro.
Henricus à Zaſtritz Moravus, Equitis aurati filius.
Benedictus Creenia à Concepas.
Johannes, Comes in Hardeck Glotz & in Machland, Baro de Statenberg Dominus in Kreutzing, Hæreditarius Pincerna Archiducatus Auſtriæ & Dapifer Stiriæ &c. in Letovitz.
Johannes Ortho Bernklo von Fa.
Johannes à Leugen, Friſius.
Benedictus à Druſſina, Prutenus.
Ludovicus Robineus, à Chaviamere.
Jacobus: Petrus Mauclerici, fratres à Muſauchere.
Ebaldus Sehſtede, Holſatus Nob.
Matthæus Titus, Glogovienſ.
Georgius Reſſmannus, Glogovienſ.
Michael: Albertus Finck, fratr. filij Fœlicis Finck, Boruſſi Nob.

RECTOR — 1572. d. Lucæ.

Inclytus & Generoſus Dominus D. JOHANNES HARDECIUS, Glocij & Machlandiæ, Baro Statenbergenſis, Dominus Crucingenſis, Hæreditarius Pincernæ Archiducatus Auſtriæ, Dapifer Stiriæ, in Letovicia &c.

PRO-RECTOR

BARTHOLOMÆUS SCHONBORN, Medicinæ Licentiatus & Mathematum Profeſſor.

Inſcripti 295.

Inter Inſcriptos

Johannes von Bonna.
Johannes à Berbisdorff, Miſnenſis.
Albertus à Wutenovv, Serveſten.
Wolffgangus Chriſtophorus Ber-

ANNO CHRISTI

Berger à Klam Nob. Austriacus.
Georgius Hack in Tanpach, Nob. Austriacus.
Henricus à Zabeltitz, Lusatus Nobilis.
Mauritius à Sebottendorff, Dresdensis.
Gerhardus à Marschalch.
Ladislaus Sekerka à Sedelitz.
Nicolaus Sekerka à Sedelitz.
Fœlix Bodaneky à Holkovv.
Adolphus à Reppichau, nob.
Iohannes Georgius ab Arnym, Nob.
Leopoldus ab Arnym, Nobil.
Valentinus von Randau, Nobilis.
Georgius à Diher, Silesius.
Georgius à Grun, Bayrentensis.
Bernhardus à Malberg, Baro Gallicus.
Nicolaus de Harancourt, Baro Gall.
Christophorus ab Arnimb, Nobilis.
Fridericus Britzke von Kuebloch.

De Sydere novo in Asterismo Cassiopeæ recensio & Judicium.

HAc Hyeme die 16. Novembris, manè post horam 6. conspectum est Sydus novum inusitatæ magnitudinis, lucis & splendoris versus Septentrionem, in asterismo Cassiopeæ, tali situ, ut cum tribus stellis Cassiopeæ, quarum una est secunda in ordine stellarum hujus asterismi, altera quarta, tertia duodecima, singulæ verò sunt magnitudinis tertiæ, conformavit Schema Rhomboides. De hoc sidere, cum diu fulserit, & habuerit plurima à Cometarum specie & natura diversissima stellis peculiaris ac propria: & vicissim non pauciora à stellarum naturis aliena, Cometis propria, quæsitum est à doctis magno studio utris annumerari debeat aut possit. Specie stellis proximè erat, à fulgore copiosi & nitide scintillantis luminis ab initio antecellebat utraq; tàm errantes quàm inerrantes, una vere excepta, cui mane ante Solis exortum prodeunti sient Jovi in propinquo Tauro collocato sub noctem conferri oculis poterat. Immobilitate vero & amplitudine ac tremulo lumine proximè representabat inerrantium naturam, quibus cum ceu octavo orbi affixum esset, primi cœli quotidiana conversione circumagebatur, & hoc ambitu parallelum circa mundi polum perpetuo supra finitorem existentem describebat. Præter hunc motum alium nullum habebat. Nec figuram Rhom-

boi-

ANNO CHRISTI

boidem cum tribus Cassiopeæ stellis sellæ in parte deinceps mutavit. Sed alia subiit stellis fixis insuetata, quas nullis unquam seculis compertum est aut contraxisse magnitudinem, aut luminis speciem variasse. Nam cum primum effulsisset ex solis diametro, adeo splendebat scintillatu radiantesmt soli Veneri cederet, ceteras superaret omnes toto mense. Postea Sole accedente, attenuabatur paulatim corpore & ab emulo fervis Veneriq; splendore degenerare incipiebat in flammeum Martis ruborem. Tandem redactu ad eam magnitudinem, quæ est stellarum secundi ordinis & indies magis magisq; deficiens ac velut expallescens. Aprili mense anni sequentis Septuagesimi tertij plumbeum Saturni livorem videbatur induisse, magnitudine plerumum diminuta. Hac mutatione etsi videbatur induisse, magnitudine plurimum diminuta. Hac mutatione etsi videbatur Planetas imitari, qui Apogæi vicini Solis radiis obscurantur, Perigæi velut rursus emergentes inclarescunt & emitescunt, (nam alioquin præter speciem, cum Planetis nihil habebat commune, positu extra Zodiacum & immobilitate ipsius Planetarumq; noto explorato, numero discrimen faciente) hoc tamen intererat, quod Planetæ etsi φάσις variant ex positu ad Solem diverso respectu nostri, mutationibus alioquin nullis obnoxij, nunquã tamen aut decrescunt corporibus aut lumine vel deficiunt vel degenerant, quod in hoc sidere manifestè deprehendebatur. Quod verò nunquam antea visum esse Stellam hujus similem etiam hac in parte Octavi orbis versus Boream, & numerum Stellarum Cassiopeæ sunm constare, integrum, certum esset, ideò inter neutras Stellas nec fixas nec errantes locus ei vendicari poterat sed & Cometam esse ne mox statueremus, multa prohibebant. Etsi enim Cometarum instar consumebatur, tamen & specie discrepabat, nulla nec juba apparente nec barba, & lumine. Cometarum enim lumen ferè flammeum est, rarò lucidum instar stellarum: Et immobilitate qua Cometis non est frequens: & quod maximum est, magnitudine intervalloq; à terra. Maxima ejus elevatio ab Horizonte deprehensa est quadrante quadricubitale part. 79. sc. 56. Minima 23. par. 33. sc. Distantia à puncto verticali seu Polo Horizontis minima 10. par. 4. sc. Maxima 66. par. 7. sc. Si ergò Poli altitudo est 51. part. sc. sit distantia Cometæ à Polo mundi versus Horizontem 28. par. 21. scr. & ejusdem distantia à Polo mundi versus

ANNO CHRISTI

punctum verticale 28. par. 2. scr. utrag, in meridiano numerata. Differentia earum est Parallaxis 19. scr. Sed alio majore instrumento minima Sideris elevatio supra horizontem deprehensa est 23. par. 41. scr. Quare si quadrans propter situm vel dioptrarum defectum monstrasset altitudinem sideris minorem octo scr. major videlicet 80. par. 4. scr. Erit ergo eadem altitudine Poli servata distantia à polo versus Horizontem 28. par. 13. scr. à Polo versus punctum verticale 28. par. 10. Scr. Parallaxis trium scr. quæ nulla est, cum vertici proximum est idem situs. Ascensio recta duplexerat, quod bis Meridianum subiret semel cum 359. parte & aliquot scrup. æquinoctialis: Iterum cum arcu opposito. Longitudo ejus attingebat 6. partem 23. scr. Tauri. Latitudo erat 54. par. 16. scr. Ex his observationib. artificum apparebat, non in orbe Elementari contineri hoc sidus, sed in æthereo, & quidem intra terminos Sphæræ Veneris. Aliqui nullam parallaxin ut Augustani. Aliqui trium itidem tantum scrupulorum reperierunt, ut Illustrissimus Princeps VVILHELMUS Landgravius Hassiæ, diligentissimus cœli scrutator &c. Id si ita est, evertuntur rationes Aristotelicæ, quæ orbem æthereum mutationum legibus eximunt & halitus terrenos eo usq, perferri negant. Et si ergo habebat peculiaria aliqua non animadversa in aliis, aut certè rarissimè animadversa, ut puritatem nitidi luminis, magnitudinem, speciem stellarum similem, distantiam à terra positumq, in orbe æthereo, tamen non reperiebantur causa, cur stella nova potius, quàm Cometa esse censeretur. Stellas enim novas ne creari à Deo assentiamur, autoritate Mosaicæ historiæ, & Orthodoxæ Ecclesiæ consensu prohibemur. & autoritatem Aristotelis si Mosaicæ historiæ adversetur, merito repudiamus. In æthereæ verò regione & Cometas antea observatos esse ex Græcis Proclus ex Arabibus Albumasar prodiderunt. Fulsit autem adhuc Majo mense, etsi plurimum attenuatus corpore & lumine. Propter Taurum subjectis huic & opposito Scorpij Dodecatemorio populis minitari visus est, ut Poloniæ, Russiæ, bonæ parti Germaniæ & Italiæ. Præterea iis gentibus quarum feriebat pulsubatq, vertices directo ratio, ut Moscis, Tartaris ac Livanis. Secutum est autem, vel potius mox cum ipso sidere cœpit asperrimum ac sevissimum gelu, quod raris quandoq, in pancos dies laxatum remissionibus, moxque iterum exasperatum, in Aprilem

mens-

mensem perdurávit. adeoq; flumina astrinxit, ut ex liquefactis tepore & pluvia nivibus rupta glacies, ingentium fragmentorum impetu, pontes Germaniæ plerosq; vel interruperit atq; dejecerit, vel concusserit ac labefactarit. ANNO CHRISTI

RECTOR.

Vir Reverendus doctrina pietate & dignitate præstans HENRICUS MOLLERUS S. Theologiæ D. & Prof. 1575. Cal. Maij.

Inscripti. 345

Inter Inscriptos.

Henricus Rumoer Holsatus, natus in familia Equestri.
Ico: VVilhelmus Kniphausen Frisij orientales, nati in fam. equestri.
Christophorus de Stortz Silesius, natus in equestri familia.
Gabriel Guldenstern, Danus
Paulus Laxman Danus, nati in Equest. famil.
Christophorus: Johannes: Casparus à Meltzrad Lusat.
Iohannes à Lodditz: Nicolaus à Deipold Lusatij.
Iohannes Henricus: Henric9 à Schönberg.
Albertus à Schulenburg Nob. Marchiacus.
Henricus à Randou Nobilis.
Abraham von Heinitz Nobil.
Bernhardus à Tschirnhausen Silef. Nob.
Henningus Mandeuvel Megapolitanus Nob.
Philipp9 Hannibal ab Eckersdorff Nob. Siles.
Iohannes Rodolph9, de Waldenfels Nariscus Nob.
Simon à Quercu Burgundus.
Henricus à Gunterrod Rvvenstein.
Georgius Otto: Augustus von Belau, Dresdenf. fratr.
Rudolffus: Julius à Teuffenbach Styrij.
Iohannes Felix: Wenceslaus Liturgus à Tursko.
Iohan. Carpio à Capperstein.
Iohannes Cobilnicius Polon9 ex Equest. famil.

RECTOR.

Vir clarissimus, sapientia, doctrina pietate & virtute præstans & J. U. Doctor & Profess. Publ. MATTHÆUS VVESENBECCIUS. 1573. d. Luc.

Inscripti 190

Inter Inscriptos.

ANNO CHRISTI

Theodoricus â Schonberg.
Iohannes Christophorus â Gich Onolspacensis.
Iohannes â Virmondt ex Diocæsi Colonienſi.
Iohannes Adamus Hoffman Liber Baro in Grimpel & Strechaus.
Andreas V Volfgangus â Polheim Baro.
Christophorus Phillippus â Gleiffentaler.
Philippus â Schoneck.
Hieronymus: Johannes Josephus â Nostitz.
Conradus â Posern.
Andreas â Sterenberg Baro in viridi monte.
Groslaus â VVartenberg Baro.
Georgius â Sterenberg Baro in viridi monte.
Iohannes â Molovvetz in Digiach.
Ericus: Nicolaus: Hieronymus Spanonski â Lisſau.
Ludovicus Quas â Bernsdorff.
Iohannes Levin ab Zmbdenn Miſnens.
Ernfridus â Schleintz.
Gedeon Kindler â Zackenſtein.
Iohannes â Redikin: Sigismundus â Redikin Angermundenſis.
Leonhardus Friderich â Biſchofsheimmenſis.
Nicolaus: Borianus â Colobrat in Petersberg Barones Bohemi.
Henricus â Candau Hornburgenſis.
Caſpar â Schliebitz: Rochus â VValckenheim Siles.
Daniel â Bieren: Conradus â Stechau Marchiaci.
Christophorus â Hünnicken Marchiac.
Iohannes â Baumbach Heſſus.

RECTOR.

1574. Cal. Maij.

Clariſſimus Vir doctrina & virtute præſtans HIERONYMUS SCHALLERUS Noribergenſis, Philoſophiæ ac Medicinæ Doctor & Phyſicæ Profeſſor Publ.

Inſcripti. 304

Inter Inſcriptos.

Martinus Buckovvietzky de Lubovva, Nobilis.
Wencislaus â Nauman; Erneſtus â Nauman Dresdenſes Nob.
Abrahamus Schachuerus Nobilis

bilis ab Ebenzvvein Austriacus.
Abraham⁹ Schuuanbock Nobilis à Dello Marchiacus.
Henricus à Hõfel VVestphalus Nobilis.
Jacobus Kiene de Lippa.
Michael à Werbese Bremenf.
Bernhardus à Lubersstorph Mechelpurgenf.
Jobst à Sangerhausen Nobilis ex Turingia.
Wencislaus Schof: Cotsch von Kinas auff Schwartzbach Nobilis.
Caspar⁹ à Bernstein Nobilis.
Christianus à Podevvils Costinensis Nob.
Jochimus à Podevvils. Costinensis Nobilis.
Erasmus à Pforten: Nicolaus Marsalt Nobiles.
Johannus Cyriacus: Sigismundus Ludovicus, Libri Barones in Polheim & Wartenbvrg.
Gregorius Resch à Geroltzhausen Austriacus.
Balthasarus Pfol à Friderstorf Marchiacus.
Nicolaus Arnfeldt: Lago Örn Nobiles. Dani.
Nicolaus Schausue Nobilis.
Petrus Kurnickus Lithuanus Nobil.
Gualtherus à Kronenbergk
Bernhard⁹ à Werbese, Bremensis, Nobiles.

ANNO CHRISTI

RECTOR.

Vir Clarissimus D. VITUS ORTELIUS Winhemius filius, Juris U. Doctoris ac Prof. Publ. & Illustris. Electoris Saxoniæ Augusti &c. Consilarij. 1574. d. Luca.

Inscripti. 219

Inter Inscriptos.

Christophorus Zeskouetz Junior à Los. Nob. Bohemic⁹.
VVerner⁹ à Bornstedt ex Diocæsi Halberstadensis Nob.
Ethardus Zautiz ex Ducatu Anhaldino Nob.
Franciscus Behr Pomeranus Nobilis.
Ernestus à Miltitz Nicolai filius Henricus à Miltitz ejusdem.
Abrahamus à Schleinitz.
Sigismundus à Miltitz.
Johannes ab Hirschfeldt.
Joachimus à Sala.
Johannes Jacob⁹ Schlumberger Austriac. Nob.
Balthasar von Grunradt Nob. Misn.
Georgius à Barbi: Wipertus à Barbi Nobil. fratr.

Nico-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0187-4
DFG

ANNO CHRISTI

Nicolaus Fleming Svecus, Nobilis.
Nicolaus ab Hoheleuffer Misnens.
Conradus à Trandorff.
Wenceslaus à Maxen Lusatus.
Benedictus Canuti VVestgotus ex Nobili familia regni Suecia.
Johannes: Wilhelmus à Blettenbergk Westphal. Nob.
Arnoldus à Treskau Nobil. Marchiacus.

Sub eodem anno

De delirijs Sacramentarijs Theologorum quorundam hujus Academiæ hæc notata reperiuntur.

ANno à nato Christo Salvatore 1574. die 25. Maij, convocati sunt ab Illustrissimo Principe ac Dno. Dno. AUGUSTO, Saxoniæ Duce & Electore, &c. Torgam, totius provinciæ Proceres, & cum his delecti ex Theologis aliquot viri præcipui, inter quos ætate & autoritate eminuit vir Reverendus D. D. Georgius Major, annum ætatis agens tertium supra septuagesimum, & adversa tum valetudine integrum propè biennium conflictans Causam convocationi præbuit liber fanaticus & ἀνώνυμος, titulo EXEGESEOS editus, & latè hic ab aliquibus sparsus, ac magnificè prædicatus, in quo non obscurè ostendebatur conari nonnullos ex Doctoribus hujus Academiæ, invehere in Ecclesias & Scholas harum Regionum, jam dudum explosa & damnata deliria Sacramentaria, Zvvinglij, Carolostadij, Oecolampadij, Calvini & Bezæ, negantium veram & substantialem præsentiam veri & substantialis corporis & sanguinis Domini Nostri JESU CHRISTI in legitimo, cœnæ Dominicæ usu. Re igitur graviter deliberata, jussu Principis Electoris scripti sunt articuli, de quibus cum Princeps primum, & postea Proceres ex tota nobilitate, & Theologi convenissent, vocati sunt Torgam autoritate Principis Electoris ex utraq; Academia, Lipsica & nostra hac, & passim ex Ecclesijs alijs, ij qui in suspicionem erroris Sacramentarij adducti fuerant: His propositi sunt articuli, à Principe, à Proceribus & à Theologis comprobati, ac jussi sunt singuli propriæ manus subscriptione suum de ea doctrinæ parte consensum testari. Sed subscriptionem cum defugissent ac pertinaciter detrectassent, quatuor in hac Academia Theologi, D. Caspar Cruciger junior, D. Henricus Mollerus Hamburgensis, D. Fridericus VVidebramus hujus Ecclesiæ pastor, & D.

& D. Christophorus Pezelius Plauensis, arresto primum Torgæ aliquandiu retenti, ac vigilia demum Baptistæ eodem anno in custodiam Lipsicam abducti sunt, ibiq; tam diu asservati: donec sententia priori mutata articulis Principis illi subscriberent. ANNO CHRISTI

Sed officium docendi in hac Academia cum ipsis abrogatum esset, substituti in illorum loca alij fuerunt, ac primum Pastoris munus commendatum est Reverendo & Clarissimo viro D. D. Casparo Eberhardo Schnebergensi, Pastori Ecclesiæ Misnensis. D. Crucigeri locus tributus fuit D. D. Paulo Crellio, qui ante quinquennium mandato & autoritate Principis Electoris ad Consistorij Misnensis gubernationem ex hac Academia evocatus fuerat. D. Molleri locus tributus fuit D. D. Johanni Avenario evocato ex Academia Jenensi. D. Pezelij locus datus est M. Martino Oberndorfero Pastori Ecclesiæ Misnevidensis. Fuitq; mutatio hujus anni tanta, quanta ab initio repurgatæ Doctrinæ cœlestis in hac Academia non accidit. Sunt enim eadem occasione, & propter eandem causas suo loco moti & ex hac Academia excessi & alij hujus Schola lectores eruditione & autoritate excellentes. Nam D. Casparus Peucerus Medicæ artis Professor, qui Consilia Theologorum præcipuè instruxerat & rexerat, Rochlitium deportatus, ibiq; arresto Principis inclusus fuit. M. Wolfgangus Crellius Misnensis, Dialecticæ Professor, Torgâ carceri inclusus, postea relegatus fuit ad biennium, non solum ex hac Academia, sed omni plane Electoris Provincia. M. Eusonius Rudingerus Pabebergensis, gener viri clarissimi Dn. Joachimi Camerarij, cum primum Torgæ arresto Principis aliquandiu retentus, sed postea denuo subscribere articulis Torgensibus justus fuisset, die Michaelis, deserta statione sua clam profugit. Discesserunt sua sponte alias prætexentes causas duo D. Peucero generi, D. Joachimus Egerus Jure Consultus, & in hac Academia Professor. D. Hieronymus Schallerus artis Medicæ Doctor, Physices Professor.

Sunt & alibi propter eandem causam suis locis excussi magnæ autoritatis viri. Nam D. Georgius Cracovius J. U. D. qui ex Consiliarijs Principis intimus fuerat, Lipsiæ carceri inclusus fuit, ibiq; paulo post in carcere mortuus est. M. Christianus Sagittarius Concionator aulicus, qui primus in aula Principis delirij Sacramentarij semina propalam in Concione sparserat, abrogato illi docendi munere,

Anno CHRISTI *in domum suam toto vitæ tempore conclusus fuit. Denique, D. Johannes Stoffelius Ecclesiæ Pirnensis Pastor & Superintendens, qui præcipuum illorum deliriorum flabellum fuerat, & Sagittarium ad ea spargenda impulerat & excitarat, Senftenbergam deportatus, arci illius loci tanquam carceri inclusus fuit.*

Est ex aula Principis ejectus, & tota hac Provincia exclusus D. Johannes Hermannus artis Medicæ Doctor, quod & ipse à Stoffelio in societatem delirij Sacramentarij protractus putaretur.

RECTOR.

1575. Cal. Maij. Inclytus & Generosus Dominus Dominus JOHANNES CYRIACUS, LIBER BARO in Polhaim & Wartenburg &c.

Pro-Rector, Ornatissimus & Clarissimus Vir Juris Consultus celeberrimus, D. Doctor VITUS ORTELIUS WINSHEMIUS, filius.

Inscripti. 269

Inter Inscriptos.

Sigismund9: Ernestus â Briesen Nob. Siles. fratr.
Martinus Tulibuofski Nobil. Polonus.
Franciscus â Rechenberg Nobil. Misenus.
Fridericus Ludovic9: Iohannes Georgius â Rochau Nob. frat. ex Palatinatu.
Casparus Erichsleben: Albertus Bruno Nobiles.

RECTOR.

1575. d. 18. Octobr. Vir Reverendus & pietate præstans D. JOHANNES BUGENHAGIUS Witeberg: Sacræ Theol. Doctor, Prof. Publ. & in Templo Arcis Concionator.

Inscripti. 200

Inter Inscriptos.

Erhardus â Metzdorff.
Johannes Casparus: Johannes Ernestus: Jacobus â Ponickau, fratr.
Iohannes â Schladen Stasfordiensis.
VVolfgangus Fridericus â Drandorff.
Henric° â Cappelen Bremens.
Samuel Stadnici° de Zmigrod
Nicolaus VVetzierski de Mikorhin Poloni.

Ottho

Ottho â Middoch Frisius. Johannes Mecinski ex finibus Sil. ANNO CHRISTI

RECTOR.

Clarissimus Vir prudentiâ, doctrinâ, & virtute præstans D. MICHAEL TEUBER J. U. D. ac Profess. Publ. & Illustrissimi Electoris Saxoniæ Augusti &c. Consiliarius. 1576. Cal. Maij.

Inscripti. 223

Inter Inscriptos.

Henricus: Wolfgango Theodoricus: Heubolt: Georgius, â Schleinitz.
Iohan. Henricus â Gaudelitz.
Joachim[us] von Anderten Hannofer.
Conradus â Prædol Marchiacus.
Carolus: Fridericus: Ladislaus fratr. generosi Domini â Schleinitz.

RECTOR.

Inclytus & Generosus D. D. ANDREAS VVOLFGANGUS, Baro Austriacus in Polhaim. 1576. d. 18. Octobr.

Pro-Rector SALOMON ALBERTUS Noribergensis, Philosophiæ & Medic. Doctor & Prof. Publ.

Inscript. 170

Inter Inscriptos.

Joachimus â Möllen Luneburg.
Henningus von Brock Brunsuicens.
Gottfridus â VVeddingen Nobil.
Iohannes Georgius: Meinardus â Schirsted fratres.
Henricus ab Escarck.
Paulus Weidhofer â Vogelsberg Morarus.

RECTOR.

Virtute & doctrinâ ornatissimus Vir, M. CASPARUS ALTENEICH Colonicnsis, Institutionum Juris Professor Publicus. 1577. Cal. Maij.

Inscripti. 229

Inter Inscriptos.

Andreas Stodolius â Poziouua Bohemus.
Daniel Stodolius â Pozioova Lunensis.
Ernestus VVilhelmus: Bernhardus Theodoricus: Alexander â Miltitz.
Meinhardus â Schirstette.

ANNO CHRISTI 1577. d. 18. Octobr.

RECTOR.

Vir Reverendus & doctiſſimus M. JOHANNES SCHULTZ Halenſis, Theologiæ Profeſſor publ. & Concionator in æde ſacra, quæ arci contigua eſt.

Inſcripti 191

Inter Inſcriptos.

Germanus à Monte aureo Gallus.
Iohannes Philippus Wenceslaus Zvvingenburg.
Henric⁹: Johan. à Brandſtein.
Melchior: Johan. à Löbben.
VVilhelmus im Hoff. Dreisprungens.

RECTOR.

1578. Cal. Maij.

Vir Nobilitate, generis, ſapientia, doctrina & virtute præſtans D. JOACHIMUS à BEUST in Planitz J. U. D. & Prof. Legum Publ. in hac Academia, nec non Illuſtriſſimi Electoris Saxoniæ AUGUSTI &c. Conſiliarius.

Inſcripti. 328

Inter Inſcriptos.

Erasmus de Lagou Nobilis Marchita.
Erneſtus à Berg Deſſavienſis.
Theodorus à Plettenbergk Weſtphalus.
Caſparus Hausner à Weyenbuch.
Johannes à Dekvvede Marchita.
Johannes Henricus à Leipzig.
Melchior à Steinberg.
Johannes: Buſſo Clamerus ab Alvensleve, Fratr.
Gebhardus à Meyendorff.
Gebhardus à Kneitling.
Caſparus: Otto ab Arnim fratr.
Leopoldus à Meyendorf.
Johannes Melchior à Witten.
Henricus Abrahamus ab Einſidel.

RECTOR.

1578. d. Lucæ

Clariſſimus Vir Dominus JOHANNES MATHESIUS filius, ex valle Joachimica oriundus, Medicinæ Doctor & Profeſſor, nec non Illuſtriſſimi Electoris Saxoniæ AUGUSTI &c. Medicus.

Inſcripti. 215

Inter

Inter Inscriptos ANNO CHRISTI

Achacius de Jagovv.
Ekhardus â Byern.
Guntherus â Bünavv.
David â Luderitz.
Theodicus â Mollendorff.
Ioachimus â Blävven.
Matthæ⁹ â Ketzavv, Thuring.
Abrahamus â Bodfeld, Thuringi.
Albertus â Daſſel, Lunæburg.
Albertus : Ludolfus ab Alvelsleben.

Eodem anno Illuſtriſſimus Saxoniæ Elector Auguſtus, Dominus noſter clementiſſimus, numerum Stipendiariorum ſuorum auxit: & conſtituit, ut in poſterum centum quinquaginta juvenes in hac Academia alerentur, quorum opera & miniſterio poſtea, cùm in Eccleſia, tùm in Scholis ſuarum Ditionum uti poſſet. Clementiſſimus DEus benignè largiatur, ut pium hoc inſtitutum (cui non pauci malignè & ſubdolè ſe oppoſuerunt) ad nominis ſui gloriam & Eccleſiæ emolumentum cedat.

RECTOR

Vir doctrinâ & virtute ornatiſſimus M. VALENTINUS SCHINDLER, Hebraicæ Linguæ in hac Academia Profeſſor Publ. 1579. die 1. Maij.

Inſcripti 304.

Inter Inscriptos

Iacob â Bredau, in Wartenburg.
Iohannes Wolffgangus : Lazarus Wolffgangus Fridericus : Georgius Ludovicus â Schirſtedt in Gurtzig.
Frideric⁹ â Möllendorf, Magdeburg.
Iohannes â Noſtitz, Sileſius.
Guntherus â Pinau.
Henricus de Biſenbau, Marchiacus.
Georgius Andreas â Buchhaim, Liber Baro.
Caſparus â Noſtitz, Sileſius.
Henricus â Schönberg in Birnichen.
Wernerus â Grune, Palatin.
Iohann Chriſtoph. de Daupatel.
Auguſtus von der Oſten / Rugianus.

RECTOR 1579.

Inclytus & Generoſus Baro LADISLAUS â SCHLEINITZ. Pro-Rector M. VALENTINUS SCHINDLERUS, Hebraicæ linguæ Prof. Publ. d. Luca.

ANNO CHRISTI

Inscripti 255.

Inter Inscriptos

Iohannes à Trandorff, in Stechc.
Iohannes à Lukovvo, Polon.
Martinus à Plato, Pomeran.
Matthæus am Wald, Cellan.
Georgius à Treschovv.
Erasmus à Minckvvitz.
Fabianus: Christophorus à Schoeneich.
Urielab Eiche, Bernburg.
Christianus à Du pouu.
Sebastianus à Bergen, Hamburg.
Bernhardus: Ioach. Ernestus à Leutsch.
Benedictus Carpzov, Brandenb. postea I. U. D. Consiliarius Sax.

RECTOR

1580. d. 1. Maij. Reverendus Vir, doctrina & virtute ornatissimus M. MARTINUS HEINRICUS, Sacrarum literarum Professor Publ. & in Templo arci contiguo CONCIONATOR.

Inscripti 306.

Inter Inscriptos

Iuo Iulius Absolonis, Nobilis Danus.
Georgius Fridericus à Miltitz.
Sebastianus à Bergen, Marchiacus.
Henningus à Staffelt, Megapolytanus.
Ernestus: Wilhelmus Gebhardus: Albertus Schenck à Landsberg Domini in Leuten & Busterhausen &c Barones.
Ottto à Teuffenbach Stirius, Nobilis.
Assverus à Brandt, Risenbergensis.

RECTOR

1580. d. Luce. Clarissimus Vir, D. VITUS ORTELIUS, filius, J. U. D. ac Professor Publicus: & Illustrissimi Electoris AUGUSTI Ducis Saxoniæ, &c. Consiliarius.

Inscripti 227.

Inter Inscriptos

Sebastianus à Schoncich, in Moska.
Sigphardus Groppius, Nob. in Tustrop Danus Selandº.
Fridericus Ulefeldt, Nobilis Danus ex Phionia.

Hebbo

Hebbo Andreæ, Nob. Danus Cimber.
Voldemarus Pren, Megapolitanus Nob.
Martinus à Preck, Boruſſus.
Georgius Caſpar à Logau & Aldendorff, Nob. Sileſ.
Rudolphus à Bobeſen, Nobilis ex Ducatu Lunæburgenſi.
Carolus Magnus von Schellendorff vff Küntſpergk. Generoſus & Nobilis Dominus Dominus Matthias à Lukovvo Bralosliuski Polonus, Liber Baro ex Majori Polonia.
Andreas: Alexander à Ragevvitz vff Born und Groß-ſiß Nob.
Joſeph Beniamin Teler vff Porſchackel.
Johannes Zehe von Bucka.
Henricus à Kanitz in Schlatitz Miſenus.
Iohannes à Zedlitz, Sileſ. Nobilis.
Georgi⁹ von der Fechte, Hamburg,
Caſpar: Adamus Leſt. Nobil. Sileſ.
Ioachimus à Rinddorf, Marchiacus.

ANNO CHRISTI

RECTOR 1581.

Clariſſimus Vir Dominus SALOMON ALBERTUS, Noribergenſis, Med. Doctor & Profeſſor Public. *d. 1. Maij.*

Inſcripti 281.

Inter Inſcriptos

Ioachimus à Randow.
Harneſtus ab Eitzen, Stadenſis.
Libotius von der Hoyem, Stadenſes.
Caſpar⁹ Erneſtus von Oppen.
Erneſtus: Iohannes: Caſparus: Ludovicus: Georgi⁹:
Chriſtoph. von der Groben. Fratres.
Chriſtoph. Straub à Matzlſtorff, Auſtriacus.
Iohan Iacobus à Steinach, Styrius.
Iobannes Zangerus, Brunſvic. U. I. D. & Prof. Publ.

RECTOR 1581.

Clariſſimus Vir Dominus ANDREAS SCHATO, Med. Doctr. & doctrinæ phyſicæ in hac Academia Profeſſor Publ. *d. Luce.*

Inſcripti 244.

Inter Inſcriptos.

Iohan-

ANNO CHRISTI

Iohannes Wythoslavvsky: Nicolaus Siedlyecky: Thomas Siedlyecky, Poloni ex familia Nob.
Georgius ab Höffen, Pruten.
Bernhardus ab Holtzendorf, Magdeburgens.
Hieronymus: Otto â Diskaun.
Iohannes: Henricus â Gersdorff.
Gothardus â Logavv.
Iohannes: Baldasar Hebicher â Sedin.
Marcus â Reimershusen.
Ernestus: Georgius â Luckovvin.
Iacobus: Daniel: Henricus: Abrahamus: Fridericus â Kosseritz.
Iohannes Fridericus â Bersdorff.
Georgius â Gleissenthal.

De Subscriptione Formulæ Concordiæ & litibus circa eam tunc vertentibus hæc notata reperiuntur.

Anno & Mense eodem ex mandato Illustrissimi Electoris huc venerunt nobiles & strenui viri, IOHANNES GEORGIUS de Ponikavv, & Johannes Fridericus de Schonberg. Reverendi item & Clarissimi Viri Dn. D. Nicolaus Selneccerus Superintendens Lipsensis, & Dn. D. Johannes Avenarius, Superintendens Citzensis, quibus una cum Collegio Theologico hujus Academiæ injunctum fuit, ut secunda vice vocatis omnium Facultatum Professoribus, abipsis exigerent, ut vel libro Christianæ Concordiæ subscriberent, vel causas suæ tergiversationis exponerent. Subscripserunt ergò ex Facultate Juridica Doctor Michael Teuber, D. Vitus Vinsemius, Ex facultate Medica, Doctor Salomon Albertus, Doctor Valentinus Esbach: Ex Facultate Philosophica, M. Andreas Frankenberger, M. Petrus Albinus, Doctor Andreas Schato, M. Michaël Reichardus, M. Nicolaus Theodorus, M. Valentinus Schindler. Doctorem verò Matthæum VVesenbeccium, ne subscribere cogeretur, excepit ipse Elector, peculiari schedula mandato inserta. Subscribere detrectarunt, Doctor Bartholomæus Schönborn, qui ne unam quidem justam causam prætendere noverat. Doctor Johannes Matthesius & M. Lehmejer, qui se alio vocatos esse prætenderent, M. Casparus Alteneich, qui ex professo Calvinianum dogma pro-

probabat. M. Valentinus Otthо. Mathematicus, qui gravissimas calumnias, non tàm ad librum Concordiæ, quàm ad ipsum Electorem spectantes scripto comprehensas obtulit. Denique, Julius Boyna L. L. subscripsit quidem, sed postea ab aliis seductus, addacto Notario subscriptionem repetit. Hæc omnia 26. 27. & 28 Jan. tractata sunt. Inde 16. Februarij allatum mandatum, quo illi omnes, qui libro Concordiæ subscribere detrectarunt, ex Academia abiq; mora discedere jussi fuerunt. & Facultati Theologicæ injunctum est, ut in posterum omnes, cujuscunq; professionis si in numerum Professorum Academiæ, Formulæ Concordiæ subscribere juberentur, quo firma & constans, quoad confessionem pax inter omnium Facultatum Professores conservetur. ANNO CHRISTI

RECTOR 1582.

Reverendus & Clarissimus Vir JOHANNES MATTHÆUS, Smalkaltensis, Theologiæ Doctor & Professor Publ. d. 1. Maij.

Inscripti 275.

Inter Inscriptos

Christophorus von Brist.
Johannes Wolffgangus: Valentinus Fuchs à Dauheim.
Ernestus: Otto von Wolffen/ Fratres Nobiles.
Jacob Alb. von Heppenkorpf/ Nob.
Johannes von Buchwaldt/ Holsatus.
Adamus à Falckenberg, Marchiacus.
Andreas à Schönberg / Nobilis.
Johannes Richardus: Johannes von Predow Nobiles.
Hans Gorg von Pretsch / Nobilis.

RECTOR 1582.

Idem Rector, cum propter Pestilentiam incidentem Senatus Academiæ, Scholastici Magistratus translationem fieri nollet: Rectoratum gessit per Semestre hybernum. d. Luca.

Inscripti 161.

Inter Inscriptos

Johannes: Stanislaus Potulitzky à Potulitze Palatin. Brzescens. Pol.
Damianus: Hanbold⁹ Pflug/ Nobiles.

ANNO CHRISTI

Johannes Henricus: Johannes Casparus à Schöneberg.
Hanboldus: Dieterich à Schleinitz.
Johannes Christophorus à Portâ.
Justus Henricus de Reitenbach, Variscus.
Georgius à Lengheim, Styrius.

RECTOR

1583. d. 1. May. Dn. MICHAEL TEUBERUS, J.U.D. Sapientia, Virtute & Doctrinâ Clarissimus Professor in hâc Scholâ publicus, & Illustrissimi Principis, Ducis Saxoniæ Electoris, Consiliarius.

Inscripti 264.

Inter Inscriptos

Johannes Jacobus à Rain, Nobilis Carniolanus.
Udalricus à Münsterberg.
Balthasar à Meckelburg.
Henricus à Haubitz, Silef.
Johannes Wilkin⁹ de Weih.
Jobst à Weida, Ordinis Equestris.
Casparus à Wüstenhoben vff Zucken Ottersleben.
Andreas à Wüstenhoben.

1583. d. Luca. RECTOR

Clarissimus Vir, doctrinâ & Virtute præstans FRANCISCUS FABER, Fribergensis, Philosophiæ & artis Medicæ Doctor & Prof. Pnbl.

Inscripti 208.

Inter Inscriptos.

Georgius: Leopoldus: Wernerus: Theodoricus à Schulenbergk fratres, filij, Alberti, Capitanei Monasterij Tamburgici, in Veteri Marchia, Avus ipsorum Levinus appellatur.
Johann à Jagaun de Kalenberg in Marchiâ.
Petrus de Gorai, Patricius Regni Poloniæ.
Ernestus & Augustus, Duces Brunsvicenses & Lunæburgenses.
Achatius à Schulenburg.
Petrus à Weihe.
Johannes Iessenky Uratislaviensis: postea Illustrissimor. Sax. Ducum Medicus, & Prof. hic Publicus, ultimo affectus supplicio Pragæ Anno 1621.

Iohann-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0198-0 DFG

Iohann. Hentic⁹ à Schleinitz à Scheffa.
Balthasar: Henricus à Wellen.
Iohannes Fridericus: Iodocus: Gebhardus à Schirstet.
Adamus à Sendlitz, Silesius.
Sebastianus à Schvvartz.
Sebastianus à Schvvartz.
Isaac à Ponikau, Lusat.
Adrian à Brandemeer, Pomeranus.
Iohannes Christophorus à Rechenberg Lusat.
Osvvaldus à Sesterflet, Bremensis.
Ioachim: Hennigk Balthasar von Biern.
Henricus ab Eiche, Bernburgens.

ANNO CHRISTI

RECTOR

Illustrissimus & omnium Heroicarum Virtutum ornamentis cumulatissimus, Principes ac Dominus, Dominus, ERNESTUS, Dux Brunsvic. & Lunæburg. Wilhelmi filius, 1584. d. 1. Maij.

PRO-RECTOR M. NICOLAUS THODENUS, Professor Græcæ Linguæ.

Inscripti 351.

Inter Inscriptos

Ambrosius Reudenius, Groitzensis S. Theol. D. & Professor Ienensis.
Henricus à Senden, Lunæburgensis.
Wernerus Beer, Livonienſis Nobilis.
Georgius à Nostitz, Nobilis.
Christophorus à Gersdorff, Nobilis.
Eberartus Fridericus à Weyhe.
Christophorus Hegener, ab Attenvveier Nob. in Palatinatu superiore.
Iohannes Gunterus à Kitzscher/ Nob.
Ulricus Scaif, cognomento Gotsch Nob. Silef.
Ernestus ab Ffenbeck, Nobil.
Ulricus Christoph. à Scherfenberg Stiriæ Baro.
Henricus Schade ab Eichorst, Nob. Westphalus.
Bernhardus à Lancken, Pomeranus Nob.
Hieronymus à Mauer, Nobil.
Ludolphus ab Eddingrode, Nobilis.
Balthasar à Senden, Cellensis.

ANNO CHRISTI

Christophorus de Bern, Nob. ex Marchia.
Iulius à Schvvendi, Baro in Hohenlansberg in Suevia.
Osvvaldus Svvabe, Nobil. Pomeranus.

RECTOR

1584. d. Luca. Illustrissimus & eximiæ Indolis, magnæq; expectationis Princeps, AUGUSTUS, Dux Brunsvicensis & Luneburgensis &c. itidem Wilhelmi Filius.

PRO-RECTOR

Reverendus & Clarissimus Vir Dominus IOHANNES BUGENHAGIUS, Pomeranus, S. Theol. D. & Professor.

Inscripti 195.

Inter Inscriptos

Michaël à Berge, Anhaldinus.
Erasmus Unruhe, Torgens. D. & Prof. Publ. hujus Acad.
Wilhelmus à Byern, Nobilis March.
Augustus Löser.
Adamus à Böcke, Pomeran. Stargard.
Ioachimus Bernhardus: Iohannes à Rohr.
Benno Fridericus Brand à Lindau in Wisenburg.
Hermannus à Sesterfeld, Statensis.
Ioachimus Mandusel, Nobil. Megapolens.
Casparus Rohovvsky, Nobil. Silesius.
Iohannes Friderich à Leutsch.
Henricus à Leipzigk.
Wolfgangus Fridricus à Leipzig fratr. in Sueta.

RECTOR

1585. d. 1. Maij. Vir Clarissimus, Virtute & doctrinâ præstans, IOHANNES LIMMERUS, Lutzensis Iuris Utriusq; Doctor & Prof. Publ.

Inscripti 243.

Inter Inscriptos

David à Brauchvvitzsch Russersdorff.
Daniel à Gersdorff in Bellensdorff.
Georgius: Iohannes à Zetteritz, Silesij.
Daniel Behre, Nobilis Pomeranus.

Henri-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0200-5 DFG

Henricus à Förden, Berlinensis.
Heddio à Wadtvverden, Frisius.
Otto à Rhon, Stadensis.
Sebastianus: Wolffgangus Theodoric' de Greyshen in VValdt.
Dn. Georgius Mullerus, Augustanus, Sacræ Theologiæ Doctor, & Cancellarius Academiæ hujus.
Bernhardus à Dannenberg ex Ducatu Luneburg.

'ANNO CHRISTI

RECTOR 1585.

Clarissimus Vir, eruditâ doctrinâ & Virtute præstans, VALENTINUS ESPICH, Dresdensis Medicæ artis Doctor & Prof. Publ. d. Luca.

Inscripti 197.

Inter Inscriptos

Adamus à Linde, Servest.

RECTOR

Vir humanitate & doctrinâ ornatissimus, PETRUS ALBINUS, Nivemontius, opt. artium Magister & Prof. Publ. 1586. d. 1. Maij.

Inscripti 386.

Inter Inscriptos

Fridericus à Britzke.
Iohannnes à VVarnsdorff ex Equestri familiâ Silesiacâ.
Iohannes Masanez à Frymburga ex Equestri familiâ Bohemicâ.
Sigismundus Iulius Mynsingerus à Frundeck. Nobiliss. & Clariss. Viri dn. Ioach. Mynsingeri, Filius.
Iohannes à Loss in Simpzon Eq. Silesius.
Theodorus à Scheppenstedt.
Carolus à VVolffen ex Brunsvicensi Ducatu, ex Equestri familiâ.
VVichardus: Detlev': Christoferus de Bellin in Gatbensee.
Iohannes Christophorus de Godou in Brotzen.
Albericus Gentilis, Cæsarei Juris Doctor, Picenus, Sangenesianus.
Iohannes: Adrianus ab Unruh in Wendelstad ad Glogoviam.
Iordanus Brunus, Nolanus Doctor Italus.
Iohannes Sebastianus de Schleinitz in Scass.

ANNO CHRISTI

Theodoric⁹ à Brinck VVestphalus.
Victor Viereck ex Equestri Ord. Megapolensi.
VVenceslaus Capaun de Svvogkovv, ex Equestri ord. Bohemus.
Andreas Duditz de Horehovvitza, Andreæ Dudicij Viri Nobilissimi & Clarissimi Filius.
Andreas Kochtzytzky à Kochtzytz.

1586. d. Lucæ.

RECTOR

Reverendus & Clarissimus Vir, eruditâ doctrinâ & Virtute præstans, ANDREAS IODOCUS, Lübekynensis Patrimonurius S. Theologiæ Doctor & Prof. Publ.

Inscripti 222.

Inter Inscriptos

Balthasar de Rindorff, Vasallus Brandeburgici Electoris.
Michael à Niemitz, Vasallus Imperatoris prope Uratislaviam.
Melchior Pistoris à Seuselitz Misnicus.
Daniel de Arnts.
Nicolaus à Rosendorff, Vasallus Imperatoris.
Bernhardus à Milditz.
Sebastianus : Henricus à Brunckbrun Genenses.
Fridericus Rosenkrantzius.
Casparus Roffgoffske à Cornitz ex Nobili familiâ.
Henricus à Schellenbergk, Silesius.
VValtherus à Nischvvitz.
Georgius Fridericus de Erffa.
Anshelmus à Lagau, Silesius.
Casparus à Milditz.
Otto Christophorus à Scheidingk.
Henricus : Abrahamus à Schliken.

Summa Inscriptorum omnium hujus Matriculæ tertiæ 1190 2.

1587. d. 1. Maij.

RECTOR

IOHANNES ZANGERUS, I. U. D. & Prof. Publ.

Inscripti 368.

Inter Inscriptos

Dn. Iohannes de Buchaim, Liber Baro in Horn & VVildberg Dapifer Hæreditarius Archiducatus Austriæ infra Auisum &c.

Fran-

Franciscus: Antonius: Georgius à Kærssenbruch Westphali.
Wolffgangus: Joachimus à Bolberitz ex Lusatiâ.
Simon Uldericus Pistoris in Seusselitz, Hartmanni Filius.
Dominus Carolus, Baro de Limpurg, Sacri Roman. Imperij Pincerna hæreditarius, Semper Liber.
Ebaldus von Canitz.
Nicolaus Christophorus à Gich, Francus.
Nicodemus Frischlinus, Philosophiæ & Medicinæ Doctor, Comes Palatinus.
Bolesiaus à Rutst.
Wolgangus: Joachimus à Bergen Dessavienses.
Franciscus Ranffiloſonci, Comes Dobocensis &c. Ungar.
Michael Forgacz, liber Baro in Gymes &c. Ungarus.
Sigismundus Mariasi à Markusfalvâ Nob.
Sigismundus Peczi, Ungarus Nobilis.
Gerhardus à Bert, ex Ducatu Cliv.
Casparus Belvicius à Nossvvitz, Nob. Bohem.
Joachimus à Winterfeldt.

ANNO CHRISTI

R E C T O R 1587.

SALOMON ALBERTUS, Noribergensis Medic. D. & ejusdem Profess. Publicus. d. Luca.

Inscripti 225.

Inter Inscriptos

Conradus, Comes Tubingensis & Dominus in Liechteneck.
Albicus, Comes Tubingensis & Dominus in Liechteneck.
Hermannus à Malsburg.
Rabanus: Fridericus à Canstein Fratres.
Johannes Caspar à Miltitz.
Georgius à Czirn.
Philippus Jacobus à Grün, Palatinus.
Burchardus: Jacobus à Salder Fratres.
Gottfridus auß dem Winckel.
Johannes Fridericus à Thal/ Anhald.
Julius à Burckersrohda.
Matthias à Blumenthal, Kiricensis.
Hieronymus à Dusterhoff.
Casparus à Vitztum von Applavv.

Eod. anno Facultati Juridicæ peculiari Rescripto Serenissimi Electoris Christiani I. permissum, ut in Candidatorum suorum dis-

ſputa-

ANNO CHRISTI

sputationibus. Exemplo aliarum Facultatum, superiorem Praesidem adjungerent: cum antea ex Professorum ordine saltem assidere solitus esset.

RECTOR

1588. d. 1. May. Vir Ornatissimus MICHAEL REICHART, Ratisbonensis, optimarum Artium Magister & Professor Publ.

Inscripti 329.

Inter Inscriptos

Henricus de Bülovv, Megapolitan.
Nicolaus à Bergen.
Bartholdus à Mandeslou.
Dieterich ab Honstein, Nob. Lunæb.
Georgius: Adamus: Henricus: Melchior, à Senitz, Nobiles Silesij.
Melchior à Gelhorn, Nobil. Silesius.
Adamus à Gfug, Nob. Silesius,
Mauritius à Loch, Tangermundensis.
Tobias à Warnstet, Marchiacus Nob.
Henricus à Lepzigk in Beznigk/Nob.
Joachimus Fridericus à Rirscher.
Jodocus: Johannes à Bredau Fratres.
Dubslavius Caspar⁹ ab Eichstedt.
Dipprandus à Reibnitz, Silesius.
Franciscus Behr ab Hugolsdorff, Pomer.
Georgius Cracovius, Prutenus Nob.
Johan. Sebastianus à Feilesch Variscus.

1588. d. Luc. RECTOR

Generosus Dominus Dn. FRANCISCUS BANFILOSONCI, Illustris ac Magnifici Domini, Domini WOLFGANGI BANFILOSONCI, Comitis Dobocensis, Baronis in Huniad, Bonczhida, Zentelke, Nagisalu, & Consiliarij Illustrissimi Principis Transilvaniæ, filius &c.

PRO-RECTOR

Reverendus Vir Dominus GEORGIUS MYLIUS, Sacræ Theol. Doctor & Profess. Publ.

Inscripti 264.

Inter Inscriptos

Nico-

Nicolaus Passedovvski Silesius.
Wolfgangus à Debitsch. Silesius.
Johannes à Miltitz.
Johannes Caspar à Schönfeld.
Johannes Christophorus à Rotenburg.
Georgius à Rotenburg.
Johannes Christophorus à Moroltingen.
Christoph. Hundt à Reisevvitz. Silesius.
Caspar à Rechenberg in Klitschdorf. Sil.
VVolfgangus Rabill.
Johannes Diterich Rabil.
Johannes à Kain Nob. Misn.
Christophorus à Görhen Marchiacus Nobilis.

ANNO CHRISTI

RECTOR.

EBERHARTUS à WEYHE J. U. D. Electoris Saxoniæ Consiliarius & Professor Decretalium. 1580. Cal. May.

Inscripti. 282

Inter Inscriptos.

Wilhelmus à Weyhe.
Fridericus à Weyhe.
Friderici à Weyhe JCti & Cancellarij Lunebvrgensis, Fratris Rectoris, filij.
Johannes à Weyhe.
Fridericus à Weyhe.
Johannis à Weyhe Præfecti Hoiensis filij.
Henricus Julius à Weyhe.
Petri à Weyhe JCti & Cancellarij Halberstadensis filius.
Eberarti Friderici à Weyhe.
Augustus à VVeyhe, Eberarti à VVeyhe J. C. Rectoris filij.
VVolffgangus Philippus à Brandt.
Leonhardus Köppelius Noribergensis, postea Consiliarius Electoris Sax.
Fridericus Preus in Trebitz.
Johannes à Beken.
Iohannes Theodorus ab Otterdorff.
Otto: Sigismundus: Joachimus, Bardeleben.
Tobias von Rochovv.
Jodocus à Runtorff.
Martinus à Perlovv Pomeran.
Conradus Peitmannus à Treba Nobilis Mansfeldensis.
Carolus: Fridericus à Birckholtz.
Abrahamus: Georgius à Dröffel
Johannes à Lindenberg Nobilis Marchiacus.
VVolframus ab Hundt Siles. Nobil.
Casparus: Abrahamus à VVarnsdorf.
Ernestus à Bora.
Conradus à Löben ex Majori Doberâ.

ANNO CHRISTI

Christophorꝰ Trampe Eques Pomeranus.
Joachimus à Schulenburg.
Wolff Christoff à Karlevvitz.
Prjbislaus Kleist, Pomeranus.
Jacobus à Dick Batavus.

Sub eodem Rectoratu, Statua & imago Principi Electori Saxoniæ, Duci Christiano, Domino nostro clementissimo decreta.

Munificentia Principis Ernesti ac Principis Augusti Ducum Brunsvic. & Luneburg. egregium poculum argenteum inauratum Academiæ, memoriæ causa oblatum est.

RECTOR.

1589. d. Luca. FRANCISCUS FABER Freibergensis, Philosophiæ & Artis Medicæ Doctor & Professor ejus Publ.

Inscripti. 161

Inter Inscriptos.

Johan. à Bodenhausen Rhodensis Thuring.
Johannes Christophorus ab Ebeleleben.
Melchior à Drandorff zu Wercka.
Henricus: Johannes Löser/fratres zu Aledorff.
VVickhardus: Sigifridus, Fratres. Generosi Domini & Liberi Barones à Prombnitz, in Plessa, Sora, Triebel, & Hoiersvverda.
Sebastianus à Rotenburg in Beutnitz.

Eodem anno de lite circa Præposituram Clödensem inter Academiam & Nobilem, Henricum à Kanna, hæc notata reperiuntur.

Mense Aprili, coram Illustri Comite in Solms, Domino in Mincenburg, summo Capitaneo hujus Provinciæ & Tractus Electoralis, constituto, ejusdemq; Consiliariis, agitata est Controversia de Præpositura Clodensi, in qua conferenda non nihil juris sibi competere Henricus à Kanna contendebat, sessulius & nixu diplomate feudali. Concertatum est utrinq; totis viribus magno numero assistentis nobilitatis, & nihil prætermissum ad summam diligentiam quo pedem figere in Prælatura dicta Nobilitas posset. Sed Academici viri ad unum omnes collecti placidè sine ulla litigandi specie ex vetustissimis documentis ostenderunt, nil quicquam juris unquam usurpasse, vel anteriores vel parentem Henrici. Et quamvis Illustris Comes conditiones equissimas proposuit, Academia tamen ne latum unguem cessit,

ANNO CHRISTI

cessit, imò aequitati consentaneas rationes à Comite propositas eò resumit, quod de jure suo ne apicem quidem per se remissum videri voluit. Tandem rescripto Electorali Henrico à Kanna omne jus abrogatum & soli Academiæ adjudicatum est. Quare Academiæ Senatus, missis venerando & doctissimo Viro, Doctore Davide Voito, Superintendente generali, Andrea Jodoco, D. Valentino Schindlero Ebraeæ linguæ Professore, ingestum & obtrusum Præpositum Georgium Brunnemannum generum, prædecessoris & defuncti Præpositi abdicarunt, & M. Georgium Neandrum, Torgensem inaugurarunt. Et paucis septimanis intercedentibus, iterum misit ad instituendam computationem aerarij Ecclesiastici Andream Jodocum, D. Casparum Strubium, D. Michaelem Richardum M. ac Oratoriæ facultatis Professores. Ita nihil non fecit, ut ex asse omne jus hujus Præpositurae sui muneris esse ostenderetur.

RECTOR.

CASPAR STRUBIUS VVittebergensis, Philosophiæ & Medicinæ Doctor & Mathematum Professor Publicus. 1590. Cal. Maij.

Inscripti 236

Inter Inscriptos.

Bartholomæus Keckerman Gedanensis Borussus.
Georgius à Loben.
Otto VVilhelmus von Berlepsch.
Christophorus Joachimus de Guclen Nob. March.
Georgius: Levinus à Schulenburg.
Thomas: Joachimus Carpzovij, fratres Brandeb.
Johannes à Jeser Nob. Siles.
Jodocus Christophorus: Augustus Ernestus. Hense, Fratres Nob. Anhalt.
Conradus Erdmannus: Casparus à Dröskel Fratres.
Thomas Extarchas, Galaxthensis Nobilis Ungarus.
Iohannes VVilamus de Kalisani Nobilis Polonus.

RECTOR.

Inclytus & Generosus Dominus, Dominus VVIGHARDUS, Liber Baro à PROMNITZ, &c. 1590. d. Luce.

ANNO CHRISTI 1590. d. Luca. Illustris & Generosi Domini, Domini SIGFBIDI à PROMNITZ Liberi Baronis in Ples, Sora, Tribell, Hoiersverda &c. Cæsareæ Majestatis Consiliarij & Ducatuum Saganensium ac Prebusiensium Hypothecarij Filius.

Pro-Rector, Reverendus Vir HENRICUS MAIUS Sangerhusanus Theol. D. & P P.

Inscripti. 201

Inter Inscriptos.

Elias Silberschlag Erphordiensis S. Theol. D.
VViricus à Wilrgenstein von Bochum ex Comitatu Marchiæ in VVestphalia.
Clarissimus Vir Dn. Janus Gruterus J. U. D. Antuerpiensis.
Christoph. à VVolffen zu Hausneuendorff.
Abraham à Gynterrod Bohem.
Hans Philipps: Erich Velckmar/von Berlepsch auff Rossla/Eichenzell/Thomasbruck und Vrleben.
Iohannes à Bardt.
Inclyti & Generosi Domini Dn. Joachimus: Dn. Carolus: Dn. Jaroslaus: Dn. Johannes Albertus: Liberi Barones à Colvvrat in Petersburg & Rabenstein.
Iohannes Henricus à Sexhelden, Moguntinus.
Iohannes Georgius à Rebeck.
Christophorus à Gelhorn de Hilbersdorff.
Simon à Drochterssen Bremensis.
Stephanus de Rhemen Belga.

1591. die 1. Maij. *RECTOR* PETRUS WESENBECIUS, J. U. Doctor & Professor Codicis.

Inscripti 235

Inter Inscriptos.

Christophorus à Nostitz & Gottavv.
Nicolaus de Sachenkirch, Silesius.
Sigismundus à Rotenburgk,
Petrus Wesenbecius: Petrus Matthæus VVesenbecius,
Matthæi VVesenbecij filij.
Petrus VVesenbecius, Ienensis D. Petri, Rectoris filius.
Petrus Arnoldi de Fine, Danus Haffniens.

Gene-

Generosus & Illustris Dominus Augustus Comes de Lynar &c.

VVilhelmus à Collen, Stadensis.

ANNO CHRISTI

RECTOR

1591. d. Luc.

VALENTINUS ESPICH, Dresdensis, Medicæ artis Doctor & Prof. Publ.

Inscripti 145.

Inter Inscriptos

Augustº Löser von Lebuse. Jodocº Henricº von Traudtschen.

RECTOR

1592. d. 1. Maij.

Vir humanitate doctrina ornatissimus IOHANNES GRUNIUS, Noribergensis Optimarum artium Magister, Dialectices & Ethices Prof. P. & alumnorum Electoralium Præceptor & Inspector.

Inscripti 335.

Inter Inscriptos

Ægidius Hunniº, Theol. Doctor & Professor, sua ipse manu se inscripsit.

Fridricus Ludevvicº à Brietzke.

Fridricº Taubmannº VVonsesensis Fr. postea Poes. P. P. hic.

Philippus: VVolfgangus Fridericus à Cnobeloch.

Heinricº à Campe major, natu sub Ducatu Luneburgensi.

Alexander Niemoiensky à Niemoien, Polon.

Heinricus Burggrabius & Baro à Dohna.

Iohannes à VVarnsdorff.

Iohannes Hector à Drandorf.

Holgerus Rosencrantzius, Dominus in Rosenholm &c.

RECTOR

1592. d. Luc.

ÆGIDIUS HUNNIUS, VVinendensis VVirtembergicus S.S. Theol. D. & Profess. primarius Publicus.

Inscripti 235.

Inter Inscriptos

Ernestus à Berga, Dessaviensis.

Christianus à Schleinitz, in Scassau.

VVolfgangus Christoph à Brandt Palatinus.

Conradus ab Embden, Livonus Nobilis.

ANNO CHRISTI

Guolfgangus Steger â Ladendorff Austriacus.
Iohannes a Lengerke, Osnaburgens VVestphalus.
Helfricus Ulricus: Nicolaus Hunnius, Marpurgenses ille posteâ ICtus hic Theologus.
Lohalmus ab Esdorff, Luneburgens. Sax.
Samuel Huberus Bernensis Helvetius ss. Theol. Prof. P.

Sub eodem anno de Conventu Lipsiensi in Negotio Religionis hæc annotata reperiuntur.

AD diem 26. May per Mandatum Illustrissimi Domini Administratoris Electoris Saxoniæ, Friderici VVilhelmi, Domini nostri Clementissimi convocati sunt ad Conventum Lipsiæ indictum (ut de toto opere Visitationis Ecclesiarum Electoratus intretur deliberatio) sequentes ex Theologis D. Martinus Mirus, D. Georgius Mylius, D. Ægidius Hunnius: Ex Politicis porrò Johannes Georgius à Ponicau, Johannes Löserus, D. Joachimus à Beust, Cæsarius à Kutzleben, Johannes Fridericus à Schönburg, Johannes VVertern, VVolfgangus Albertus à Schleunitz, D. Michael VVirt, Professor Juris Lipsiensis & Coburgensium Ducum Cancellarius, & Gabriel Schütz, Merseburgensis Cancellarius. Ad eundem conventum descripti fuerunt D. Nicolaus Selneccerus, & Nobilissimus Hermbolaus ab Einsidel. Verum ateri, primo ex hac vita evocatus, quàm initium fieret consultationis. Ille Hildesheimio Lipsiam perlatus ex calculi doloribus ager admodum, tandem ex hac mortali vita in æternam concessit, & sequente die magno cum luctu bonorum omnium honorifice sepultus est.

Porro ista quam diximus Consultatione deliberatum est, de modo, forma ratione ac processu visitationis instituendæ, & decretum, ut ad negotium illud feliciter conficiendum, Articuli inter nos & Calvinistas controversi, de Cœna Domini, Persona Christi, Baptismo & Prædestinatione, in succinctas numero, paucas theses, quæ veram & orthodoxam Ecclesiarum nostrarum doctrinam continerent & his oppositas antitheses Calvinistica dogmata complexas, redigerentur & ad subscribendum proponerentur eâ formulâ, quâ se doctrinam in affirmativa seu thesibus Lutheranis amplecti, Calvinistarum autem dogmata in Negativa seu antithesi expressa, reprobare profiterentur subscribentes. Decretum etiam est, esse Visitatores

illos

illos Articulos ea simplicitate conscribendos, ut etiam Laici per Dei gratiam capere queant. Atq; hoc modo conscripti illi sunt à Theologis, deinde in consensu Dominorum Visitatorum lecti & approbati: transmissi quoq; Illustrissimo Domino Administratori, & censuit Inclyta ejus Celsitudo, atq; in literis instructionis mandavit, ut illi omnibus atq; singulis, qui in officiis sunt, non tantũ Ecclesiasticis & Scholasticis, verum etiam Politicis proponerentur subscribendi: planè uti à Dominis Visitatoribus erat petitum. ANNO CHRISTI

Ratio Consilij fuit, quod turbæ illæ Calvinisticæ, quibus harum regionum Ecclesiæ & Scholæ miserè fuerant dissipatæ, non tàm à Theologis, quàm Politicis personis excitatæ fuerant.

Visum est adhanc rem Theologis supra dictis adjungere tres alios, videlicet D. Burckardum Harbardum Theolog. Professorem Lipsiæ M. Wolfgangum Amphrasium Superintendentem Wurzensem, & M. Josuam Lohnerum, Aldenburgensis Ecclesiæ Superintendentem.

Lipsiæ, Wittebergæ, Grimmæ, Misenæ & Dresdæ visitarunt deputati omnes. Reliqui labor ita distributus est, ut D. Mirus & M. Amphrasius una cum adjunctis politicis in Districtu Misnico; D. Mylius & D. Harbardus in Electorali fructu specificè sic dicto (im Churkreis) D. Hunnius & M. Josua Lohnerus in Turingico & Voitlandico munus Visitationis obirent.

RECTOR

PETRUS HEIGIUS, Stralsundensis Pomeranus J. U. D. Illustrissimorum Saxoniæ Ducum Consiliarius & Prof. Publicus. 1593. d. 1. Maij.

Inscripti 453.

Inter Inscriptos

Cyriacus à Guntersbergk, Stargard. Pomeran.

M. Salamon Gesnerus Bolesla viens, Silef. postea SS. Theol. D. & Profess.

Otto ab Osten, Pomeranus.

Nicolaus à Miltitz.

Guilielmus de Dorsperg.

Iohan. à Berckhausen, Hannoveranus.

Busso à Guelen, Ruppinensis.

Iohannes à Schwatzkopff, Stendalienſis.

Daniel Sennertus, Vratislaviensis, Postea Phil. & Med. D. Fa-

ANNO CHRISTI

D. Facult. Profess. & Senior VVitteb.
VVolff à Prodell, Ratenovienſis.
Balthaſar à Guelen, Ruppinenſis.
Ioachimus à Bredau.
Georgius Henricus: Wolffgangus à Schönbergk.
Chriſtophorus: Alexander à Portugall, Sileſij.
Conradus: Philippi ab Embden, Magdeburgenſes.
Iohan. à Schöningen, Hamburgenſis.
Otto Maſſouu, Pomeranus.
Iohannes ab Ulembrogk, Rigenſis Livonus.
M. Iohan Georg Valckhammer. poſtea Prof. hiſtoriarum.
Adamus Theodorus Siberus, Grimmenſis, poſtea Prof. Poëtices in hâc Academiâ.
Iodocus Henricus à Beſen.
Fridricus Balduinus, Dreſdenſis; poſtea Theol. D. & Prof.
Andreas Chriſtophori: Ioachimus à Luderitz.
Burchardus à Weiler, Franc.
Gundæus: Tycho Lange, nobiles Dani Fratres.
Franciſcus à Daſſel, Lüneburgenſ.
Theodorus ab Eizen, Hamburgenſ.
Gunterus Erizen à Schönigen, Hambur.
Ioachimus Erneſtus: Sigiſmundus à Latorff.

REC TOR

1593. d. Luc.

ANDREAS SCHATO, Torgenſis, Philoſophiæ & Medicinæ D. & Prof. Publicus.

Inſcripti 229.

Inter Inſcriptos

Wolfgangus Diterich: Iacobus à Rochau, Marchiaci.
Iohannes à Zigeſar.
Wedekindus VVigandus à Schulenburg.
Iohannes Lutherus, Mansfeldenſis.
Henricus ab Avve, Hervordenſis VVeſtphalus.
Clariſſimus Vir Bartholomæus Reuſnerus, Uratislavienſis, Iureconſultus vocatus ad Profeſſionem publicam Inſtit. Iuris.
Mauricius à Byren.
Fridericus à Bucholtz.

Eodem

Eodem anno de Dissensione quadam sive Controversia inter Theologos VVittebergenses ista leguntur cui subjectum est Rescriptum Electorale.

ANNO CHRISTI

SUb Decanatu Doct. Samuelis Huberi Helvetij incidit aliqua dissensio, inter ipsum & Collegas ejus tres, D. Polycarpum Leserum, D. Aegidium Hunnium, & D. Salomonem Gesnerum: hic asserentibus, Dominum non elegisse in Christo JESU omnes homines ad vitam aeternam, & eam ob causam accusantibus ipsius libros, quos ediderat in agro VVirtembergico, priusquam huc esset vocatus: illo verò asserente, in DEI voluntate eligente nos nullam fuisse particularitatem sed omnes homines pariter esse electos ad vitam aeternam, in Christo, utote pro omnibus mortuo, quanquam multis electionis beneficio frui nolint, & ideò etiam omni gratia sese expoliant, & ita demum pereant.

Ad Controversiam hanc dirimendam, ab Illustrissimo Duce & Administratore Saxonici Electoratus, Principe & Domino, Domino Friderico VVilhelmo, Commissarij sunt missi die 4. Febr. Anno 1594. Politici tres, Dominus Iohannes Georgius a Bonikau, Dominus Iohannes Loserus, & Dominus Iohannes Fridericus à Schönberg. Academici, Dominus Georgius Mylius D. & Professor SS. Theol. in Academia Ienensi. Dominus Zacharias Schilterus, & Dominus Burckardus Harnvardus, ambo D. D. & Professs. in Academia Lipsensi, cum ad triduum esset in horum præsentia, in arce VVittebergensi disputatum, & neutra pars cederet, re infecta discessum est: injunctum tamen silentium utrique, quarti, donec ex aula responsum mitteretur: & hactenus res in suspenso mansit. Agebatur conventus imperij eo tempore Ratisbonæ: quo etiam Illustrissimus Dux Administrator sese contulit. DEus Celsitudinem ipsius salvam & incolumem nobis reducat.

Ult. Aprilis affertur mandatum ab Illustrissimo Principe missum, pro conservando opere & propaganda Doctrina, quæ in articulis visitationis comprehensa est. Consistorialibus mandatum est, ut omnes Vasallos huic Iurisdictioni subditos, adigerent ad subscriptionem articulis visitationis. Academico autem Senatui ista sunt perscripta.

ANNO CHRISTI

Von GOttes Gnaden Friedrich Wilhelm Hertzog zu Sachsen/ Vormund/ vnd der Chur Sachsen Administrator.

Würdige/ Hochgelehrte/ liebe/ getreuen/ Ihr wisset Euch zuerinern/ welcher gestalt Wir auß hochwichtigen nohtwendigen Vrsachen/ zu erhaltung der reinen vnverfelschten Prophetischen vnd Apostolischen Lehr/ darauff die wahre Augspurgische Confession gegründet/ auff vnterthänigst bitten vnd ansuchen vnser jungen Vettern vnd Pfleg-Sohne/ der Hertzogn zu Sachsen/ getreuen Landstende/ eine Christliche General Visitation, in diesem Chur vnd Fürstenthumb angeordnet/ vnd nunmehr dieselbige durch göttliche Hülffe vnd Beystand ihr gewünscht vnd erreicht/ vnd dadurch das heilige Minist-rium, so wol die weltliche Regiment wieder gefasset/ vnd zu friedlichen Stand gebracht worden. Die weil denn zu vortsetzung stetswehrung solcher Christlicher Einhelligkeit nötig/ daß die einmahl angefangene vnd fürgenommene subscription der Visitation Artickel also fort vnd fort continuiret/ in üblichen Brauch getrieben/ erhalten/ vnd damit niemand übersehen noch übergangen werde/ so offt sich durch absterben oder in andere wege mit den Personen/ so zum Rectorat, vnd der Universität Aemptern gebraucht werden/ von Zeiten zu Zeiten Verenderung vorleufft vnd zutregt. Als begehrn wir für vns/ vnd an stat deß Hochgebohrnen Fürsten Herrn Johans Georgen/ Marggraven vñ Churfürsten zu Brandenburgk/ vnsers freundlichen lieben Ohems Schwagers/ Herrn Vaters/ Bruders vnd Gevatters/ in gesampter Vormundschafft/ Herrn Christians/ Weiland Hertzogen vnd Churfürsten zu Sachsen. Christseliger Gedechtnüß/ hinterlassener junger Herrschafft. Ihr wollet nicht allein die jenigen/ so itzo in Facultäten vnd Aemptern sind/ oder Disputaten/ vnd die Visitation Artickul noch zur Zeit nicht vnterschrieben haben möchten/ nochmals dahin halten vnd weisen/ daß sie sich mit der subscription andern gleich erzeigen/ sondern auch ohne vorgehenden andern vnd fernern Bericht künfftiger Zeit/ so offt andere Personen/ an der abgegangenen Stadt auffgenommen werden/ es also/ vnd nicht anders halten/ damit jhne solche subscription niemand zu den Promotionibus gelassen/ noch

noch in die facultæten / oder zum Rectorat, und sonsten zu anderu Aemptern in der Universität bey Euch nicht genommen vnd gebraucht/noch auch Disciplat zu halten verstattet werde/daran volnbringet Ihr unsere gnädige Memmung. Datum Torgau den 6. Martij Anno 1594. ANNO CHRISTI

RECTOR.

1594. die 1. Maij.

Vir Clarissimus & doctissimus M. PETRUS OTHO, Madeburg. Mathematum Prof. Publ.

Is cum antequam Magistratum acciperet, & toto post tempore, invalitudine corporis teneretur, ac ex ea tandem pie & placide decederet XXIII. die mensis Septembris circa horam nostr. XI.

Vice-Rector, Munus, toto fermè semestri illo, sustinuit, ut legibus constitutum est. ANDREAS SCHATO, Medicinæ Doctor, cui M. OTHO in muneris functione successerat.

Inscripti 351

Inter Inscriptos

Henricus Otto: Ulricq: Wolfgangus vom Ende zu Borschnitz Fratres.

Georgius à Stetterheim Golsensis Nobilis.

Iohannes à Medem Stadensis.

Iohann Ernestus à Rechenberg Silesius.

Nicolaus à Geredorff Silesius.

Henricus: Arnoldus à Goltze Reppovvsky Polon.

Conratus à Goltze Brotzevvsky Polon.

Joachimus: Sigismundus: Tobias: Johann Otto: Nicolaus à Kölet/ Priravienses Misnici.

Christianus vom Berge/ Dessaviensis.

M. David Rungius Gryphsvvald. Pomeran. SS. Theol. Prof. in hac Academia. Obijt Anno 1604. M. Jun.

Georgius à Kölbel Freibergensis.

Martinus: VVolfgangus à Schleinitz Magdeburg.

Otto à Nostitz: Iohannes Nicolaus à Nostitz Siles.

Iohannes à Gailetzkirchen. Hamburgensis.

Conradus: Iohannes: Levinus: Henricus: Samuel: Ludovicus: Fridericus: Ernestus: Adolphus à Börstell, Nobilis ac strenui Viri Dn. Conradi à Börstel, hæreditarij in gentz & Reuptzick Capi-

Capitanei in arce VVarmersdorfiana & Principis Anhaltini Consiliarij &c. filij.

Georgius ab Ebeleben.

RECTOR.

1594. d. Luce. SALOMON GESNERUS, Boleslavienſis Sileſius S.S. Theologiæ Doctor & Profeſſor publicus.

Inſcripti 197

Inter Inſcriptos.

Bartholdus von der Lithe Bremenſis.

Lucas Beckman, Hamburgenſis poſtmod. Juris Profeſſor in hac Academia.

VVolffgangus à VValdau Sil.

Iohannes à Gyren, Salcenſis.

Henricus ab Eiſendorf. Bremenſis.

Iohannes à Fechelt Brunſvic.

1595. d. 1. Maij. *RECTOR.*

LUDOVICUS PERSON, VVittebergenſis J.U.D. & Pandectorum Prof. Publ.

Inſcripti 323

Inter Inſcriptos.

Matthias à Syborch, Magdeburgenſis Saxo.

Hilmarus: Otho: Iohannes à Münnichauſen Brunſvicenſes.

Juſtus à Grün, Byruthinus.

Stephan Teſſensky à Teſſen Uratislav. Sileſ.

Georgius à Jornitz.

Heuno: Daniel à Rochau, filij nobiliſsimi Domini Capitanei, Iohannis à Rochau in Cœnobio Zinavienſi.

Christophorus à Berg, Sileſius.

Iulius à Bulovv, Quedelburgenſis.

Auguſtus à Zettritz.

Iohan. Chriſtoph: Iohan Ernſt, à Iaſmundt Megapolitani.

Bartholomæus à Termen.

Wolffgangus Conradus ab Einſiedel.

RECTOR

1595. d. Luce. Vir Clariſſimus HETTENBACHIUS, Mergethumenſis Francus, Philoſoph. & Med. Doctor & ejusdem Profeſſor Publicus.

Inſcripti 196.

Inter

Inter Inscriptos

Nicolaus Hrabecii de Hrischou Pannonius.
Henricus Conradus: Sigismundus Matthias Wenzelyk, Barones à Sarabitz in Trischt & Wezelnitz.
Henricus à Dorthesen, Livonus.
Franciscus à Burckhaus & Stoltz, Silesius.
Iohannes: Andreas à Krosick fratr.
Busso à Köckte, Marchiacus.
Caspar: Ioachimus à Bettin in Dittersdorff, fratr.
Michael Fhorman Stolpen, Pomeran. Nobil.

RECTOR

Vir Ornatissimus JOHANNES HAGIUS, Wittebergensis, Optimarum artium Magister & Mathematum Professor Publicus. 1596. d. 1. Maij.

Inscripti 346.

Inter Inscriptos

Iohannes à Bueren, Clivensis.
Gisbertus à Bœtzeler, Clivensis.
Antonius Natzmer, Pomeranus Nob.
Alexander ab Holle, Wunstorpiensis.
Alexander à Bothmer, Verdensis.
Iohann. Christophorus à Biesenbrovv Marchiacus.
Christianus ab Holle, Hamburgensis.
Iohannes Theodoricus ab Hartzsch, Nobilis Misnicus.
Henricus: Christoph.: Jost à Bismarck, Fratr. Marchiaci.
Iohannes Ernst à Clöden.
Christianus: Albert°: Augustus: Caspar, Legate fratr.
Fridericus Metzsch: Iohannes Theodoricus Metzsch, in Reichenbach, fratres, Ille posteà Sereniss. Sax. El. Consiliarius intimus, Sacri Rom. Imperij ærario Præfectus, & Supremi Consistorij Ecclesiastici Præses Eminentissimus.
Huldericus: Christianus: Gottfridus à Nostitz Fratres.
Ludolphus: Gebhardus ab Angern, Fratr.
Christophorus à Leutzsch.
Bernhardus: Heinric°: Christianus à Lutzelburgk, fratres.

ANNO CHRISTI

Michael Brider à Dottenheim.
Balthasar à Deberitz, Garlebiensis.
Valentinus à Priort, Spandoviensis.
Ioachimus à Redern, Cremmensis.
Reichardus à Görtzke: Joachimus à Bardeleben, Brandeburgenses.
Tzabel à Strombeck, Brunsvicensis.
Reinerus à Rhuer, Westphalus.
Iohannes Schack, Nob. Saxo.

RECTOR

1596. d. Luce. Vir Reverendus DAVID RUNGIUS, Gryphiswaldensis Pomeranus, SS. Theologiæ Doctor & Professor Publicus.

Inscripti 225.

Inter Inscriptos,

Martinus Zitzevitz, Pomeranus Nob.
Christoph. Ernestus à Pfuel, Marchiacus.
Georgius ab Awersswaldt, Borussus.
Leonhardus Hutter° S. Theol. Doct. ad Professionem Theologicam huc Legitime vocatus.
Balthasar ab Axleben.
Levinus Ludovic°: Wernerus Hane, Nobil. Megapolitani.
Ioachimus à Podewils, Nob. Pomer.
Valentinus Munchovv, Nob. Pom.
Illustris ac Generosus Dn. Caspar Magnus & D. Carolus Richardus à Minckvvitz Liber Baro in Minckvvitzburg & Drenavv.
Erentridus à Gersdorff, Lusatus.
Christophorus Langenavv, Nob. Sil.
Ulricus à Naundorff, Nobil. Misnicus.
Heribertus à Beeke, Mindensis.
Henricus Otto à Gerstorff.
Ludovicus Saccus, Nobilis Borussiæ.

RECTOR

1597. d. 1. Maij. THOMAS FRANTZIUS, Magdeburgensis J. U. D. & Prof. Public.

Inscripti 263.

Inter Inscriptos

Rudol-

Rudolphus à Noſtitz, Luſatus.
Caſparus Fridericus à Schulenburg.
Theodorus: Caſparus à Klitzing.
Chriſtianus Kleiſt, Pomeran.
Wenceslaus: Iohannes ab Eiſersdorff.
Iohannes Strauch, Wittebergenſis, poſtea J.U.D.P.P.& Ordinarius.
Gebhardus ab Hoym, Nobil. Saxon.
Georgius à Wangerſen, Revalienſ.
Iohannes Chriſtophorus à Schönbergk, Francus.

ANNO CHRISTI

RECTOR

JOHANNES JESSENIUS, à Jeſſen, Illuſtriſſimorum Saxoniæ Ducum Medicus & Profeſſor. 1597. d. Luca.

Inſcripti 161.

Inter Inſcriptos

Eberhard° à Bothmar, Brunſuic.
ſtophorus ab Erichsleben Marchiaci Nobiles.
Iohannes Wilhelm von Latorff.
Chriſtophorus à Noſtitz.
Iohannes Fridericus à Burckerſroda Miſnicus.
Henningus à Falckenreder: Mauritius: Wolffgangus Erneſtus à Thümen: Chri-
Henricus à Zhemen Scölenſis.

RECTOR.

ANTONIUS EVONYMUS, Carinthus Teichenns Opt. Artium, Magiſter Ethices & Dialectices Prof. Publ. ac Alumnorum Electoralium Præceptor & Inſpector. 1598. d. 1. Maij.

Inſcript. 243

Inter Inſcriptos.

Lucas Lyſer° Wittebergenſis.
VVilhelm° Lyſerus Brunſvic. Poſtea D. Theol. & Prof. huc vocatur 1627.
Polycarpus Lyſerus VVittebergenſis. Poſtea Profeſſor & Superintendens Lipſ.
Rüttgerus ab Arnsbürch Weſtph. Unnenſis.
Fridricus Lyſerus, Brunſvicenſ: poſtea D. & ſuperintendens Eilenburgi.
Gebhardus Fridericus: Rudolphus

ANNO CHRISTI

dolphus Laurentius à Krosigk, Saxones ex Archi Episcopatu Magdeb.
Valentinus à Bismarck Tangermund.
Johannes Ludovicus à Glauburg.
Georgi° à Miltitz Schenckenbergensis.
Georgius Otto à Scheidingk Selbens.
Theodoric° Spiegel Nauhaus.
Julius Ludovicus à Brytzke.
Adamus: Wilhelmus Schick, Misniaci circa Delitium.
Tido Hermannus L. Baro ab Inhausen & Kniphausen in Elter & Vogelsang Major domus, Hæreditarius in Bastenac. Orientalis Frisiæ.
Iohan. Christophorus à Pflug.

Sub hoc Rectoratu.

Scabinatus locus autoritate Principis in Collegium Juridicum, ex ædibus privatis, Friderici Drachstetij, Protonotarij translatus est, Bibliotheca in Collegium Augustanum transportata.

R E C T O R.

1598. d. Lucæ. LEONHARTUS HUTTERUS Ulmensis Suevus, S. Theol. D. & Prof. Publ.

Inscripti 167

Inter Inscriptos.

Hieronymus Valentinus à Cantoral, Professor extraordinarius, Politicorum Aristot.
Ludolphus: Joachimus ab Alvenschleben.
Henricus à Loss.
Gustavus: Gabriel Ochsenstiern. Sueci.
Tycho Brahe, Nobilis Danus.
Tycho: Georgius Brahe, Tychonis filij.
Gebhardt Johan von Alvensleben.
Andreas Görg von Zigeser.
Hans Heinrich von VVutenavv Mensdorff.
Hans Ernestus Schammer Rosenburg.
Hieronymus Nymmanuus, postea S. Theol. D. & Superint. Misnensis.
Gregorius Nymmannus. Postea Phil. & Medic. D. & PP.
Bernhard° Ludolphus Kanne.
Levinus Ludolphus: Henricus à Schulenburgk.

Sub eodem Rectoratu.

Archivum Academiæ, quod antè multis modis disjectum disturbatumq; Jacebat, in certam Inventarij formam redactum est.

RECTOR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0220-6 DFG

JOHANNES ZANGERUS JC. Juridicæ Facult. Senior & Decretal. Prof. Publ. CHRISTI 1599.

Inscripti. 335 *Cal. Maij.*

Inter Inscriptos.

Daniel: Johannes Zangerus Rectoris Filij.
Christophorus ab Hausvvitz & Dioben.
Just Caspar â Metzradt.
Christophorus ab Honhorst Verdensis.
Joachimus Heinricus: Henricus Friderich â Beust vff Plauitz.
Wilhem von Kuesebeck.
Levin von der Schulenburg vff vff Lubsdorff.
Mauritius à Geradorff.
Philippus Sigismundus: Casparus ab Arnim.
Eccardus ab Usedom, Rugius.
Georgius â Nimitz, Silesius.
Joachimus: Jost Heinrich von der Gröben.
Gottfrido Reutter, Bitterfeld. Postea J. U. D. & Prof. Pub.
Albertus Legate â Dabrun.
Tobias Ribbeck Furstenvv. March.
Iohannes ab Wilmersdorff March.
Gotthardus â Nolden Livonus.
Georgius â Reiss Mülhus.
Matthias: Henningus Groß Witteb. hic postea J. U. D. & P. P.
Henricus Velstenius Lavvenstein. Saxo, postea Philosophiæ P. P.

Huic Rectori Johanni Zangero JCto Prosocero meo, Encomium istud Scripsit, cum abiret Magistratu Fridericus Taubmannus.

Z Angerus, Senior Professor æqui
& Juris, tabulâ jubante Legum
Semestrem mado purpuram reponit.
Dic tu livor: An uspiam esse omissum,
Commissumve? Quid est tuas? Quid hæres?
Ipse verba tuis præbo verbis;
Immo non ego; Veritas præsto;
Tu tu inquam, bona veritas: an usquam
Vim sient passa dolumve creditorum
Jus & gratum privilegiorum?

ANNO CHRISTI

Nemo sat scio, nemo lividorum,
Forsan livor & ipse non habebit,
Cui prafigere theca possit atrum.
Verum, quanta sit illa, non profectò
Non Zangere, tua est: Sed omnis uni.
Laus desponsa Deo est. Die Autor hic Dux:
Autoritque Ducis, tu Minister.
Nomen Magnificum est: reapse quidni
Communis famulus sit ipse Rector?

R E C T O R

1599. d. 18. Octobr. ANDREAS SCHATO, Torgensis, Philosophiæ & Medicinæ D. & P.P.

Inscripti 258

Inter Inscriptos

Johannes Bernhard⁹ â Gersdorff.
Henricus Petersdorff Nob. Pomer.
Hieronymus: Georgius Bose Ermelitzenses Nobiles.
Casparus: Melchior: Balthasar, â Thumen.
Levinus â Schalenburg.
Jacobus â Wuthenovv.
Hans George ab Hünicke.
Georgius â Pfuell Brandeb.
Frideric⁹ â Carlobitz Magdeb.
Eleutherius ab Haugvvitz.
Vitus Rudolph â Stainach Stiriacus.
Christoph â Bertkavv.
Georgius Ludolphus â Trescovv.
Brandan⁹ â Tzerstede Lünæb.

R E C T O R.

1600. Cal. Maij. M. LAURENTIUS FABRICIUS, Dantisc. Borussus Hebrææ Linguæ P.P.

Cujus Symbolum.

Dei meditatio
Mea est Negotiatio.

Inscripti 312

Inter Inscriptos.

Arnoldus Erxleben Brandeb.
Hieronymus Otto: Johannes Georgius Kysenvvetter in Elbersdorff Nobiles Misn.
Ernestus â Bernheim Lusat. Nob.
Georgius Theodoricus â Schleinitz.

Christo-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0222-8
DFG

Christophorus Theodoricus: Georgius â Starschedel.
Christoph. Hauboldus â Loss.
Christianus ab Osterhausen.
Georgius Rudolphus â Saia.
Henningus ab Harlessem Hildesiensis.
Hartvvicus Wittfeldius Danus Nobilis.
Georgius Gundæus Rostrup Nobilis Danus.
Casparus â Luneberg Bremensis.
Andreas â Bergen Dithmarsus.
Sebastianus Fridericus â Kötteritz.
Otto: Arnold: Thomas: Fridericus ab Hagen Nobiles Marchiaci.
Bernhardus â Flatavv Nobil. Megapolit.
Ludovicus â Pfuell Nob. Marchiac.
Johannes Reinpertus Inderseet Austr. Nob.
Gabriel: Axelius, Oxenstern Sueci Nob.
Henricus Deenhoff: Theodoricus â Mennickhusen Livon. Nobiles.
Guilielmus: Hermann⁹ Hoeiking, Livon. Nobiles.
Johannes Henricus â Luttitz in Milstriach. Lusat.
Paulus Scala â Zhorzch Bohemus.
Johannes Sschnaousky â Ssonova.
Johan. Georgius Schmukherus, Noricus Nobilis.
Johann. Georg. Ernst. Eferding. Nob.

RECTOR.

SALOMON GESNERUS Bolesiav. Silesius SS. Theol. D. & P. P. — 1609. d. Luc.

Inscripti. 199

Interq; eos.

d. 23. April. Anno Chr. 1501.

Illustrissimus Princeps, ac Dominus, Dn. AUGUSTUS, Dux SAXONIÆ, LANDGRAVIUS THURINGIÆ, MARCHIO MISNIÆ &c.

Dominus noster Clementissimus, Nomen suum Almæ Academiæ Witebergensi dedit, & numero eorum, qui veram doctrinam Cœlestem aliasq; liberales disciplinas hic excolunt & discunt, reverenter adscriptus est.

ANNO CHRISTI Rectore Academiæ SALOMONE GESNERO, Theol. D. & Prof. qui Illustrissimæ ipsius Celsitudini de felicissimo adventu, quo die FORTUNATI ingressa, & die GEORGII commendata est Academiæ, humili animi submissione gratulatur.

AUGUSTUS auspicium est augustum Principis augmen:
Quod se Leucoreæ tradidit ipse Scholæ.
Auctibus an posset quisquam melioribus Urbem
Quam se ipso Princeps amplificare suam?
Sis felix, Patriæ decus, patriæ incrementum,
Inq; Tua AUGUSTUS indole surgat Avus.
Tuq; adeo FRIDERICE VVILHELME ter inclyte Princeps,
Consilio Augustus cujus id omne gerit.
Et SOPHIÆ Matris, quæ flos & amœna Rosæ vis,
Ut vireat Rutæ servia trina, facit.
Sis felix Patriæ Pater & patriæ optima Mater,
Tuq; AUGUSTE Trium stella vetusta Ducum,
Ac velut Salomon dum non a Numine posset
Divitias animi sed Sapientis opes;
Accipit innumeras & opes & commoda vitæ,
Acrius inundatum flumen & Ingenij:
Sic etiam AUGUSTUS, cui primæ est cura Lycæi
Et Templi, cunctis doctibus auctus eat.

DUCIS AUGUSTI
Aulici & familiares

Veit Dietrich von Obernitz etc.
Ludewig Wilhelm Moser.
Gottfrid von Milckau. }
Isaac von Brandenstein. } Kammer-Jungkern.
Heinrich von Werder }
Georg von Hohnstedt } Herzogen Augusti, Edelknaben.
Augustus von Wolfframsdorff.
Caspar Münnich/ des Hoffmeisters Junge.
Hanß Gebhardt/ des Præceptoris Junge.

Inter alios eo Rectoratu inscriptos.

Henricus Philippus von Hammelburg/ Varisius.
Arnoldus à Bolen, Pomeran°.
Casparus ab Hoppenrade Marchiacus.

Matthias

Matthias Ferdinandus Crura à Podraborri.
Isaac von Leipzig auff Berwaldt.
Jacob von Byern.
Henningius à Falckenreder/ Beltitzensis.

ANNO CHRISTI

RECTOR.

BARTHOLOMÆUS REUSNERUS, Uratislav. J. U. D. & Pandect. P. P.

1601. Cal. Maij.

Inscripti. 405

Inter Inscriptos.

Christoph. Marschalck von Herren Grosserstedt Thuring.
Esaias Jessensky à Jessen, majore Uratislav.
Abraham Georgius Schindl in Conradswalde & Weissenleippe Silesius.
Simon Malsius Brodrodensis Hassus, postea J. U. D. Comes Palat. Comitis in Oldenburg Consiliarius.
Christophorus Fridericus: Otto Wilhelmus, Barones à Schönburg, Fratres.
Hartvvicus à Wustenhofen Osterlebiensis.
Joachimus Melchior: Fridericus: Theodoricus à Woldick.
Henricus à Dannenberg Lunæburg.
Casparus Fridericus: Fridericus Magnus, Fratres de Mingkvvitz in Drena.
Petrus à Forda Lubec.
Reinhardus à Boyneburgk Hassus.
Casparus Rulicke à Linda Misnicus.
Henricus à Bardeleben/ Canonicus S. Nicolai in Magdeb.
Henricus Hildebrandus ab Einsidel.
Joachimus Fridericus: Salomon, de Minckvvitz.
Joachimus Ernestus ab Holtzendorff.
Matthias Grosse J. U. D.
Fridericus à Weichemsdorff Marchicus.
Paulus à Gisbice, Prag.
Theodoricus Schanovvec à Ssanovv Bohemus.
M. Laurentius Rhodomannus Northusanus, postea Prof. Histor. hic Publ.

ANNO CHRISTI 1601. d. Luc.

RECTOR

Illustrissimus & omnium Heroicarum Virtutum ornamentis augustissimus Princepsque Dominus, Dominus.

AUGUSTUS

Dux Saxoniæ, Postulatus Episcopus Naumburgensis & Zicensis, Landgravius Thuringiæ, Marchio Misniæ &c. Laudatissimorum Electorum Saxonicorum

CHRISTIANI I. Filius

&

AUGUSTI Nepos

Dominus noster clementissimus CELSITUDINI

SUAE

iterum subjectissimè oblatam potestatem

RECTORIS

Serenissimo Celsissimoque Principe ac Domino, Domino

CHRISTIANO II.

Duce Saxoniæ, ELECTORE &c. Fratre & Tutore;

&

Illustrissima Principe ac Domina, Dominæ

SOPHIA

Illustrissimi Electoris Brandeburgensis JOANNIS GEORGII, Filia, & trium Saxoniæ Ducum,

DN. CHRISTIANI II. Electoris.

DN. JOANNIS GEORGII.

DN. AUGUSTI, Fratrum, Pientissima MATRE,

annuentibus, & actum hunc Academicum Illustrissima sua præsentia maximè conspicuum & honorificum reddentibus, cum devotissima & subjectissima totius Academiæ congratulatione clementissimè accepit.

PRO-RECTOR I.

ERNESTUS HETTENBACHIUS, Philosoph. & Medicinæ D. & hujus P. P.

Inscripti 310.

Inter Inscriptos

Nico-

ANNO CHRISTI

Nicolaus à Vechta, Hamburgenſ.
Marcus Horvvath, alitèr Stankith. de Gradetz, Baro in Neerer & Schvvabolck.
Nicolaus Horvath Mladoſſevvitz de Keörmend. Pannonius.
Ludovicus à Creutz, Wörlicenſis.
Chriſtophorus â Rogevvitz in Stöſitz.
Gerardus â Taxis, Eburo.
Wolfgangus Dittrich von Hohndorff.
Chriſtophorus â Rappach, Lib. Baro in Prum & Bettzlavv.
Daniel Scharffenberg â Lindenthal.
Iohannes Ulricus â Grunradt.
Iohannes ab Angelbach Otterndorp. Hadel.
Chriſtoph â Diehr ab Hartmansdorff.
Hans Wilhelm à Lindenavv.
Chriſtoph Rudolph â Winckel.
Carl ab Oſterhauſen.
Baſtian â Schlichtig.
Hieronymus Pflugk in Kottvvitz.
Hans à Wolfframsdorff à Beſtein.
Abraham à Polentz in Randorff.
Chriſtoph à Mellentritt in Läſt.
Chriſtianus â Weisbach in Elſterdrevvenitz.
Peter à Raxin in Rouen.
Hans â Diehr in Streittelsdorff.
Caſpar ab Eckerberg, in Weiſtropff.
Hans Peter Selima, Dominus in Seſimgvva Auſti.
Michael Reuſſe à Berlin.
Georgius Kölbel in Navvendorff.
Chriſtianus à Kötteritz in Schackvvitz.
Magnus Galth in Tyriſtrup, Danus.
Gundij Huas, Danus.
Georgius Bodeker à Grunheim.
Don Ludovic° Orozco guerra, Theolog. Doctor Hiſpanus.
Richardus: Iohan. à Tſchernembl. Barones Auſtriaci Fratres.

Sub eodem Rectoratu.

Die XXIII. Menſis Octobr. ad Colloquium Ratisbonam profecti ſunt Theologi Dn. D. Ægidius Hunnius, Dn. D. David Rungius, &

ANNO CHRISTI & XXX, die Decembr. demum feliciter. & re ex voto Ecclesiæ peracta reversi, anno eodem.

Die IIX. Decembris, Comitia Provincialia Torgæ habita.

Die XXVI. Aprilis, Visitatio Academiæ instituta & juramentum religionis ab omnibus Professoribus, & singularum facultatum Adjunctis præstitum, anno eodem.

PRO-RECTOR II.

1602. d. 1. Maij. GEORGIUS WECKERUS, Philosophiæ & Med. D. Physices P. P.

Inscripti 367.

Inter Inscriptos

Osvvaldus Hillger, Fribergensis Misnicus, postea J. U. D. & Prof. Jenæ.

Christophorus à VVuthenovv, Marchicus.

Iohannes ab Huda, Hamburgens.

Ernestus: Burchard⁹ à Steinbergk, Nobiles Brunsuic.

Hermannus: Levinus Crammon, Nobiles Megapolit.

Iohannes Georgius à Grenaing.

Iohannes Sigismundus à Reitzenstein, Nobilis.

Bernhardus Nicolaus: Stephan⁹ à Gersdorff Nobil. Bohem.

Iohannes Georgius à Brandenstein, Mysnicus.

Balthasar Meisnerus, Dresd. Misnicus, posteà Theol. D. & Prof. hic Publ.

Caspar ab Hermsdorff, Olberstorfensis Misnicus.

Magnus Ebro Galth, Nobilis Danus.

Christianus à Bredovv in Frysack hæred.

Adamus Christoph. de Ribbeck hæreditarius in Ribbeck.

Hennigk von Stamer, Saxo.

Iohannes Albertus à Kameneck, Marcomannus.

Ioachim von Bochmar, Luneburg.

Antonius Loß/ Dresdensis.

Eustachius à Schlieben, Lusatius.

Mauritius Christophorus à Conitz.

Henricus à Letzschvvitz, Silesius.

Melchior à Löben, Silesius.

PRO-RECTOR III.

1602. d. Luce. DAVID RUNGIUS, SS. Theol. Doctor & Profess. Publ.

Inscri-

Conradus Carpzovius, Witteberg. posteà J. U. D. Prof. Cod. in hâc Academiâ: deindè Reverendiſſimi Archi Ep. Magdeb. Adminiſtrat. Conſiliarius.

Benedictus Carpzovius, Witeberg. poſteà J. U. D. & Ordinarius Lipſ. hodie Sereniſſimi Sax. Elect. Conſiliarius iurimus.

Iohannes ab Aleſeldt, Nobilis Holſatus.

Theodorus ab Honhorſt, Verdenſ.

Loth von Weiſſenbach auff Newen Schönfelß, Eques Variſcus.

Illuſtris & Generoſus Dominus Comes, Wolfgangus Fridericus, Dom. à Barby & Mülingen.

Wolff Erneſtus ab Ingensleben, Nobilis Saxo.

Mauritius à Stainach, Styrius Nobilis.

Ioſephus Geizcoſler, Nobilis Carinthius.

Chriſtophorus Vizthumb ab Eckſtedt, Nob. Tyrigeta.

Chriſtophorus à Saliſch, Nobilis Sileſ.

Eſaias: Götz: Caſparus à Minckvvitz, Nobiles Luſati.

Caſparus à Görsdorff, Nob. Luſat.

Fridericus: Erneſtus à Bortfeldt, Brunſuic. Nob.

Helvicus Garthius, SS. Theol. D. Alffeldianus, Heſſus.

Chriſtophor. ab Halle Brunſuigius Nob.

Iohannes à Creutzen, Nobilis Boruſſ.

Eſaias à Luttitz, Luſat. Nob.

Severinus Schato de Schatentaal Witteb.

Franciſcus Thubbe, Danus Nobil.

Manderopius Abbilgnardt, Danus Nob.

Wolffgangus: Iohan. Georgius à Flotho, Nob.

ANNO CHRISTI

De celebratione Jubilæi Academiæ secularis hæc annotata sunt.

Eodem Anno 1602. die Lucæ Evangelistæ, quæ est XIIX. Octobris cum Academia Wittebergensis, completo primo à fundatione seculo, alterum auspicaretur, ex mandato Serenissimi Principis ac Domini, Domini CHRISTIANI II. Saxoniæ Ducis & Electoris &c. Jubilæum celebravit hoc ritu:

PRidie ejus diei Illustrissimus Princeps AUGUSTUS Saxoniæ Dux &c. Rector Academiæ Magnificentissimus, publico programmate solennitatem hanc in diem crastinam indixit, eandemque Ægidius Hunnius, SS. Theolog. D. Professor & Superintendens concione in templo oppidano habita feliciter est auspicatus. Ipso verò die Lucæ præsentibus Legatis Serenissimi Electoris Saxonici, Johanne Friderico à Schönberg in Falckenberg Capitaneo Wittebergensi, & Judicij Provincialis Præfecto, Christophoro ab Haugwitz in Radis, Capitaneo Misnensi & Præposito Wurzensi, & Henrico à Leipzig in Wesenick Capitaneo Torgensi: Nec non Illustrissimo Principe ac Domino Dn. AUGUSTO Duce Saxoniæ, Rectore Academiæ Magnificentissimo: Præterea viris Nobilissimis, Arnoldo Kamen, Bennone Friderico Brandt, & Wilhelmo Löfero, & celeberrimæ Academiæ Lipsensis Legatis, nimirum Georgio Weinrichio SS. Th. D. & Professore & Superintendente Ecclesiæ ad S. Thomam, Wolffgango Meyero J. U. D. Christophoro Brunone Medicinæ D. & Professore, & M. Wolffgango Corvino, Dialectices Professore: ac præterea octo liberis Baronibus plurimisq; nobilibus generis splendore præstantissimis, & frequentissima cæterorum Studiosorum hospitumq; qui hujus actus gratia huc convenerant, corona, in templo arcis horâ septimâ matutinâ habita est concio à Salomone Gesnero SS. Theol. D. & Professore, templi Arcis Præposito; quâ absolutâ D. Ægidius Hunnius orationem Jubilæam, tum M. Fridericus Taubmannus Poeseos Professor carmen seculare ex Cathedra in Choro extructa recitarunt, ac Denique Georgius Weckerus, Medicinæ D. & Physices Professor, Davidem Rungium SS. Theol. D. & Professorem renunciavit seculi secundi Academici primum Pro-

Recto-

Rectorem. Sacris in Templo peractis, Illustrissimus Princeps AUGUSTUS, *in arce hospites & Patres Academicos, nomine Electoris Saxoniæ* CHRISTIANI II. *splendidissimo excepit convivio.* ANNO CHRISTI

Postridie instituta est altera πανήγυρις *Scholastica in Templo arcis, qua creati sunt artium & Philosophiæ Magistri, viri & juvenes sexaginta quatuor, per Decanum semestris hyberni M. Laurentium Rhodomannum, Historiarum Professorem publicum, & prandium magnificum, nomine Illustrissimi Electoris præbitum, Professoribus & Hospitibus in Collegio Augusti.*

Calendis Novembris ex eadem Cathedra in choro Templi arcis, orationem habuit secularem Dn. Johannes Zangerus J. U. D. Professor & Senior Collegij Juridici. Ac deinde, 15. Novembris ejusdem generis orationem habuit Doctor Andreas Schato, Medicæ Facultatis Professor publicus & Senior. Hæc universa in unum redacta librum, typis descripta exstant, sub titulo Acta Jubilæi Academiæ Vvittebergensis.

Pro concione D. Ægidius Hunnius, explicavit Psalmum XLIIX. D. Salomon Gesnerus, Psalmum CXXII.

Idem D. Hunnius, de Beneficiis Dei in hanc Scholam collatis, cumprimis circa Repurgatam Doctrinam, & admirandam protectionem Scholæ hujus; Orationem habuit.

Johannis Zangeri, U. J. D. Ordinarij & Facultatis Senioris, ut & Andreæ Scharonis, Medic. D. Orationes, in quibus de fundatione Academiæ, de Juridicæ & Medicæ Facultatis Antecessoribus, plura memoratu digna, recensent hîc subjungere placuit.

ANNO CHRISTI

DEI GRATIA

AUGUSTUS DUX SAXONIÆ,

LANDGRAVIUS THURINGIÆ, MARCHIO MISNIÆ, &c. RECTOR ACADEMIÆ WITEBERGENSIS, Universis ejusdem Academiæ Civibus clementiam & favorem.

Quid die ab hinc decimoquarto, qui D. Lucæ ab antiquo sacer & Academiæ nostræ natalis est, in hac Republ. literariâ gestum sit, nemo opinamur, ita hospes & peregrinus est, qui nesciat; immò qui non & pars aliqua festivitatis illius scholasticæ & (si ita vocari placet) Jubilæ solemnitatis fuerit. Etsi interea apparatum illum & pompam theatralem, quam veteres illi Romani sub Consulibus & Cæsaribus, nostri hodie sub Pontificibus, ingenti cum sumptu & magnificentia ostentârunt, minimè affectare vel potuimus vel etiam voluimus: Sed contenti Christianâ simplicitate & devotione, cum Legatis à Serenissimo Electore huc missis, aliisq; ex Academiis & Nobilitate vicinâ convocatis, ad templum Arei continuum processimus: Musicâ & hymno CHRISTIANO *animos præsentium, quorum incredibilis (pro hoc quidem loco) multitudo erat, suscitavimus: deinde concionem ex sacris, pro laude & gloria Dei, audivimus; Orationem & Carmen Seculare: in quorum etiam utroq; beneficia* DEI *opt. Max. & Principum Saxoniæ, aliorumq; bonorum virorum in hanc Academiam per hos centum annos promerita alacriter deprædicabantur: aliaq; ad hanc festivitatem pertinentia, si non magnæ pompæ, Pietatis tamen & gratitudinis, adde & honestatis plena, ordine peragebantur. Cum verò Illustrissimo Electori, Fratri nostro dilectissimo ita visum ab initio fuerit, ut in eâ Festivitate omnium Facultatum aliqua partes dicendæ essent;*

brevi-

brevitas autem temporis id tunc quidem pati non vellet: placuit nobis & Senatui Academico, ut, postquam Theologi & Philosophi suo munere defuncti sunt, deinceps etiam Jureconsultis & Medicis sua partes darentur. Quo circâ ad diem crastinum, horâ 8. in eodem Arcis templo, Facultatis Juridicæ Senior & Antecessor, ac nobis singulariter dilectus Johannes Zangerus, quod ipsi delegatum est, Deo favente, expediet. Atq; ut argumentum Orationis præsciatis, dicturus ille est de initiis & incrementis doctrinæ & Doctorum Juris in hac Academiâ sub Illustriss. Sax. Electoribus FRIDERICO III. JOHANNE. JOHAN. FRIDERICO, MAURITIO AUGUSTO & CHRISTIANO I. deq; aliis nonnullis cùm ad Principum illorum, tùm ad Academiæ nostræ gloriam & ornamentum pertinentibus. Unde videre est, Orationem istam & hoc loco & vestrâ auscultatione dignam esse; ita ut non dubitemus, quin ulterò ad tempus constitutum locoq; indicato frequentes comparituri sitis: quod tamen ab omnibus, qui cives estis Reipub. hujus literariæ, vel ex abundanti etiam fieri jubemus. P P. Pridie Calend. Novemb. Anno CHRISTIANO M. D. CII.

ANNO CHRISTI

ANNO CHRISTI

ORATIO
SECULARIS
In Academia VVitebergensi, Collegij Juridici nomine
Habita Cal. Novemb.

A

JOANNE ZANGERO U. J. Doctore, Professore & Facultatis Seniore:

ILlustrissime Princeps AUGUSTE, Rector Magnificentissime, Domine clementissime, Magnifice Domine Pro Rector, inclyti Barones, viri Reverendi, Consultissimi, Clarissimiq;, tuq; Studiosorum nobilium & reliquorum Corona spectatissima, Quanquam mihi semper Academici congressus, præsertim in hoc ad agendum & ad dicendum amplissimo & ornatissimo loco jucundissimi fuerant: tamen hoc tempore maximis & plurimis nominibus longè jucundiores non esse non potuerunt. Ut enim omnibus alijs, etiam minimis Academiæ commodis ex animo gaudere soleo; ita potissimum hac tanta ejusdem felicitate, quam ipsi Sacro sancta & Individua Trinitas benè & feliciter evenire velit, vehementer afficior, immortaliterq; gaudeo, nimirum, quod in hos panegyricos conventus incidant termini finesq; seculi primi Scholæ nostræ. Exoptatissimam igitur occasionem & materiam amplissimam enumerandi magnalia omnipotentis DEI, atq; commemorandi virtutes quàm optimè de tota Ecclesia & Repub. literaria, deq; omnibus Europæ politijs meritorum, divinitus offerri, quin omnes boni gratissimis animis agnoscant, mihi dubium est nullum. Dum autem penitius mente mea spacium præteriti seculi respicio, & Academiæ memoriam inde usque à teneris repeto ultimam, neminem tanta eloquentia inveniri posse judico, qui magnitudinem, multitudinemq; beneficiorum, quæ ex hac Schola in hanc urbem, in hanc Regionem, in communem

ANNO CHRISTI

sem Patriam Germaniam hanc nostram, Immòin totam Europam divina protulerit & contulerit clementia, non modo ornare sat idoneâ oratione, sed saltem enumerare, vel aliquo modo assequi valeat. Religionis & literarum humaniorum doctrinam, anno quidem ortus sui primo accepit, sed Scholasticorum & Monachorum fermento & dogmatibus partim intricabilibus, partim falsissimis, barbarissimis etiam, & solœcismis ita conspurcatam, ut vix religionem, & literas humaniores agnovisses, imò religionem cum literis penè amissam non injuria dixisses. Ab hac autem Schola nostra (ad hoc à Deo ter optimo maximo singulariter erecta & electa) veræ religionis lumen, omnium disciplinarum acumen puritatemq; omnes alias Europæ Scholas, Ecclesias, Politias, quasi postliminio recuperasse, ex eaq; in omni disciplinarum genere eruditissimos, in linguarum studij peritissimos, in facultatibus excellentissimos in totum penè orbem egressos fuisse, uti spero, non iniqui censores, vel historiarum evidentia convicti facilimè concedent & grata mente agnoscent. Non ita ineptio, puerorum more, qui postquam parentum thoraces & arma induunt, parentes se esse simulant, ut nos LUTHERO, PHILIPPO & alijs, qui hanc laudem Academiæ nostræ pepererunt omnem, vellem exæquare. Nec ita deliro vel ambitione, vel imprudentia, ut mihi scribendam injuriarum dicam existimare possint sapientes viri, ac si ego hodie Donatistarum more, Africæ terminis Ecclesiam definientium & Pontificiorum modo veritatem & scientiam certo loco & certis personis impiè alligantium, ad hunc locum & Scholam hanc omnem sapientiam, omnem prudentiam, omnem pietatem tantùm alligatam esse, solamq; aliis posthabitis & neglectis, magnificiendam esse censeam. Etenim ut ita animum inducam meum jus & æquitas postulant. Omnes sibi palmarium reperisse, quotquot in aliis stationibus solertes sese dant, atque vel voce vel calamo vel utroque modo publicam communium studiorum salutem ita promotam cupiunt, ut conscientiæ ac Deo satis faciant: Deoq; non ex una, sed ex aliis quoque hodiè, tanquam ex equo Trojano, ut habent fabulæ, innumeros prodiisse, & indies

ANNO CHRISTI dies prodire, qui cum fructu & laude Scholarum, Ecclesiarum & Imperiorum clavos teneant.

Sed tamen, quod temporis & certitudinis, adeoq; experientiæ Historicæ jus cogit, id etiam voluntate & bona cum pace suam impetrare a sese finent omnes eruditi, hoc proximè decurso seculo per hanc Academiam Os Domini & Spiritum Jehovæ miseris mortalibus, qui in densissimis tenebris & in regione umbræ mortis ambulabant, iterum apparere & loqui cœpisse, unaq; cum hac cœlesti sapientia in aliis facultatibus omnia terris bona eveniss e, & inde hanc Academiam omnium totius Europæ Scholarum, quoad restauratam religiosæ pietatis integritatem, & restitutam honestarum disciplinarum puritatem, Metropolin & matrem agnoscendam esse; reliquas verò omnes, imò & hodiernam nostram tanquam pias & sedulas nutrices plerosque fœtus, ab hac alma matre primum genitos, fideliter exosculari & fovere. Hæc autem omnia cum in hac Schola inchoarentur, cumq; à plerisque tunc temporis ignorarentur, quàm difficilia fuerint (quanquam facilia postquam trita fieri, & pueris propè cognita esse hodie cœperint, nonnullis videantur, quid attinet pluribus exponere? Negabit enim nemo, nisi qui, quid sit Religio, quid Jus, quid Bonum, quid Rectum, nesciunt; qui item quid melius, quid pejus, quid prosit, quid obsit, planè nihil vident.

Hujus eventus omnia fausta sub primam inaugurationem obvia fuerunt, & quidem non pauca. Nam circumferebatur tunc temporis vaticinium de FRIDERICO quodam Imperatore venturo, sepulchrum Domini recuperaturo & vindicaturo, Id quod in FRIDERICO Tertio Electore Saxoniæ completum fuit, utpote, qui pro istius seculi errore religioso una cum CHRISTOPHORO Bavariæ Duce Palæstinam adiit, & post reditum una cum JOHANNE Fratre hanc Scholam aperuit. Deinde cum de loco Academiæ deliberationes instituerentur, ac Elector FRIDERICUS Tertius D. Martini Mellerstadij hoc oppidum nominantis consilium derideret, quod lutosis & stramine tectis, pauciss imisq; constaret tuguriolis, & undique arenis angeretur sterilibus ac profundis.

fundis. Hoc in loco, respondet Mellerstadius, condita Academia cunctas alias Germaniæ luce obscurabit. Accipit omen Princeps, Deumq; precatur, ut eventus exoptatus respondeat, extemplò itaque Sacellum, quod arci contiguum erat, in splendidissimum hoc templum erigit, Collegium, quod hodie vetus vocamus, exædificat, Academiamq; introducit. Postea præter fanum S. Antonij post vallum non longè à mola, & præter cœnobium Franciscanorum etiam post vallum, non longè à Collegio Juridico versus ortum; Augustinianorum cœnobium, ubi communis mensa apparatur hodiè, magnis sumptibus extruit, denique Collegium Capitularium in hoc templo sex Prælaturis, uno Officio quinque Canonicatibus constans instituit. Præterea cum hoc præsentisceret Diabolus, virtutis & veritatis cœlestis acerrimus & abjuratus hostis, multos initiò exsuscitavit, qui Principem à proposito isthoc pio abdncerent, modò hoc, modo illud prætendentes, potissimùm sumptuum magnitudinem exaggerantes, qui in ædificationem, ut & in salaria docentium impendendi essent. ANNO CHRISTI

At verò JOANNE Duce Saxoniæ, ac ERNESTO primate Magdeburgensi fratribus FRIDERICI Tertij, Doctore item *Mellerstadio*, Doctore *Stampitio*, *Conrado Wimpina* ac Monachis *Cœnobij Augustinianorum*, qui postea primi nomina sua Rectori dederant, cohortantibus & instanter urgentibus, pergit FRIDERICUS Tertius, Rectorem primum designat *D. Mellerstadium*, atq; diem inaugurationis & introductionis indicit decimum octavum Octobris, Anni Christi supra millesimum, quingentesimi secundi.

Accersuntur igitur ex vicinia multi viri docti, quin etiam præcipui nobiles & proceres hujus territorij invitati comparent plerique omnes die antecedente diem inaugurationis, nempe decimo septimo Octobris. Quid fit? Illâ nocte, sacrum inaugurationis futuræ solenne proxime præcurrente, malevolorum suggestionibus FRIDERICUS Tertius ita denuò fuit abalienatus, ut decimo octavo Octobris manè, cum inaugurationis initium omnes expectarent, mandata daret de consecratione Academiæ novæ in tempus aliud differendâ.

ANNO CHRISTI

Sed cum adornata essent omnia, Deo fortunante, adhuc vincunt bonorum consilia, & pergunt ad eam rem destinati viri docti, Rectorem à FRIDERICO superioribus diebus designatum in templum hoc solenni pompa deducunt, facto initio à precibus & sacra concione, hisq; peractis ad lectiones publicas mox descendunt auspicantibus Doctoribus ætate provectis, quos secuti sunt reliqui: Initium igitur Academiæ, & totum opus admirandæ instaurationis veritatis cœlestis, & puritatis artium divinitus gubernatum fuisse, omnes fateri necesse habent. Die consecrationis concionem habuit Prior *Cœnobij Steinlarsig* ad Muldam Fluvium propè oppidum Bitterfeld, D. Fleccus. Is igitur ad nomen oppidi nostri secundum vulgi sententiam, alludens, ex hoc albo monte veræ sapientiæ flumina in universum mundum redundatura esse, pro concione vaticinatus fuit.

Conditam existimant aliqui hanc urbem ante annos plus octingentos à WITEKINDO Magno, Saxonum Principe, & rectius denominari quasi Witekindi seu Witichij πύργον vel castrum, quemadmodum crebrius in libris antiquis Wittinburgam, & Wyttinberg, & Wittenburgam, seu Wittichij castrum scriptum reperimus, quàm Witebergam, quasi dicas, album montem: Si quidem hoc in loco nullos montes, sed tantum colliculos quosdam à parte Septentrionali conspicere licet. Witte vel Wittichij nomenclationem Lutherus in libro aliquot nominum ad priscam Etymologiam restitutorum, classe quarta, prudentiæ seu peritiæ significationem continere docet. Unde Witekindum sapientem infantem Historici quidam interpretantur. Qua ratione non ineptè prædicere aliquis potuisset, omnis generis sapientiam ex hoc castello Witekindi tanquam sapientis infantis in universum orbem terrarum disseminandam fuisse. Ac quod à primo Rectore in album Studiosorum intra sex menses numero supra quadringentos sunt relati, certum argumentum præbebat, Academiam futuram frequentissimam. Hinc est, quod, DEI beneficio, numerus hoc primo seculo seu centenario inscriptorum complectitur ultra quinquagies mille, sexcentos viginti octo:

Quem-

Quemadmodum eodem hoc primo centenario Academia nostra liberalium artium magistros renuntiari vidit quater mille octingentos novem, ut de Doctoribus proclamantis, quorum tamen numerus minor est, nihil dicam. ANNO CHRISTI

Dum autem & vobis & mihi primam hujus nostræ Scholæ inaugurationem in mentem revoco, quæ sanè, ut dixi, magna cum solennitate & pompa peracta fuit, cui proceres nobilitate excellentes ac generis splendore insignes alijque viri clarissimi interfuerunt, simul occurrit, quod de Xerxe Rege Persico commemorat Historicorum omnium sic dictus parens in polymnia. Postquam enim is intuebatur ex alio loco copias toto quadriennio contra Græciam collectas, multitudine propemodum innumerabiles, nimirum omnem Hellespontum navibus obductum, omnia littora atque Abydænorum PLANA hominibus referta, ibi quidem se beatum jactavit, sed tamen simul lachrymas profudit. Interrogatus autem cur hoc faceret, respondit, reputantem sese quam brevis sit omnis humana vita, subijisse horum miserationem, quorum cum tot sint, nemo tamen ad centesimum inde supputatum annum superfuturus esset. Sic enim una hominum generatio oritur, altera occidit, terra verò in qua oriuntur & occidunt perpetuo durat, teste Ecclesiaste. Pari ratione, reliquos esse parietes hujus templi & Collegiorum primorum ab annis centum, reliquas chartas arbores, quin & forsan reliqui sunt corvi & cervi. Ex illis autem, qui ante annos centum primæ inaugurationis actores fuerunt & spectatores, hoc die superesse videmus & scimus neminem, adeò mediusfidius, ut tàm miseram humanæ fragilitatis conditionem etiam hosce parietes deplorare existimem, quod ex nobis, qui aliis cursu lampada tradere cogemur, post centum annos in tertia, si Deo ita visum fuerit, inauguratione, nec unum conspecturi sint & ipsi superstitem.

Quemadmodum enim nos, quovis vere, nova cernimus folia; ita & ipsi tunc prorsus novam spectaturi & exaudituri sunt generationem, quæ in domos, in agros, in urbes, in arcanos thesauros nostros potestatem usurpabit plenam, inq; dicta,

ANNO CHRISTI dicta, & facta & scripta nostra judicium sibi sumet ac feret liberrimum. Et Tu, si modò post annos centum futura es, posteritas, tanquàm soboles nostra suaviſſima, in tertia, si Deus tibi concesserit, inauguratione, eorundem memor, nobis tibi veterum illud suggerentibus, *Erimus, quod estis vos*, simili modo respondebis, *Erimus, quod estis vos*.

Quod autem nunc à me postulat ipsa pietas, omnium vestrum & meo nomine, gratias quantas possum, pectore meo concipio, & habeo immensas; ore verò meo ago & agam immortales æterno patri æterni filii Domini nostri Jesu Christi, una cum æterno Spiritu sancto, quod his postremis temporum articulis oculis misericordiæ suæ nos miseros à Monachis, tanquam à latronibus spoliatos & sauciatos aspexit, atque in hoc oppido quasi divertens, ex hoc totam Ecclesiam sanavit, aliisq; magnis bonis ditavit, hancq; sæptam tot annos, inter tàm varias mutationes sartam tectam præstitit, atque in hoc usque secundi centenarij principium conservavit. Eundem æternum Deum votis ardentiſſimis imploro, ut eam in senecta quoque humeris suis porter, & largiatur omnia, quæ ad pacem sunt Jerusalem, ut semper maneat laus ejus in Ecclesia sanctorum, & ut hoc quoque secundo seculo magni mensuram nominis implens, cum veræ fidei, tum bonarum disciplinarum mater & officina sit & permaneat.

Quibus ita breviter præmiſſis, ad rem ipsam propriumq; instituti mei argumentum accedo, ubi initia & incrementa doctrinæ & doctorum juris sub Illustriſs: inclytisq; Saxoniæ Septemviris FRIDERICO Tertio, JOANNE, JOANNE FRIDERICO, MAURITIO, AUGUSTO & CHRISTIANO Primo, Principibus æterna memoria digniſſimis & nunquam ſine ſummis laudum Encomiis nominandis, in hac Academia qui floruerint, commemorabo: quibus insuper addam (habita temporis ratione) quàm breviſſimè, quomodo dicti Principes paterno semper favore complexi sint tam facultatem nostram, quàm universam Academiam, quomodoq; nihil, quod ad ampliſicandam, exornandamq; conducere videbatur utramque, prætermiserint, nec

ullis

tillis sumptibus pepercerint. Id autem quicquid est laboris, non ostentatione ingenij, non ambitione, aliove turpiore vitio in me recipio: Sed sereniſſimi Electoris CHRISTIANI Secundi, Domini nostri clementiſſimi mandato & jussu, ordiniſq; serie postulante, flagitante. ANNO CHRISTI

Etsi verò non ignoro multorum iniqua & imperitiæ, calumniæq; plena de hac professione judicia: tamen cum sacratiſſimarum legum nostrarum doctrinam neque ex adulatorum neq; tyrannorum cerebris, sed ex ipso Decalogo extructam esse constet, ac Ethnicis ipsis attestantibus, nihil unquam præstabilius, nullumq; humano generi lumen, ac post Dei verbum, exoptabilius præsidium contigerit, cumq; in hoc inclyto consessu legum nostrarum custodem divinitus nobis constitutum Illustriſs. Principem ac Dominum. Dn. AUGUSTUM Rectorem Magnificentiſſimum, aliosq; inclytos juvenes, viros item doctiſſimos & æquiſſimos de juris scientia censores ex hac cathedrâ, humilima cum subjectione ac veneratione singulari prospiciam: nihil est, quod imperitos morer, quin potius sine ambagibus rem ipsam aggrediar, & vos, ut me clementer & patienter audiatis etiam atque etiam rogem.

QUÆ causæ moverint Illustriſs. Principem Ducem Saxoniæ Electorem FRIDERICUM III. Sapientem, ut circa initium anni Christi milleſimi quingenteſimi de Academia quadam in his terris condenda deliberationem susciperet: quibus occasionib. hoc templum, Omnium sanctorum dictum, extruxerit, Academiamq; cum Ecclesia Collegiata hujus templi conjunxerit, ex historijs prolixius repetere supersedeo, cum illud à me & ab aliis sit factum alio tempore. Eam quarto Nonas Februarij anno supra sesquimilleſimum secundo *Raymundus* Cardinalis nomine Pontificis confirmavit, & cum in hiſce locis oleum olivarum non crescat, neq; sine magnis impensis ex remotiſſimis oris afferri possit, præterea cum oleum nucum & similium rerum raucedinem & alia corporis incommoda pariat, eodem anno docentibus & discentibus in hac Schola indulsit ad annos viginti, ut quadrageſimatibus, (cogor loqui cum Raymundo) & aliis diebus, quibus butyri, caſei & alio-

ANNO CHRISTI rum lacticiniorum esus esset prohibitus, duntaxat septimana, qua memoria passionis & mortis Christi in Ecclesia celebrari solet, exceptis butyro, caseo, & alijs lacticinijs absque conscientiæ scrupulo liberè vescerentur, non obstantibus decretis generalium vel particularium Synodorum. Cum igitur potestatem erigendi Academiam, pro temporum illorum ratione seu potius tyrannide, FRIDERICUS Tertius, Elector, à Papa, numeratis bis mille Ducatis Ungaricis impetrasset, & accederet Maximiliani primi, Romanorum Imperatoris laudatissimi approbatio, anno Christi 1502. ipso die sancti Lucæ, eam solenniter, ut antea ostendimus, introduxit, ac usque ad annum Christi 1508. certis statutorum formulis, uti opinor, gubernandam curavit. Illis statutis ordinis nostri homines, gratis & absque mercede, tantum beneficio Illustrissimorum Principum fundatorum promovebantur, ut loquuntur, donec anno supra sesquimillesimum octavo alia seu nova promulgarentur, in quib. promovendi ad certam pecuniæ summam, prout adhuc hodiè observamus, adiguntur. Consideratione verò & prædicatione æterna dignum est sapientissimi Principis & Electoris de Juris Juriconsultorum auctoritate & debitis honoribus judicium, quod in legibus seu statutis facultati Juriconsultorum anno Christi supra sesquimillesimum octavo propositis extat. Ibi enim scribit, sese, ut hoc Gymnasium (tunc ab
„ ipso recens apertum, ex omni parte absolutum, & Principatus
„ sui Oraculum meritò dici possit, in eo Juriconsultos quoque
„ instituere necessarium duxisse, utpote à quibus Responsa, vi-
„ tæq; consilia postularentur, quiq; sacratissimas leges profite-
„ rentur. Mox ibidem in legum digressus commendationem,
„ Leges enim, inquit, totæ sunt in æquitate & moderatione, totæ
„ in prudentia, totæ in philosophia & profundissima sapientia
„ constitutæ, totæ ad genus humanum regendum & defenden-
„ dum excogitatæ, totæ ad vitam benè, beateq; agendam inven-
„ tæ, sine quibus nullum imperium diturnum esse potest, pro-
„ pterea quòd armis Imperia comparentur, sed parta legibus
„ conserventur. Sicut igitur sine armis regna acquiri non pos-
„ sunt: ita nequeunt hæc eadem sine legib⁹ custodiri, propterea

quod

quod leges sunt muri & fundamenta Civitatum, in quibus bonos quàm tutissimè detinent, malos arcent, in quibus salus bonorum, consilia civitatis, & pacis præsidia continentur, quibus vita perinde servatur, sicuti corpus cibo sustentatur. Hisce de causis (inquit & pergit) usu se didicisse hujus Professores non tàm juris & justitiæ, quàm sapientiæ Consultos apud Principes in altissimo rerum dignitatumq; fastigio collocari, propterea, quod parum valeant arma foris, nisi consilium præcesserit domi, pectora siquidem sunt potiora manu, vigor animi in illis est, & Agamemnon decem Nestores maluit, quàm totidem sibi exoptare Ajaces. Hæc omnia Princeps Elector sapientissimus. ANNO CHRISTI

Quod igitur interpretandi & discendi juris rationibus optimè prospectum cuperet, & à Jove, quod dici solet, initium faciendum censeret: Ideò Juriconsultorum Facultati in Deum tutelarem delegit sanctum IVONEM. Hic natione fuit Britannus, & vixit sub Carolo Quarto, propter doctrinam & singularem eloquentiam, etiam mira pietate celeberrimus. Crantzius libro nono Metropoleos capite tricesimo quarto, eum angelica continentia præditum fuisse refert, & Romæ vitam suam à vino & esu carnium omninò conservasse intactam, corpus cilicio operuisse, jejuniis, vigiliis, & orationibus etiam Monachos longo post se intervallo reliquisse, nudam pro cubili terram luteam, Saxum pro cervicali, & Bibliorum Codicem pro pileo usurpasse, summq; quod habuerat, patrimonium ampliss imum in pauperum & orphanorum, & viduarum causas defendendas, insumsisse, unde Procuratorum Lucerna, & pauperum Advocatus cognominatus, indeq; sanctorum classibus importatus fuerit. Severè igitur præcepit FRIDERICUS III. ut nostra Facultas hujus Ivonis Juristarum Patroni festum quotannis decimo nono die mensis Maij in templo solenniter perageret, nimirum, ut Decanus invitaret Rectorem cum reliquis Professoribus ad missam super altari Ivonis celebrandam, ut tunc temporis nostri à Rectore proximum occuparent locum, ac, ut in alijs Facultatibus, primæ vesperæ haberentur, hoc est, solennitas talis cum organo & cantu instituerentur. Deinde quod illa tempestate præ reliquis florent & ab erudi-

ANNO CHRISTI

eruditis passim commendarentur studia Tubingensis Academiæ suam Scholam tùm Lipsiensis, tùm Tubingensis coloniam esse voluit, advocatis Tubinga duobus primis juris in hâc Academiâ Professoribus, *VVolffgango* Stálin Rotenburgensi ad Neccarum, Tubingæ promoto, juris utriusque Doctore & Ordinario, & *Ambrosio Vollando* de Gruningen primo in jure civili ordinario. Vollandus Tubinga secum adduxit comitem juris studiosum, Hieronymum Schurffium Helvetium, de quo postea. Ad istos duos anno millesimo quingentesimo tertio accessit tertius *Vincentius Ravennas* Italus, quem ante aliquot annos Bogislaus Pomeraniæ Dux, secum in has oras adduxerat. Sed cum Vollandus vix annum unum hoc in loco jura docuisset, moxque in patriam reversus Ducis VVirtenbergensis Cancellarium agere cœpisset, ideo *Hieronym. Schurffius* gradu Doctoris ornatus est, & Vollando in munere legendi succedit. Primos itaq; quatuor juris Professores habuit Academia, VVolffgangum Stálin / qui primus Collegij Decanus fuit, Ambrosium Vollandum, Vincentium Ravennatem, & Hieronymum Schurffium. His postea plures fuerunt adjuncti, & anno Domini supra sesquimillesimum octavo, quo nova Academiæ, & sua singulis Facultatibus statuta fuerunt à Friderico commendata, Facultatem juridicam repræsentarunt, ut loquuntur, VVolffgangus Stálin / J. U. D. & Ordinarius, Laurentius Schlammavv juris Canonici Doctor & Plebanus VVittenburgensis, Hieronymus Schurffius jurium Doctor, Legum Ordinarius, Christophorus Scheurlin Norinbergensis J. U. D. & novorum jurium Ordinarius. Paulò post circa finem anni supra sesquimillesimum octavi viris jam denominatis annumeratus est Johannes Maxenhöfer J. U. D. & hujus templi Præpositus, qui ob auctoritatem primum in facultate locum occupasse scribitur. Quo ipso anno, decimo sexto Novembris, Vicedecanus, Doctor Scheurlin Facultatis juridicæ nomine, Doctorum juris Canonici titulum & insignia contulit duobus doctissimis viris, Udalrico de Dönsteht, Pastori in Eusfeldt, hujus templi Canonico & Cantori, nec non Caspari Schicker, hujus templi Canonico & Syndico, idq; hoc

hoc ipso in loco, præsentiâ suâ hunc actum exornantibus illu- ANNO
strissimis Principibus, FRIDERICO tertio Electore, JO- CHRISTI
HANNE fratre, tuæ item, illustrissime AUGUSTE, celsitudinis abavo HENRICO Saxoniæ Ducibus, & PHILIPPO Principe Brunsuicense. Horum vestigiis insistens JOHANNES FRIDERICUS Septemvir decima octava Junij à nato Christo supra sesquimillesimum tricesimo tertio D. Crucigeri, D. Bugenhagij, & D. Æpini Disputationi pro gradu & actui promotionis interfuit. Ut autem actus hi nostri publici majori cum auctoritate instituerentur, & celebriores essent, maturè legibus suis FRIDERICUS jusserat, ut ad Baccalaureorum & Licentiatorum creandorum solennia à viris doctis & honestis præeuntibus Pedellis sceptiferis (quorum ea ætate quatuor, postea tres, hodie tantum duos alij Academia) ad aulam verò Doctoralem, ut loquuntur nostri annales, hoc est, ad actum Doctoratus, præequitantibus ijsdem Pedellis sceptiferis hospites invitarentur. Quantum autem creverit per DEI gratiam spacio annorum octo cum dimidio Facultas Juridica, hinc æstimare licet, quod anno supra sesquimillesimum undecimo Juridicum Collegium constituerint Doctores undecim, nimirum: Dn. Henningus Göden, Laurentius Schlammavv, VVolfgangus Stälin, Hieronymus Schurffius, Christophorus Scheurlin, Udalricus de Denstedt, Caspar Schicker, Paulus Penkovv, Wolfgangus Reissenpusch, Christianus Bajoarius, Cunradus Künig. Inter hos Collegas quàm sanctam fuerit societas & animorum conjunctio, expers Machiavellicæ & veteratoriæ, tunc prorsus ignotæ orbi Diabolicæ simulationis, quæ quid possit, nemo est, qui non intelligit, addo etiam cum pietate, quæ tamen tunc admodum erat corrupta, suo modo conjuncta (id quod capite nono legum mandaverat Friderictus, ut inprimis se mutuo amarent, nullus contra alium conspiraret, sed essent unum corpus, & una anima, unum velle & unum nolle) judicare difficile non est. Cum enim eodem anno in domo Decani *Christophori Scheurlin*, negotiorum Collegialium gratia congressi essent, inter sese convenerunt, ut bini & bini ex ordine Doctorum cæteros ad prandium & cœnam

ANNO CHRISTI

invitarent, & ut singulis diebus, quibus duratura erant illa sympoſia, manè pro ſalute ipſorum & ſtudiorum juridicorum miſſa celebraretur in ſano Beatæ virginis tunc ſito in vertice montis Wollerbergij, qui Apollinis nomine hodiè clarus eſt. Ad illud enim quod tum religio, dicam potius ſuperſtitio, jubebat, peregrini magno numero confluebant. Unde orta conſuetudo eſt, quod ab eo usq; die Scholæ noſtræ Studioſi montem illum Wollerbergium frequentius, quàm alios montes & campos vicinos animi cauſa inviſunt & perluſtrant.

Eodem anno & quidem die decima ſexta Septembris Reverendus pater, *Johannes de Staupitz* Vicarius & Provincialis Hieremitarum, Witebergæ in monaſterio à ſe conſtructo celebravit Synodum ſuorum fratrum, ubi accerſitis adhuc ad actum illum & congregatis in templo hoc Doctoribus viginti ſeptem, quatuor ſacræ Theologiæ Profeſſores publicè declaravit: quòd ſpectaculum Witenberga ubi tàm familiaris Doctorum gradus nondum erat, antea haud viderat, teſtibus annalibus noſtris. In hunc uſque annum & diem ab initio conditæ Academiæ Jureconſulti prælegerant in domo quadam prope cœmiterium Beatæ virginis ſeu templi parrochialis. Alium locum non habebant, niſi quod, cum deliberationes in facultate inſtituendæ eſſent, vel in domo Decani, vel in Beatæ virginis, vel in hujus templi ſacrario, vel in ædicula S. Antonij, convenirent. Cum verò anni ejusdem die viceſima ſeptima Septembris ad Academiam noſtram tanquam ad Mercaturam bonarum artium diſciplinarumq; ingenuarum profecti venirent illuſtres principes OTTO & ERNESTUS Luneburgenſes, ab avunculis ſuis Ducibus Saxoniæ FRIDERICO & JOHANNE ducaliter, ut noſtri annales loquuntur, educandi, juſſu Principum ipſa die noſtri in arce & quidem in ſuperiore aula legere, diſputare, deliberare, Baccalaureos renunciare cæperunt.

Nominant & celebrant ſtatutorum noſtrorum libri Theologiæ magiſtros, h.e. ut hodie loquimur, Doctores & Profeſſores, ſeu Lectores eodem anno, Martinum Mellerſtadium, artium & Medicinæ Doctorem, & ſacræ Theologiæ interpretem acutiſ-

acutissimum, Petrum Lupinum Magistrum Theologiæ, hujus templi custodem, & Andream Carolostadium Theologiæ Magistrum, & ejusdem Templi Archidiaconum absque dubio successorem Doctoris Jodoci Eisenachij sacræ Theologiæ Professores primi Archidiaconi Wittenbergensis, quod frequenter & crebrò interfuerint nostrorum disputationibus & actib. alijs etiam illis, cum vel in hoc templo, vel in templo parrochiali candidati juris, sequente magno Doctorum & Scholasticorum, quibus omnibus postea refectiones, ut loquimur, dabant. numero, Vicecancellario præsentarentur. Cum enim hoc sæpissimè indicato anno supra sesquimillesimum octavo Academiam Julius Secundus, Pontifex Romanus Privilegijs datis & per Staupitium Roma allatis confirmasset, illius Inspectorem seu Cancellarium Præceptorem domus Lichtenbergensis propè Brettinam ad Albim, non longè ab oppido Torga Sitæ, tunc temporis *Gasparinum de Orsoy*, constituerat, qui Pontificis nomine facultatem tribuendi & conferendi gradus Scholasticos concederet. Cancellarius Lichtenbergæ, ubi sedem suam, ut nominabantur, Domini seu fratres sancti Antonij habebant, impeditus, vices suas plerunque Mellerstadio vel cuidam alij committebat, ad quem Novi Candidati magna cum pompa deducebantur, eiq; pro admissione supplices fiebant. Hanc tamen præsentationem post. initium reformationis Divi LUTHERI anno supra sesquimillesimum vicesimo primo, sub Decanatu *D. Hieronymi Schurffij* sustulerunt, Vicecancellarij munere ad Decanum devoluto, ubi simul equitationem pro gradu Doctoreo cuivis liberam reliquerunt.

ANNO CHRISTI

Satis itaq; felicia fuerunt in hac nostra Academia Jurisprudentiæ exordia sub primis, quos hactenus investigavimus, Doctoribus, viris scilicet variarum rerum notitia & jurisprudentia usque excellentissimis. Ut enim brevitatis studio de alijs nihil dicam, nonne *Hieronymus Schurffius* & *Johannes Goden* præclaram famam, & solidæ in legibus scientiæ, accuratissimæq; legum interpretandarum facultatis existimationem apud exteros quoq; obtinuerunt? Edidit certè

ANNO CHRISTI

Schurffius consilia, in quorum centurijs magna spectatur varietas, utilis ad dijudicandas emptionum naturas, & ad discernendas emptiones ab usurarum pactionibus, ita ut nullius extare scripta magis perspicua de contractuum distinctionibus magnus ille Jurisconsultus & Practicus insignis *Michael Teuberus* censeret. Postquam autem sub tribus Electoribus FRIDERICO, JOHANNE & JOHANNE FRIDERICO annos quadraginta dnos hic feliciter leges explicasset, propter bellum discessit, ab inclyto Marchione in Academiam Francofurdjanam accersitus. Ibi annos septem etiam de jure benè merebatur, & cum Carolus Quintus ipsum collegis summi in Imperio Romano-Germanico judicij annumerare vellet, senectutis excusatione, quod annum ætatis septuagesimum attigisset, utens illum honorem infinitis cum molestiis & laboribus junctum accipere noluit. Henricus Göden præter librum ab ipso divulgatum de processu judiciario cõsilia conscripsit, quæ tandem JOANNIS FRIDERICI Electoris mandato in lucem prodierunt. Ad hunc delatas fuisse causas difficilimas ex tota Germania, percepimus, & de ipso Melchior Klingius testatur, quod ingenio, eruditione, & usu excelluerit, tum verò incorruptæ veritatis in jure amantissimus, maximèque à sophistica alienus fuerit & quod viderit, ut perfectus artifex veros controversiarum fontes, & ut veteres loquebantur, viderit ubi esset; nec à statu aberraverit, nec ex ineruditis opinionibus centenos congesserit, nec ut Semidocti umbras pro rebus ipsis, aut imaginationes à vulgo sumptas proposuerit, sed nervos Legum, & nativam sententiam juris summa dexteritate in pronunciando expresserit. Quæ (inquit Klingius) cum sit præcipua laus artificis, meritò HENNINGUM inter laudatissimos, & ingenio, doctrina, prudentia, dexteritate præstantissimos numeramus. Imò HENNIGUM tum temporis, Monarcham juris passim nominatum fuisse, Historiæ docent. Utquè suam in ipsum elementissimæ voluntatis affectionem modis omnibus faceret testatam FRIDERICUS, illum hujus templi Præpositum esse voluit, quemadmodum in primo consilio seipsum vocat Præpositum Wittenburgensem, & anno

supra

supra sesquimillesimum octavo in novarum Legum promulgatione cum aliis Generalem Academiæ Inspectorem & Reformatorem constituit. Nam quod sæpe novos casus in Academia emergere, qui novis indigerent deliberationibus, perspectum haberet Elector FRIDERICUS, ideo viros quosdam eximios, à quibus reliqui omnes dependerent, seligere & denominare perneccessarium duceret, initio jussit audire generales studij reformatores, Rectorem pro tempore, Henningum Göden Præpositum, Petrum Lupinum, Wolffgangum Stälin devotos Magistros nostros & Doctores. Verum sub JOANNE FRIDERICO paulatim dictorum Reformatorum status mutari & ampliſſima potestatis ipsorum pars ad Principem redire cœpit, reliquis inferioribus capitibus Rectoris & quatuor Seniorum collegio demandatis:
In quam sententiam JOANNIS FRIDERICI, MAURITII, AUGUSTI, CHRISTIANI primi Electorum, FRIDERICI WILHELMI sanctissimæ recordationis rescripta, constitutiones & diplomata plurima in medium proferri possent, si instituti mei ratio ferret.

ANNO CHRISTI

Hactenus breviter delineavi, quæ fuerint initia & incrementa studij juris in nostra Schola usque ad reformationem à beato LUTHERO susceptam. Hujus autem viri summi de nostra professione sententiam multis de causis obiter inferre, opere precium esse videtur. Cum enim doctrinæ cœlestis repurgationem adversarij, & in hac Ecclesia collegiata, & multo magis alibi prorsus spernerent & floccifacerent, adeò, ut Coloniæ supra sesquimillesimum vicesimo, ejus libros tanquam hæreticos & damnatos publicè exurerent: Ipse quoque convocata Scholasticorum multitudine, & comitantib⁹ multis viris doctis, decimo die Decembris anni ejusdem ante prandium hoc in loco extra portam Elistræ libros pontificij juris cum hac imprecatione combussit: *Quoniam sanctum Domini contristasti, contristet ac devoret te ignis æternus.* Non fecit illud in contumeliam aut Juriconsultorum, aut legum utilissimarum, quas Pontificium jus complectitur, quasque in Academijs jussu Principum utiliter conservant & explicant

ANNO CHRISTI Doctores, sed in ignominiam Papæ, & detestationem impiorum Decretorum, quæ bonis legibus admiscuerunt. In libro seu cohortatione ad parentes de introducendis liberis in Scholas, & quidem altera sermonis parte extat judicium ipsius sapientia plenum hisce verbis: Cum Germania nostra legibus scriptis in jure Cæsareo gubernetur, quæ nihil aliud sunt, nisi testimonium sapientiæ divinæ: Destructis in sanctionibus impossibile est, aliquam Rempublicam salvam consistere vel sartam tectam servari posse. Quis enim sustinet incolumitatem Imperij? Equi & currus, manuumq; & armorum validitas hæc non faciunt, sed ex sola prudentia, quæ ex libris scriptarum Legum comparatur, stat & cadit, ejus est consilium & æquitas, per ipsum reges regnant, & legum conditores justa decernunt: per eam Principes imperant, & potentes justitiam moderantur. Item: Quantumvis magnam laudem meretur in Principe, & Consiliarijs, naturali judicio rationis & prudentiæ præditum esse, & quasi memoriter legum scriptarum vim tenere, sicut secundum ipsum Elector Saxoniæ Fridericus, & eques auratus Fabianus à Feilitsch in hoc genere fuerunt excellentes: tamen quia talis judicij rara avis in terra, nigroq; simillima cygno est, & imitatio periculo non caret, his ac aliis de causis præstat jus commune scriptum sequi. Item: Hinc accidit, ut quemadmodum piis Theologis in regno Christi, appellatio Angelorum, Prophetarum, Sacerdotum, ministrorum & Doctorum tribuitur: ita pii Principes, Jureconsulti, Cancellarij, Secretarij, Scribæ, judices & Assessores, Advocati item & Notarij, qui vel ipsi gubernant Respublicas, vel alijs moderatoribus operam suam præstant, ut secundum leges scriptas gubernentur subditi, meritò & Doctores, & Sacerdotes & antistites justitiæ & ministri, rerumq; publicarum tutores & conservatores appellari possint. Hæc omnia graviter Doctor LUTHERUS: quæ etiam iniquissimis calumniatoribus os sufficientissimè obturare queunt.

Sed ad nostros revertar, & ne diutius vestra in auscultando abuti velle videar patientiâ, orationis vela contraham, brevius demonstraturus, quantum etiam post initia Reformationis

tionis Lutheri sub reliquis Electoribus Saxoniæ laudatissimis Scholæ juridicæ exercitia floruerint. ANNO CHRISTI

FRIDERICUS Tertius de uberiore juridicæ praxeos materia docentibus & discentibus prospecturus, curiæ provincialis judicium Witebergam transferebat, Professoribus juris in Assessorum numerum cooptatis, potestate item auscultandi sententiarum dictarum publicationem discentibus permissa.

Successor FRIDERICI. JOHANNES ELECTOR, constans nominatus, non tantum huic fratris sui voluntati subscripsit, sed anno Christi supra sesquimillesimum vicesimo nono die Martis post Luciæ, accedente consilio & comprobatione omnium totius Electoratus Saxonici ordinum, huic provinciali judicio Johannem Metzsch præsidem dedit, eiq; undecim Assessores adjunxit, Gregorium Brück, Christoph. Gross, Benedictum Pauli, Fridericum Brandt, Johannem Appel, Matthæum Löser, D. Casparum à Teutleben, Johannem à Kanitz, Ertmannum Preuss, Bernhardum ab Hirschfeldt, & Guntherum à Drossel, & ut & ipse Doctores & Licentiatos magis magisq; acueret, eidem Scabinatum addidit & conjunxit, simulq; sanxit, ut non tantum in curia, quod singulis annis quater contingit, cum Equitibus auratis, sed etiam in Scabinatu in quibusvis causis controversis sive civilibus, sive criminalibus. ad requisitionem tùm judicum ordinariorum aut delegatorum, tùm litigantium, aut aliorum quorumvis de jure responderent.

Sicut autem FRIDERICUS, Itemq; JOANNES suas partes strenuè fecerunt: Ita quoq; illos secutus est JOANNES FRIDERICUS Elector, Magnanimus. ideò dictus fundator hujus Academiæ, quia anno supra sesquimillesimum tricesimo sexto die Maij septima, quæ in Dominicam Jubilate incidebat, in hac arce, in conclavi holosericis exornato. in præsentia plurimorum procerum, hoc templum & omnes pagos, quos ex RUDOLPHI Anhaltini Electoris quondam Saxoniæ munificentia Sacellum, quod arci contiguum fuit, posteaq; capitulum Canonicorum hujus templi sibi vendicabat, Academiæ donavit & concessit, ac abrogato Canonicorum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0251-9 DFG

ANNO CHRISTI

rum & similium titulis certum Professorum numerum constituit, Senatui Academico, vacante professione per mortem aut resignationem, idoneos successores Principi denominandos potestatem fecit, Fisco promotionum per FRIDERICUM instituto Fiscum Fundationis addidit, & ut nihil omitteret, quod ad Academiæ dignitatem augendam pertinere videbatur, clementissime Rectori & Senatui Academico etiam jurisdictionem, super omnia bona subditorum tàm in pagis quàm in oppido concessit, & Professores aliosq; actu studentes ab oneribus plerisq; maximè personalibus immunes esse voluit. Is ergò inquam ἀσύμβολος esse noluit, sed ut ipsius quoq; in juris studium illustrandum merita extarent, non tantum Scabinatum cum Academia conjunxit, sed Witebergæ Consistorij Ecclesiastici sedem esse, & præter Theologos ex duobus Jureconsultis Professoribus publicis constare voluit, quibus juris Canonici & civilis præcipuas materias tractandi & exercendi occasiones plenis velis afferentur.

Huic utilissimæ sanctioni MAURITIUS ille animo suscipiendi res arduas & perficiendi constantia nulli majorum suorum inferior, de Christi Ecclesia tota propter Passavience fœdus & pacem Religionis impetratam omnium maximè meritus, nostri seculi Alexander Magnus, non tantum calculum dedit, sed insuper Assessoribus Consistorij ad industriam & diligentiam suscitandam honesta destinavit stipendia. Itaq; sub JOHANNE FRIDERICO præter Hieronymum Schurffium hoc in loco gratissima mellificia exercebant D. Caspar de Teutleben, ordinis equestris, D. Benedictus Pauli, D. Caspar Lindemannus, D. Sebastianus Munsterer, D. Chilianus Goltstein, D. Melchior Klingius ex monumentis posteritati relictis bene notus, L. Conradus Mauser, cujus de processu juris, de exceptionibus & de nuptiis Prostant commentationes. Accesserunt sub eodem D. Bleikardus, D. Laurentius Zochius magni illius Schurffij gener, & D. Hudalricus Mordeisen, sed sub MAURITIO Electore Tuæ celsitudinis Illustrissime Princeps AUGUSTE patruo magno D. Laurentius Lindeman, D. Joannes Trautenbul, & D. Joannes Sneidewin.

vvin. Possem autem longas contexere præconiorum telas, quanta sint beneficia, quæ singuli docendo, scribendo, gubernando patriæ, juri, & imperio contulerunt. Illum prorsus silentio præterire nequeo, qui exteris quoque notus est, Joannem Sneidevvinum. Is Schurffij, Chiliani Goldstenij & Melchioris Klingij præceptorum secutus vestigia quam plurimum sibi totam devinxit posteritatem, relicto post se commentario super Institutiones, aliorum in hoc genere labores superante, adeò ut à magno Wesembecio dignus judicaretur, cui de suo quædam adjiceret, ut locupletior & usui aptior redderetur. Ac quantum isti tribuere debeant legum studiosi, vel ex hisce perspicuum evadere potest. In ferendis sententijs penè superstitiosam dicitur Sneidevvinus ad hibuisse circumspectionem, ut ne quid de re nondum satis explorata proferret impræmeditatum, cujus eum tandem pœnitere potuisset, itaq; cum de capite, cum de fortunis statuendum fuit, sæpius perlectis rerum gestarum commentarijs, & rationum momentis accuratius pensitatis Deum orabat, ne inter legendum otioso esset animo, aut rerum alienarum curis occupato, sed tantum in hanc præsentem causam intento atque uni solum negotio vacante. In negotiis verò principum & Rerumpublicarum ita versatum fuisse, ex aliis cognovimus, ut semper repeteret illud, Nec spe nec metu.

ANNO CHRISTI

Porro sub AUGUSTO Electore Saxoniæ Augustissimo, Tuæ celsitudinis, Princeps AUGUSTE, avo perpetua memoria dignissimo, nisi quis non Academiam modo totam, sed inprimis etiam facultatem juridicam nostram ad ἀκμὴν suam quandam pervenisse dixerit, is parum videre videri potest. In confesso enim est, ipsum omnes antecessorum suorum ordinationes, donationes, Academiæ concessas immunitates, libertates, jurisdictionem, omnia jura & privilegia auxisse, & aliquoties gravissimè confirmasse, stipendiariorum numerum extendisse, eisq; ampliores idcircò census consecrasse, & ut precum & studiorum exercitia conjungere possent, destinasse eis ædes magnis sumptibus ab hæredibus beati LUTHERI emtas, quas Cœnobium Augustinianorum vo-

ANNO CHRISTI

cant illisq; vicinas alias illustres addidisse, & extruxisse, quas Collegium Augusti dicere consueverunt. Ipsius munificentiæ acceptum ferendum esse nostis omnes, quod his mille modii Witebergensis frumenti puri quotannis in mensæ communis, ut vocant, alumnos sustendandos ex electorali frumentario erogantur, quodque aliis pauperibus hebdomatim panes aliis alia stipendia annuatim distribuuntur, & quod multis decumbentibus in Nosocomiis necessaria alimenta & medicamenta subministrantur, quod denique quibusdam ordinationem Theologicam petentibus & ex diffitis locis advenientibus eleëmosinæ similes communicari possint. Toti quoque orbi Christiano notum est, quantis molestiis & difficultatibus, hanc Academiam quorundam curiosorum, sub nomine cùm LUTHERI, quem Dominum, patrem & syncerioris religionis restauratorem nominabant, tùm PHILIPPI erroneis opinionibus, quas Ecclesiæ inferioris Saxoniæ in sua confessione anno 71. patefaciebant & solidè cum gravitate & molestia ex fontibus sacræ scripturæ, patribus & scriptis LUTHERI & PHILIPPI publicis refutabant, infectam, ad pristinam doctrinæ normam reformaverit, & ab omnibus hæresibus cum Augustana confessione pugnantibus repurgaverit, simul qui consilio & auctoritate reliquorum statuum Imperij Augustanæ confessioni addictorum concordiam, in Ecclesia constituerit, cujus beneficij nullam unquam posteritatem capiet oblivio.

Quod autem in Jureconsultis & legibus juvandis nihil vel industriæ vel operæ, vel affectionis clementis prætermiserit, ex varijs indicijs colligere nemini non promptissimum est. Anno supra sesquimillesimum sexagesimo nono in exordio Legum ab ejus celsitudine confirmatarum scribit, quod jurisprudentia ad salutarem Rerumpub. gubernationem non minus, quàm vel ad propellendos arcendosq; hostes rei militaris scientia, vel ad corporis sustentationem cibi usus, necessaria sit: & quod non solum tot viros juris doctrina claros, quot Agamemnon Nestores, aut Darius Rex Persicus fideles Zopyros optabat, sibi addictos esse cupiat, verum etiam longè majori

jori prudentum doctorumq; hominum numero, quorum opera & consiliis in gravium negotiorum tractatione uti possit, se stipatum ac munitum esse posse, vota ad Deum faciat. ANNO CHRISTI

Non aliud fuisse votum CHRISTIANI primi Electoris Tuæ celsit. Princeps AUGUSTE, parentis Christianissimi & dilectissimi sanctissimæ & beatissimæ recordationis, publicè innotuit. Nihil enim prius, nihilq; antiquius sibi esse ducebat, quàm ut in hac Schola & in curiæ, Scabinatus, consistoriiq; collegijs sacratissimarum Legum ratio haberetur maxima, simulq; ex æquo & subditis & exteris petentibus jus diceretur, & justitia administraretur. Quã ad rem exemplo patris AUGUSTI, ex omnibus ditionibus suis viros inquirebat, & exoptabat graves, cordatos, prudentes & exercitatos: quibus etiam pro divina sua sapientia statuta præscribebat sententiarum & judiciorum quàm dexterrimè & expeditissimè ferendorum. Dicasterij nostri ut & Lipsensis, Assessoribus Elector AUGUSTUS quæstionum gravium & in jure omnium maximè controversarum, de quibus inter ipsos non satis conveniebat decisiones multas diu à viris multa doctrina, & plurimo rerum usu præditis, qui omnes, præter *Abrahamum Bockium* Illustrissimi nostri Electoris Consiliarium intimum, amicum & fautorem nostrum singularem, inter homines esse desierunt. Misenæ deliberatas & scripto publico comprehensas præscripserat, ita, ut expediendi negotia etiam summa ipsis esset non difficiles. Ipsi verò Assessores & Doctores non habebant leges & regulas, quibus in congressibus instituendis, in forma suffragiorum & aliis uterentur. Illo AUGUSTI instituto, nihil quidem sapientius, & ob id ab omnibus summoperè commendatur, nec unquam in oblivionem veniet. Sed cum sine legibus nec domus ulla, nec civitas, nec genus, nec humanum genus universum stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus possit, perneccessarium erat, ut dictis legibus & regulis Collegium nostrum administraretur. Anno igitur supra sesquimillesimum & octuagesimum octavo effecit CHRISTIANUS, ut jus secundum leges diceretur. Certum enim determinavit respondentium de jure numerum, eosq; juramento peculiari

ANNO CHRISTI

culiati voluit constringi, horas congressuum designavit, ne vel peregrini cum damno diutius eorum sententias expectare cogerentur, ne item operæ prælectionum impedirentur. Imo cùm à condita Academia dicasterij locus certus nostris nondum fuisset datus, hac quoque in parte munifici principis officio fungi, voluit, & ut ipsius celsitudini locus, quem exornaret, indicaretur, serio mandavit. Sed præmatura morte præventus in eo impeditus est. Ob quam causam FRIDERICUS WILHELMUS dux laudatissimus sub administratione sua hòc in effectum deduxit, qui etiam potestatem pronunciandi in capitalibus negotiis antea nonnihil constrictam nostris restituit. Prædicabunt certè posteri & quidem ipsi artifices inter alias hanc quoque sanctionem, qua jubebat, neminem in una eademq; causa simul judicandi & consultandi partes in se suscipere debere, sed si sententia dicenda esset in causa, in quâ quis consilium uni ex litigatoribus suggessit, ut à judicando abstineret, & reliquis collegis libera vota relinqueret: Item in respondendo de jure nunquam solummodò opinionum præsertim promiscuarum auctoritatem esse sequendam, sed ut quilibet ex conscientia, summo artifice dignam, & vere cum lapide Lydio conferendam, Deum omnipotentem timente, diceret sententiam, quam rationibus optimis ex lege Dei, & doctrina de moribus desumptis & ex textibus positivi juris expressis vel ex auctoritatibus Doctorum probatissimorum luculenter confirmare & stabilire posset. Quid gravius à principe decerni potuisset? Primò ne quis in una eademq; causa consultoris & judicis munere fungatur. Hoc enim qui facit, bonam conscientiam & famam antefert turpi & impio quæstui, & eam ob causam nostri, cum pœna infamiæ, privationis beneficiorum & amissionis dignitatis puniendum esse, scribunt. Deinde rationum momenta in judiciis esse inquirenda, & ex Legum præscripto sententias concipiendas: Demum his deficientibus, Doctorum auctoritates in consilium adhibendas & eam opinionem, quam hominum peritorum & graviorum usus approbavit, retinendam. Hinc gravissimè Cicero inquit lib. 1. de natura Deorum: Non tàm auctoritas in disputando,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0256-7 DFG

tando, quàm rationum momenta quærenda sunt. Etenim hæc sua vi & natura plus artis & ponderis ad arguendum habent, quàm argumentum, quod Græci ἄτεχνον appellant, quodq; ex alicujus personæ humanæ affirmatione aut negatione rem propositam arguit & ostendit,

ANNO CHRISTI

Sub his igitus principibus laudatissimis juridicæ facultati in hac Academia operam̄ docendo & scribendo navarunt egregiam præter quosdam antea nominatos nempe, D. Laurentium Lindeman, & D. Johannem Snedevin, *D. Joachimus à Beust, D. Michael Teuberus, D. Christophorus Arnd*, magnum item illud juris Oraculum & principum & rerumpubl. quasi commune quoddam δικαστήριον & Consistorium, *D. Matthæus* inquam *Wesenbecius*, ingenij acumine & monumentorum celeberrimorū fama ad veterum laudatissimorum Jurisconsultorum laudem quàm proximè accedens, nec non alij, partim in militiâ sua in his terris defuncti, partim adhuc in terra viventium JUSTITIAM egregiè exornantes, de quorum doctrina & meritis tùm angustia temporis tùm superstitum ipsorum modestia, me dicere non patitur, & idoneos virtutum præcones absque dubio apud posteros nostros sine affectibus judicaturos ipsi reperient. Illud etiam gratæ mentis pietas me silentio præterire prohibet, quod ad AUGUSTI Electoris clementissimam erga Doctores nostros voluntatem indicandam pertinet. Ut enim interpretationi & explicationi Legum, atque adeò præparationi & informationi juventutis ad Rempub. felicius gubernandam Doctores magis assiduè incumberent, neque peregrinationibus, praxeos causa institutis, ab ordinariis operis avocarentur, anno Christi supra sesquimillesimum sexagesimo quinto in annuorum stipendiorum argumentum una vice sexcentes florenos consecravit, adjecisset ἐπιβάλλον suum μέρος CHRISTIANUS primus Elector in his, si fata vitam prolixiorem concessissent. Exemplo enim majorum omni virtute excellentissimorum unicè hoc agebat, ut jus doceretur à doctis & peritis, ut Jureconsulti non in theoria hærerent, sed ad praxin assurgerent, inq; ea excellere conarentur, ut deniq; in Academiis reperirer, quos

 tanquam

ANNO CHRISTI tanquam exercitatos & peritos ad gubernationem aulæ more majorum suorum vocare & in consilium adhibere posset. Video vos (quoniam vobis jam loqui non licet) tacitè rogare. An CHRISTIANUS pater Tuæ Cels: Princeps AUGUSTE, solus extiterit, qui reverâ Academiam muneratus non est? Non dubito plurimos esse, qui hoc affirmare audent vel cogitant. Verum qui ita statuunt, qui ita cogitant, à veritate sunt alieniſſimi, CHRISTIANUS Elector verè Christianus suam erga hanc Academiam Clementissimæ voluntatis affectionem abundè declaravit. Vobis enim, patres conscripti, notum & exploratum est, quem cumulum adjecerit stipendiis Theologicis. Medicis & Philosophicis, quibus olim alebantur vestri antecessores. Nonnè utramq; domum, tùm quæ Augustinianorum cœnobium, tùm quæ Augusti collegium vocatur, & vix duodecies millibus aureorum partim coemta: Partim extructa ab Augusto fuit, Academiæ donavit. Nonnè mille florenos deputavit in usum Oeconomiæ, ut paratam pecuniam Oeconomus pro grandi boum summa, cum bona ferret occasio, aut pro aliis necessarijs quosvis tempore numerare posset? Certè ita est, & nisi dictum cumulum adjecisset & hoc beneficium Oeconomiæ contulisset clementissimus Elector, credite mihi, multoties hac in parte quidam professores, quibus tenuiores opes sunt, & pauperes Scholastici multas & magnas difficultates experirentur, propterea, quod annuatim carnium, lignarum, leguminum & aliarum rerum necessariarum precium crescat. Quod autem adhuc longè ampliorem pecuniæ vim in Academiæ nostræ magis exornandæ usus assignare voluerit multorum testimoniis confirmatur. Sed quod ipse morte inopinata præventus expedire non potuit, hoc tota Academia à clementissimo nostro Electore CHRISTIANO II. expectabit, qui hac in parte jam modò suum ita facere cœpit officium, ut omnes etiam nunc à DEO vitam, valetudinem gubernationemq; prosperrimam ipsi toto pectore precentur, & olim heroicas ipsius virtutes maximis laudibus sint persecuturi.

Habes, Concio inclyta, historiam de initio & incrementis

mentis studiorum juris in hac Academia sub Electoribus Saxoniæ sex Illustrissimis: & de eorum beneficiis, cùm in facultatem juridicam, tùm in totam Academiam collatis, brevem & simplicem: & ex nostrorum publicè prostantibus opusculis & ex manuscriptis adhuc reliquis bona fide collectam. ANNO CHRISTI

Historicorum & politicorum edocemur regulis, Respublicas vel decrevisse vel prorsus corruisse, quoties sapientibus & fortibus regibus degeneres & ignavi successerint. Quantum enim sub Romulo nihil nisi bella spirante, politia Romana creverat, tantum sub successore Numa Pompilio de bellicis exercitiis quàm plurima remittente, decrevit, donec Tullius Hostilius, Romulo in severitate & virtute bellica similimus, effæminatos sub Numa factos cives, exuscitavit. Atq; nisi post expulsos reges ignavos & luxuriosos subinde & semper virtute, fortitudineq; præstantes consules electi prodiissent, vel ipsa urbs vicinis regionibus præda facilimè fieri potuisset. Vice versa cum duorum excellentium regum in Græcia Philippi & Alexandri Magni continuata successio multum emolumenti ad efficiendam Græcorum Monarchiam attulerit, utiq; etiam tot prudentum consulum Romanorum perpetuata Electio Romanæ Monarchiæ constituendæ unicè profuit. Eadem ratione cum altius rem perpenderimus, quàm egregijs successibus hoc primo centenario in hac Schola Imperatorum & aliæ leges explicatæ & illustratæ fuerint, non in infima parte, post DEUM felicitatis istius suæ, ponendum nobis esse apparebit illud, quod continuatam habuerit Electorum sex, non fucata pietate, heroica prudentia, studio juvandi politias divino, mutuò certantium successionem & pattocinium.

Propter hospitalitatem, quam olim Ægyptij præstiterunt Israelitis, tertiam progeniem ab Ægyptiis descendentem in civitatem recipi posse DEUS per propheram Mosen affirmat, cum Moabitarum & Ammonitarum hospitij jus denegantium, ne decima quidem progenies suscipi posset. Eodem pacto pro maximis meritis, quibus hoc centenario sex illustrissimi ELECTORES SAXONIÆ & FRIDERICUS

ANNO CHRISTI

CUS WILHELMUS tutorio & administratorio nomine Religionem, Jura & Musas sibi obstrinxerunt, & ipsi in Domum Domini seu ad veram Dei agnitionem pervenerunt, posteri quoque ipsorum in æterna tabernacula recipientur, largissimisq; benedictionibus cumulabuntur.

Omnium poëtarum princeps Homerus singulis benefactoribus suis in carmine gratias retulit memorabiles. Mentem Leucadium mercatorem, cujus liberalitate peregrinationem confecerat, in odyssea regem Taphiorum, teste patre Historiæ, introducit. Mentora Ithacensem hospitem aliquando suum cum Ithacæ ex oculis laboraret, finxit socium Ulyssis, cujus tanquam viri æquissimi Ulysses Trojam navigans, familiam, domumq; totam commiserit. Phæmium præceptorem & nutricium suum in odyssea facit Musicum & Poëtam præstantissimum, qui Penelopes castum animum versibus sanctis & castis in officio contineat. Tychium coriarium, hospitem suum ad novum nurum in Iliade Ajacis scutum ex corio confecere scribit. Si licet hæc minima & ex parte fictitia cum maximis nostris comparare, utiq; quemadmodum hactenus innumeri pietate & doctrina excellentes per totam Germaniam viri facere non potuerunt, quin singulorum Electorum singulas res, in Ecclesia & politia præclare gestas variis modis decantarint: Ita deinceps quoque apud totam & gratam posteritatem nunquam deerunt, quibus non tàm cara salus sua erit, quàm pietas & studium in simili gratia referenda jucundissimum & promptissimum, sicq; ô domus Saxonica & sedes Electoralis DEO & Musis gratissima tùm in hac, tùm in altera illa æterna vita semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt. Ego quoq; hoc die, omnium illorum, ad quos hoc centenario fructus aliquis quavis ratione ex legum nostrarum auditorio Witebergensi pervenit, nomine, VOBIS, Illustrissimi & in Christo beatissimi Electores Saxoniæ, FRIDERICE, JOANNES, JOANNES FRIDERICE, MAURICI, AUGUSTE, CHRISTIANE nec non FRIDERICE WILHELME proelector, gratias nunc habeo quantas cogitatione assequi possum, (verba enim satis idonea pro gratiis agendis reperire nequeo)

nequeo) æternas & immensas, Deumq; ex intimis cordis mei penetralibus invoco ut tantam munificentiam, quemadmodum eam vobis, qui jam in beatissima requie estis constituti, Deumq; à facie ad faciem videtis in gaudio inexplicabili, & posteris vestris Illustrissimis in hac & altera vita benignissimè recompenset.

Cum vero, Dei beneficio centenarium Schola nostra ingrediatur alterum, ut DEUS ipsi hunc quàm optimè vertat, & ut idem nobis, qui auctoritate publica jus profitemur, & de eo respondemus, & successoribus nostris, quàm fortunatissimus eveniat, omninò precibus serijs Deum implorare decet.

Eveniet autem & nobis, & successoribus nostris, si nimirum, nos illos præeuntes & illi nos sequentes juxta Electoris AUGUSTI sanctionem mutua benevolentia & fide complexi fuerimus, si communi consensu in docendo, interpretandoq; jure, ferendis sententijs, & conscribendis consiliis æqualem assiduitatem & diligentiam præstiterimus, dignam viris doctis & intelligentibus, si alter alterius admonitionem patienter & sine offensione acceperit si nemo se quæsiverit extra, ut Persius ait, si nullus contrà alium conspiraverit, seu, ut cum Cicerone loquar, nullus in alios periculum intenderit. Hæc quæ posteriore loco posui, discordiam pariunt, quæ homines dementat, & ex una civitate duas facit: Illa concordiam inter pares conservant. Simus ergò pares, & ob hoc concordes vivamus.

— — — *Nam nos*

Et decor & cantus & amor sociavit & ætas.

Sic liber ad exemplum Titi Calphurnii poëtæ ad concordiam servandam me ipsum & collegas, quos charos habeo, adeoq; omnes, qui hoc altero centenario juridici collegij futuri sunt membra, exhortari.

Te igitur, æternæ pater Domini nostri JESU CHRISTI, cum coæterno Filio tuo, Domino nostro JESU CHRISTO, redituro cum inenarrabili Angelorum sanctorum, thronorum, dominationum, & potestatum multitudine, & gloria ad judicandum vivos & mortuos, Spiritus & homines, & cum

ANNO CHRISTI coæterno Spiritu sancto intimis suspiriis supplex oro, ut hoc sequenti centenario, in hac vespera mundi, tibi semper inter nos colligas ecclesiam in his regionibus, conserves studia literarum, nec unquam sinas extingui artes ecclesiæ & communi vitæ utiles ac necessarias, reprimas immanes furores Diabolorum, tyrannorum & hæreticorum, imprimis verò pontificis Romani, & aliorum seditiosorum, quos non ad pacem colendam & fovendam, sed ad sanguinem nostrum fundendum & ad turbandum Imperium Spiritus mendacij & homicidij compellit, Ipse sis custos Legum, judiciorum & civilis societatis, adeoq; pacis religiosæ, qua hactenus cum bona gratia invictissimorum & pientissimorum Imperatorum & Ordinum Imperij quietè & tranquillè usi fruiti sumus. Depugnes pro Invictissimo & Serenissimo Principe ac Domino, Domino RUDOLPHO jam Clavum Imperij tenente & Rempublicam laudabiliter & moderatè gubernante, Principe & Domino nostro clementissimo adversus crudelem superbumq; adversarium & totius orbis Christiani hostem acerrimum Turcam, & Hungariam, & consequenter Germaniam, dilectissimam nostram Patriam ex totius belli ore & faucibus eripias & conserves, protegas Illustrissimam Saxonicorum Principum stirpem, tribuas ipsis gubernationem tranquillam, ac salutarem, concedas pacem necessariam culturæ ac propagationi doctrinæ, & disciplinæ, nec avertas unquam à nobis faciem tuam induas inimicos nostros confusione, confundantur & convertantur retrorsum, qui volunt mala nobis, & quoniam elegisti hanc urbem, sit hic requies tua in seculum seculi, ut hic semper sint, qui te Dominum laudent in sanctis tuis, in virtutibus tuis, secundum multitudinem magnitudinis tuæ, secundum magnitudinem misericordiæ tuæ, & in hac & in altera vita in omnia secula seculorum.

D I X I.

DEI GRATIA

AUGUSTUS DUX SAXONIÆ,

ANNO CHRISTI

LANDGRAVIUS THURINGIÆ, MARCHIO MISNIÆ, &c. RECTOR ACADEMIÆ WITEBERGENSIS, Universis ejusdem Academiæ Civibus clementiam & favorem.

QUandoquidem Illustrissimo Principi & Electori CHRISTIANO *II. Fratri nostro dilectissimo, ita ab initio placuit, ut quia festivitas Academiæ secularis & Jubilæa, uno & principali illo die Lucæ, qui Natalis erat huic Scholæ, pro dignitate celebrari non potuit, alij etiam extraordinarij dies assimerentur: Nostræ pietatis in* DEUM, *& observantiæ in summum Magistratum esse duximus, negotium, ut aut cœptum & bonam partem hactenus actum est, porrò, quod in Nobis erit, peragere. Cùm igitur diebus proximè elapsis, quod scitis, Collegium Juridicæ Facultatis partes suas habuerit: reliquum est, ut de sententiâ Academici Senatûs, suas etiam habeat Medicorum Collegium. Eiq; rei diem crastinum solennem haberi voluimus quod & nunc omnibus, qui in hac Reipub. literariâ sub nostro Magistratu vivitis, publicè significamus: & mandamus, ut ad horam VIII. in templo Arcis frequentes compareatis. Præterquam enim, quòd* DEO *& vestræ ipsius saluti hanc pietatis operam debetis, nemini vestrûm debet esse dubium, quin ea sit auditurus, quorum memoria jucunda pariter & utilis sit futura. Partes enim Oratoris habebit Nobis singulariter dilectus,* ANDREAS SCHATO, *Doctor & Medicæ facultatis Senior, quoq; nemo eorum, qui hodie hic vivunt, diutiùs in ordine & dignitate Professoriâ vixit dominq;. Neq; quicquam otiosum videri potest spectaculum, quòd tertiâ vice solennitatem istam publicè instauramus, qui*

ANNO CHRISTI

rationes nostras, quas aliquoties audivistis, pio candidoq; animo secum expenderit. Non ignoratis, quid error gentilium Romanorum olim in secularibus ejusmodi fecerit: quod tamen subistâ pietatis opinione, mera fuit impietas. Primò quidem die (ut harum rerum scriptores memoriæ prodidêre,) Quindecim viri Capitolium manè ascendebant: ibiq; sacra de more faciebant. Tum in theatris conveniebant ad Ludos, in honorem Apollinis & Dianæ faciendos. Altero die nobiles matronæ conveniebant in Capitolium: supplicabant DEO: *frequentabant lectisternia: canebant hymnos. Tertio denique die, in templo Apollinis Palatini, ter noveni pueri prætextati, totidemq; puellæ, patrimi omnes & matrimi, Græcâ Romanâq; voce Carmina & Pæanas concinebant: quibus & Imperium & incolumitatem populi diis commendabant: aliaq; magnificè fiebant: quæ vobis & nota, & ab aliis per hoc tempus exprofesso tractata sunt. Si igitur illi, qui extra civitatis Christianæ quasi pomerium fuêre, de astris suis tanto studio & magnificentiâ honorem toties instaurarunt, progq; beneficiis in Rempub. Romanam per seculum decursum (ut ipsi quidem opinabantur) præstitis, solenniter gratias egerunt: quis nobis vitio vertet, si vero & vivo & omnipotenti* DEO, *pro immenso illo beneficiorum cumulo, quo per hoc centum annos Scholam nostram revera exaggeravit, non uno, sed altero, seu & tertio die in publicâ concione, devotâ pietate & Christianâ hilaritate solenniter gratias agamus? Quin agamus, optimi & pientissimi cives. Vos modò ad tempus præstitutum, locoq; dicto, eâ frequentiâ, quâ huc usq; solebatis, convenite. P. P.*

Die XIV. Novembris, Anno Christiano
M. DC. II.

ORA-

ORATIO

ANNO CHRISTI

SECULARIS

In Academia VVitebergensi, Collegij Medici nomine habita

Ab

ANDREA SCHATONE, Artis Medicæ D. & Professore publ.

Anno Christi 1602. Mensis Novemb. die XV.

NEminem vestrum, Illustrissime Princeps, Dux AUGUSTE, RECTOR Magnificentissime, Domine Clementiss. Magnifice Domine PRORECTOR: Generosi Domini Barones: Viri Nobilissimi, Reverendi, Consultissimi, Clarissimi, Prudentissimi: Tuq; ornatissima Studiosorum corona: Neminem inquam, vestrum esse arbitror, qui ignoret, quæ superioribus diebus, solennibus quasi sacris, in templis & Scholis apud nos acta sint, publica eorum, qui præsunt voce, omniumq; ordinum lætitia & congratulatione. Cùm enim Dei clementissimi benignitate, una jam ἑκατονταετηρὶς, sive centum annorum periodus una completa sit, à quo tempore Academia hæc optimis auspicijs condita & inaugurata fuit, ab Illustrissimo Principe Electore, Duce Saxoniæ, Friderico III. qui ob singularem virtutem, autoritatem & prudentiam, Sapientis nomen meruit? nostri nimirum muneris est, quemq; suo loco, & quantum cujusq; fert facultas, tam illustre, tamq; immensum Dei beneficium, per Heroas Illustrissimos nobis præstitum, grato animo agnoscere, & voce pia extollere ac prædicare. Solita fuit antiquitas, veri illa quidem Dei ignara, à religiosa tamen pietate non abhorrens, eorum memoriam præclaris monumentis institutisq;, ad omnem posteritatem commendare, à quib⁹, divina & immortalia beneficia accepisset. Unde ludorum panegyricorum, & dierum festorum origo extitit, apud Græcos & Latinos: qui magnifico quodam apparatu, summam speciem & dignitatẽ habente, celebrabantur, eo

ANNO CHRISTI

fine & consilio, de quo diximus. Quantò magis nos, qui Christiani sumus, & qui, revelante Filio DEI, sapientiam didicimus, absconditam à seculis, id operam dare decet, ne ullo unquam tempore, oblivio nos capiat eorum, quæ commemoratione sempiterna digna. DEUS nobis singulariter præstitit præ alijs: neve eorum, per quos illa præstitit, nomen ex hominum memoria deleatur.

Erat seculo illo, quod hoc nostrum proximè antecessit, & pluribus retrò alijs, doctrina religionis Christianæ, densissimis errorum ac superstitionum tenebris involutæ: & mentes hominum miseræ, crudeli servitutis jugo pressæ, vagabantur, sine certa consolatione, sine fide, sine spe: in templis deniq;, omnia ad turpem quæstum comparata erant, ita, ut auro nihil non venale esset, etiam cœlum ipsum, & quæ in cœlo tandem à beatis possidentur, bona universa. Tam ergo afflicto, tamq; perdito statu, cùm esset res divina: DEUS misertus ejus calamitatis, opem tulit Ecclesiæ, & excitato divino viro, Martino Luthero, eodemq; Spiritus sancti donis largissimè instructo, veram Evangelij doctrinam, discussis tenebris, in hanc clarissimam lucem nobis collocavit, quâ DEI beneficio, hodierno die fruimur.

Qua verò occasione, illa lucis divinæ restitutio cæperit, quas progressiones habuerit, quantis periculis & difficultatib⁹ fuerit objecta, quàm illustribus præsentiæ & auxilij divini testimonijs ornata & confirmata: id oratione persequi, neq; temporis hujus est, neq; nostri instituti, addo, neq; nostrarum virium. Et sunt, qui ante me, in hoc argumento tractando occupati fuêre, viri eruditione, sapientia & eloquentia præstantes, cum quib⁹ ego me non comparo: ut proinde actũ agere velle, aut minus ornatè, minusq; commodè, illud agere, alienũ prorsus & ineptum futurum sit. Itaq; intra terminos professionis nostræ, quæ Medica est, nos continebim⁹: quod item â cæterarum disciplinarum Professorib⁹ ferè factitatum esse, vidimus.

Ac de initijs & incrementis studij medici in hac Academia, quemadmodum illud, pia cura & liberali munificentia laudatiss: principum Electorum Saxoniæ, incoatum, promotum, & amplificatũ fuerit: deq; ejus per decursum hoc seculum, fideli primo-

primorum & præcipuorum virorum opera, ad nos propaga- ANNO
tione, aliquid in medium afferam, quantum quidem sciam po- CHRISTI
teroq; ut vetus formula habet: & quantum annalium nostro-
rum monumenta, ad rem præsentem suppeditaverint.

Vos, ut de proposito argumento, me, cui personam hanc autoritate publica impositam esse scitis, verba facientem, clementer & benignè audiatis: debita animi subjectione, reverentia, & humanitate, peto. Dabo enim operam, ut brevitate orationis, audiendi fastidium vobis leniatur.

Conciderant penè in Germania, (cur enim non repetam, quod ad tanti beneficij memoriam, animum subinde revocat?) simul cum obscurata luce Evangelij, linguarum ac disciplinarum studia, Ecclesiæ & Reipub. necessaria, ita ut discendi cupidi, magnis sumtibus, sæpè etiam periculo non minimo, peregrinas terras adire cogerentur. Ei rei, ut medicinam afferrent Electores imperij, (si quidem hanc curam excitandi literarum studia, non minus ad se pertinere existimabant, quàm tuendi amplificandiq; dignitatem Imperij Romani) decretum fecerunt in comitijs Wormaciæ anno Christi millesimo, quadringentesimo nonagesimo quinto celebratis. Imperatore Maximiliano I. ut unusquisq; ex ipsorum numero, Academiam in sua ditione constitueret, & viris doctis ornaret atq; instrueret. Ad quod consilium capiendum, & exemplo ipsis prævit sapientissimus Imperator, qui eruditorũ consuetudine plurimùm delectabatur: & Academiam Viennensem, tunc etiam nonnihil labentem, per viros in omni disciplinum genere clarissimos, fulciebat & instaurabat. Reversus itaq; domum princeps Elector, annos aliquot, omni cura & cogitatione incumbit, ad extruendam in hisce provinciis, Scholam publicam. Atq; hanc ad rem cumprimis opera & consilio utitur Martini Polichij, Mellerstadij, Franci: cujus integritatem, fidem & prudentiam, tum domi expertus fuerat, tum in peregrinatione quoq; religionis ergò (ut erat temporum illorum superstitio) in Palæstinam suscepta, anno Christi millesimo, quadringentesimo, nonagesimo tertio. Excelluit vir ille autea Philosophiæ & artis Medicæ professione, in Academia Lipsica, ubi & Medicinæ Doctor renunciatus fuit. Cumq; commota

ANNO CHRISTI

ibi esset disputatio de lue venerea, seu de morbo ut appellatur Gallico: utrum ἔνδημιος ille esset, an ἐπιδημιος (recens verò illis temporibus, ex Africa, contagione in Europam propagatus fuerat) dissensio inter ipsum & collegas extitit. In quibus Simon Pistorius eminuit, natus in celebri familia, Lipsiæ, unus & ipse ex præstantissimis ejus ætatis medicis: quæ familia, ab eo tempore, & Jurisconsultos aliquot celeberrimos, dedit Germaniæ. Ita factum fuit, ut Pistorius ad Electorem Brandeburgensem, invicinam Marchiam, Mellerstadius, in aulam Ducis Saxoniæ Friderici Electoris evocaretur. Hic ergo est, qui consilia sapientissimi principis, & excitavit & adjuvit, ad Academiæ hujus extructionem. Cùm enim initia ejus illatis variis, ut fieri cum rebus bonis solet, impedimentis tardius procederent: Ipse tum animum principis confirmavit, tum de loco Academiæ, in hoc oppido, optimè ominatus est, quod omen & veriissimo eventu Deus comprobavit: etsi eventus illius spectatorum esse, Polichio non contigit, ut postea dicemus. Exemplum autem Polichii, ut apparet, secutus fuit ejus quondam Collega Pistorius, qui & ipse suo Principi autor & adjutor fuit, condendæ Academiæ Francofurtensis ad Oderam, quæ triennio & semestri, post nostram cæpit, anno Christi 1506. mensis Aprilis die 27. Rectore primo, Conrado Wimpina, ut accepimus. Atq; ita hi duo Medici, de hisce tertis præclarissimè meriti sunt. Deo rem clementer sic gubernante, ut quam jacturam discessu ipsorum fecerat Academia Lipsica, ea in alijs duabus, eorundem studio & opera nuper excitatis, abundè ad posteritatem compensaretur. Sed ut ad Mellerstadium redeam, cùm principi Friderico Electori, annos aliquot fideliter serviisset in aula, & Scholæ hujus fundamenta jacta essent: ipse ad conficienda cætera, & ad docendam artem medicam, huc missus est. Existimavit enim sapientissimus Princeps, Gymnasium hoc suum, ut nominabat, numeris omnib. perfectum absolutumq; non fore, nisi ad reliquarum doctrinarum Professores, Collegium quoq; medicorum adjungeret. Quippe, cùm palàm sit, medicum ad omnes totius civitatis ordines, sexum, ætatem pertinere: quādoquidem homines principes plebejos, viros, fœminas, senes, pueros, ægrotare contingat, ad quos univer-

universos sine discrimine, utilitas à medico redeat, qui propterea rectè Res communis, vel κοινὸν ἀγαθὸν appelletur: & priscos illos Medicos, meritò ob admirandam artis utilitatem, uno omnium consensu, in Deorum numerum relatos fuisse: & quæ hujus generis alia pro commendatione artis medicæ, in proæmio nostrorum statutorum, graviter & verè dicuntur. Ita professio medica Doctori Mellerstadio commendata fuit, quàm summa diligentia ac fide obivit, annos aliquot: etsi postea alij accesserunt, qui extra Professorum numerum, ejus in hac arte propaganda, studium & labores egregiè juverunt, sicut deinceps manifestum erit. ANNO CHRISTI

Ut autem memoria meritorũ ejus viri, erga nascentem primũ, deinde adolescentem hanc Academiam ad posteros extaret: primus ejus Rector constitutus fuit, principemq; in hac locũ quoad vixit, obtinuit. Idem ille, primus in Album Academiæ ascriptus fuit, & ab hoc dein Professores cæteri. Ac ita præclara sese dederunt Academiæ initia, ut primo illo semestri, sub ejus Rectoratu, numero fuerint quadringenti sedecim, quorũ nomina in Catalogũ Scholasticorũ recepta sunt, confluentibus undiq; doctrinarũ studiosis, ex peregrinis etiam & longinquis regionibus. Tum verò, & primus Mellerstadius fuit, cui Doctoris in Sacra Theologia titulus & insignia hic sunt tributa. Erat enim ea ætate, cùm literæ primùm in lucem revocàrentur, tantus impetus animi ad studia, tanta discendi cupiditas: ut exsarurari illa vix posse videretur. Quare viri ingenio præstantes, & ipsi hoc egerant, ut in pluribus simul disciplinis excellerent: & alijs, exemplum præclarum ad imitandum reliquerunt.

Quod verò in Scholis benè constitutis fieri solet ac debet, ut non solùm salutaris necessariaq; doctrina auditorib. tradatur: sed etiam testimonia publica, secundum gradus honorũ, autoritate publica, ijs impertiantur, qui operæ precium discendo fecerunt: id utrumq;, sub incunabula Academiæ, observatum fuisse constat. Non longo enim ab inauguratione Scholæ, temporis intervallo, à Martino Mellerstadio, Philosophiæ, Medicinæ, & Theologiæ Doctore, Bernhardus Schiller, artium & Philosophiæ Magister, primus omnium (nemo enim ante ipsum, in aliqua Facultate hujus Academiæ gradum assecutus erat) in

ANNO CHRISTI Doctorem Medicinæ promotus est: factus postea Ordinarius Medicinæ Professor in Friburgensi Brisgoiæ Gymnasio.

Sicut autem Mellerstadius noster quandiu vitam vixit in hac Academia, ei labores & operas suas universas impendit: ita post mortem, facultatum quoq; ejus pars magna ad eandem redijt. Nam frater Valentinus Polichius, ut grata Martini memoria apud nos retineretur: facto testamento, mille aureos, quorum pars maxima, hæreditate ipsi à fratre venerat, hîc collocari jussit, de quorum fructibus annuis, subsidia ferantur adolescentib⁹ ex Polichiorum familia aut alijs etiam, studiorum causa in hac Academia versantibus. Quo memorabili pietatis & beneficentiæ exemplo, plures alij ex Medicorum ordine adducti, partem non exiguam suorum bonorum, atq; de his usum fructũ Scholasticis certis in hac Schola legârunt: atq; ita, tum studia literarum egregiè adjuverunt, tum nomen suum sempiternæ hominum memoriæ commendârunt.

Cæterum, quod divino instinctu, omen opt. atq; optatissimum habuisse Mellerstadium, suprà diximus, fore, ut condita in hoc oppido Academia, cunctas alias Germaniæ, luce sua obscuret: id etsi verum & ratum fuit, sicut Dei beneficio palam est ante omnium oculos: tamen eam lucem, quam hinc effulsuram orbi terrarum prædixerat, ipse non vidit. Decessit enim anno Christi, supra millesimum quingentesimum, decimo tertio, quadriennio scilicet, ante illud tempus, quo reverendus vir Doctor Martinus Lutherus, fulmine veritatis Evangelicæ, labefactare & prosternere cæpit, in magna orbis Christiani parte universum illud horrendarum tenebrarum, & idolomaniæ regnum, quod à Romanis Pontificib⁹, in Ecclesia, per vim & fraudem, occupatum & constitutum fuerat.

Meritò ergò ad omnem posteritatem celebratur singularis pietas, sapientia, bonitas & benignitas Illustrissimi Principis Friderici, architecti quasi hujus Academiæ: quòd studia doctrinarum, in his terris penè emortua, in vitam revocavit, autore secundùm Deum, & administratore, Martino illo Mellerstadio, de quo hæc hactenus commemoravimus.

A Rectore, & Medico primo Academiæ, proximè reperimus adscriptum infastis nostris, nomen Doctoris Bel, Equiritis aurati,

surati, Ordinarij Witebergensis. Quo Decano, Eberhardus Bel. filius, Doctor Medicinæ, publico actu creatus & renunciatus est, A.C. 1504. Neq; de viro illo præcipuo, aliud quicquam nobis cognitum est: nisi, quod de exemplo hoc apparet, ex nobiliſſimis etiam familiis, id temporis fuisse nonnullos, qui nomen suum, cognitione & professione artis Medicæ, illustrius ac celebratius reddere conarentur, quod & summos olim Reges ac Principes Chironem, Achillem, Alexandrum M. & alios fecisse, literis traditum est. Et de Friderico III. κτισῆ Academiæ, legimus: quòd studiosè didicerit à Mellerstadio & alijs, artis Medicæ fontes causas morborum, & remedia: multa etiam experta, à Maximiliano Imperatore, & ab ejus Medicis acceperit, quæ adhibita, præsens auxilium ægris attulerint. Sed de his non plura. ANNO CHRISTI

Sequentibus annis, cùm artem hîc doceret Simon Sthenius, Penicensis, Misnicus, in cæteris, qui titulum & insignia Doctorum Medicinæ, ipso conferente, adepti sunt, insignes maximè fuerunt; Thomas Eschaus, Pontificij Juris Baccalaureus, cujus nomen inter Professores Academiæ publicos, reperitur, ad annum supra sesquimillesimum, tricesimum quartum, de quo & postea mentio fiet: & Martinus Berger, cujus vidua quingentos aureos legavit Academiæ, eo pietatis studio, eoq; fine, ut supra de Polichij testamento meminimus.

Quod autem hosti Dei ac hominum, Diabolo, honestiq; omnis ordinis ac societatis turbatori, solenne est, & summæ semper voluptati: non diu Scholam hanc in læto & tranquillo statu consistere permisit: Sed veritus eam cladem, quam ex hac ipsa, regnum ipsius accepturum esset, id magnæ cum cura & diligentia egit, quomodo illam aut dirueret & everteret: aut si minus id posset, labem saltem ei quandam aspergeret, qua in odium atq; invidiam, apud bonos & veritatis amantes adduceretur. Neq; hîc commemorabo, quid anno ab exordio Academiæ, decimo, illo ipso homicida autore, contigerit: de quo occasio dicendi nunc daretur, in Medicorum, quos Academia tulit, enumeratione. Rectius illa silentur, quæ funestum & ominosum quid complectuntur: & sub auspicia rerum bonarum, δυσφημεῖν, bonos non decet. Hoc quidem certè ma-

ANNO CHRISTI

nifestum est, pestilentiâ aliquoties hanc Scholam dissectam fuisse, & translatam in alia loca: semel & bello. Ubi tamen semper singulari Dei benignitate, & Illustrissimorum principum Electorum paterna cura, collecta iterum, inq; statu tranquillo collacata fuit: qui clementissimus Deus, deinceps quoque eandem, & nos in ipsa, tuebitur & conservabit. Pergemus ad alia.

Erat inter cætera, quæ ad Collegium Medicum pertinebant, hoc etiam legibus ab initio constitutum, ut Deos quasi tutelares agnosceret & coleret, Divos Cosmam & Damianum: (ita superstitio, quæ religionem falsò imitatur, hominum animos tum occupaverat) quorum Divorum dies anniversarius in 27. mensis Septembris incidit. Præceptum insuper, ut dies ille quotannis in honore esset communitati medicorum, quo festum solenni ritu, patronorum horum nomine, celebraretur, invitatis ad hoc, Rectore, & cæteris Academiæ Professoribus, ne quid ad splendorem & dignitatem summam sacris ijs deesset in qua etiam festivitate, proximum à Rectore locum princeps Decano & collegio Medico clementer attribuit. Atq; hac religiosi cultus opinione, factum arbitror, ut horum, quales putabantur, Divorum imagines sigillo insculperentur, quod publicum Collegio nostro donatum est. Fuerunt autem, ut fertur, Cosmas & Damianus, germani fratres, nati in Arabia matre pia & religiosa, Theodora. Cumq; artem medicam didicissent: ita mirando sanitatis dono, à Spiritu sancto instructos fuisse aiunt, ut nullum morbi genus tam grave esset tam periculosum aut desperatum, quod adhibitis præsidijs, ij non curarent; & quidem sine precio, quo ipso, donum illud in se auctius illustriusq; reddiderunt. Quàm verò doctrinam Christianam, à matre acceperant: eam constanter professi sunt, sub Diocletiano crudelissimo Tyranno, circa annum Christi trecentesimum. Cùm enim Dijs Imperatoris immolare nollent: varijs, ijsq; diris tormentorum generibus, prius à Lysia Proconsule excruciati, tandem securi, unâ cùm trib⁹ alijs fratribus suis, & ipsis medicis, percussi sunt, atq; ita in Martyrum numerum cooptati. Pro horum ergò medicorum & martyrum honore & cultu, Missa solennis celebrata fuit, anno salutis

lutis 1519. in æde arcis : curante hanc rem, ut videbatur, sacram, Decano Thoma Eschaus quem supra nominavimus. Interfuit solennitati Illustrissimus Princeps Barnimus, Dux Pomeraniæ, Academiæ eo tempore Rector : cujus illustrissimâ præsentia, magnum decus & ornamentum illi actui tunc accessit. Cæperat biennio antè Lutherus purgare doctrinam cœlestem, à sordibus Pontificijs, oppugnando primò forum turpissimarum Indulgentiarum apertum à Tecelio. Ibi, etsi nonnulli enascentem in Ecclesia, è caligine superiorum temporũ, lucem Evangelij, summo desiderio ac gaudio aspicere gestirent: tamen plures alij fuerunt, in quorum animis, tetrarum superstitionum chaos ita alte radices egerat, ut nulla vi labefactari, nullo modo inde erui posset. Multi ergo tunc in Academia, viri pij atq; eruditi, cupidissimè amplexi sunt accensam illam doctrinæ lucem seq; cum rectè sentientibus conjunxerunt. Qui verò in Collegiata Ecclesia, ad ædem arcis Canonici erant, & Professorum simul munere in Academia fungebantur: ij diutius sese Luthero opposuerunt & fraternè atq; amicè aliquoties admoniti, tamen restiterunt, suasq; ceremonias, ab Evangelij veritate longissimè remotas, retinuerunt, ubi & sacra illa, pro inveterata apud ipsos superstitione, ne cessisse viderentur. Patronis Medicorum facta fuisse, consentaneum est. Tandem tamen, cùm jubar veræ doctrinæ, ita oculos & animos ipsorũ feriret ut errore & idololatriam, in qua immersi erant, agnoscerent: communicato cum nonnullis ex Academia consilio, dogmata illa sacræ scripturæ adversa, & ritus superstitiosos ac profanos, è suo etiam templo ejecerunt, & cum sanis Doctoribus sentire inceperunt, octavo demum anno post primam Evangelij restitutionem. Tanta vis est veritatis, quæ semel in lucem prolata facilè se per seipsam, contra omnem falsitatem & Sophisticam, defendit.

ANNO CHRISTI

Fuit & Petrus de Burchardis Ingolstadiensis, Medicinæ Ordinarius, unus è primis in hac Academia professoribus : cujus commentaria extant, in parvam tabellam Hippocratis, quæ sexti Epidemiorum pars est, brevia illa quidem sed erudita, & rerum pondere ampla. Agit enim in eo libello Hippocratis, de morbis quibusdam Epidemiis, & de Diæta in his instituenda: pe-

ANNO CHRISTI

da: peculiares item quasdam malas affectiones exponit, quæ rarius alioquin corporibus accidunt: quorum omnium cognitio, studioso artis medicæ, plurimum utilitatis adfert. Inscripta sunt commentaria illa Friderico Electori, anno Christi 1518. quæ vir omni laude præstantissimus, Philippus Melanthon, postquam recens in Academiam, ad docendas Græcas literas accesserat, tùm soluta oratione, in vestibulo Lectori commendavit, tùm carmine Phalæcio egregio.

Hoc Petro, Decano, anno salutis humanæ supra sesquimillesimum, vigesimo primo, Doctor Medicinæ renunciatus fuit Augustinus Schurfius, natus patre medico, in oppido S. Galli Helvetiorum: cujus nomen, sicut & fratris Hieronymi, Jurisconsulti, celebre est in his regionibus, ac in terris aliis. Et in oppido hoc, familiæ adhuc sunt honestæ ac honoratæ, quæ Schurfios cognatione attingunt; affinitatisq; vinculis, cum vitis, doctrina, virtute ac dignitate præcellentibus, sunt conjunctæ. Ipsam quoq; Schurfiorum familiam, antiquam esse in Helvetia: tùm alijs testimonijs planum est, tum hoc etiam, quòd in Synodo Constantiensi, ante annos 188 celebratâ, mentio fit cujusdam Doctoris Schurfij, qui inter delectos Germanicæ nationis, ad præcipuas illo tempore deliberationes adhibitus fuit. Ex ejus Schola medica, prodierunt viri, doctrinâ & honoribus aucti, non pauci. Georgius Sturziades, cui sub tempus illud renascentis literaturæ, amicitia præcipua fuit, cum Eobano Hesso, Joachimo Camerario, Euricio Cordo, Antonio Nigro, Poëtis, Philosophis & Medicis eximiis: quod mutuæ literæ, eleganti sermonæ perscriptæ, testantur. Joannes Magenbuchius, cujus compositiones quædam Medicæ, & antidota usu comprobata, habentur in officinis Pharmacopolarum multis Germaniæ. Janus Cornarius, qui singulari studio & opera conversum in latinam linguam, nobis reliquit Parentem Medicinæ, Hippocratem: Dioscoridem item, & Aëtium, & ex Galeni operibus permulta. Vetus Æmilij Macri de virtutibus herbarum poëma, integritati restituit, Scholijsq; illustravit. Tum & ipse, eruditè quædam scripsit, quæ à doctis amantur & leguntur. Henricus Stackmannus, cujus nomen noscì cæpit in Academia, anno supra sesquimillesimum, decimo octavo:

& qui

& qui adjunctus postea Collegio Medico, ejus operas cum docendo, honoresq; Scholasticos dignis contribuendo, tum medicando, annos aliquot adjuvit. Conradus Pirkhaimerus, agnatus Bilibaldi illius, viri celeberrimi, patricia gente, Noribergæ nati: qui monumenta nobis reliquit, in omni disciplinarum genere præclara, historica inprimis, & mathematica & conversos è græco in latinum, autores quosdam veteres & præcipuos. ANNO CHRISTI

Commemorarem plures, ex hoc ordine viros, ingenio & rerum usu excellentes: nisi mihi, non tam copiam, quam modum in dicendo quærendum esse, scirem. Ut autem ad Schurfium nostrum revertamur, unum de eo prætereundum non est, quod singularem hominis diligentiam & industriam, ea ætate, in juvando studio medico demonstrat, consignatum accuratè in nostris annalibus. Est Anatome seu dissectio artificiosa corporis humani, pars medicinæ admodum necessaria & utilis. Ea in omnibus ferè Germaniæ Scholis neglecta superioribus temporibus jacebat, quòd idoneum scriptum, de quo auditoribus doctrina illa proponeretur, non extaret. Galenica enim, nimis latè fusa ac dispersa sunt, & ad bestiarum, imprimis simiarum corporà, magis accommodata. Mundini verò, quæ in manibus erant, & in hæc Jacobi Carpi & Alexandri Achillini Bononiensium, annotata: ea, pro temporis injuriâ, manca erant & obscura, alicubi & à veritate aliena. Multis enim pòst annis, divinum opus Andreæ Vesalij Bruxellsis in lucem editum est, qui rem ad eam perfectionem deduxit, quæ in hominem cadere posse videtur. Etsi reperti etiam sunt, qui βελίζειν quædam in hoc opere non dubitârunt; conatu non æquè omnes felici: quod tamen non, nisi cum honorifica præfatione fecerunt, agnoscentes, ut viri ingenui & modesti, quod res est, difficilius esse, invenire, quàm inventis addere: & de fundamentis ædificium extruere, quàm summũ ei fastigium imponere. In illis igitur tenebris, destitutus necessarijs adminiculis Augustinus; tamen manũ operi admovit, & anno Christi supra sesquimillesimum, vicesimo sexto, mensis Julij die 19. anàtomen capitis humani publicam instituit: cùm per temporis incõmoditatem, ulterius progredi tum non liceret: camq; cum

ANNO CHRISTI

cum spectantium omnium studio & approbatione absolvit. Neq; dubium est, quin commodioribꝰ aliis temporibus, plura in hoc genere spectacula dederit, de quibꝰ non parum fructus & emolumenti ad studiosos medicinæ inprimis, accesserit. Et superioribus annis, fuerunt in hac Academia, viri doctrina & industria clari, partim vita piè functi partim adhuc superstites, qui nobis hoc studium iterum excitárunt: quibus & gratia eo nomine debetur. Nostrarumq; deinceps partium erit, idem illud, Deo operas gubernante, in Academia, tanquam artis præsidium non postremum, retinere: quo & abdita multa, in morbis, & horum curatione patefiunt: & animi non profani, in admirationem adducuntur immensæ sapientiæ & potentiæ divinæ, quæ in fabricatione hominis elucet. In quam considerationem & Galenus ingressus, libros suos aureos, de usu partium corporis humani hoc epilogo claudit: se, quod Melicis seu Lyricis Poëtis in usu sit, ut stantes ante aras, post στροφὴν & ἀντίστροφον in choris, ἐπῳδὸν tandem canant, hymnis Deos celebrantes: id ergo se quoq; in Operis illius libro postremo religiosè observasse. Etenim librum illum, tanquam ἀγαλμάτιον ἐπῳδὸν & Hymnum esse, nuncupatum Deo, unde, sicut & ex toto Opere, sapientiam Dei, in creatione hominis manifestò ostensam, discere possent, quibus hæc cognoscere animus esset.

Perduximus ea, quæ de studii Medici in hac Academia, initijs & progressionibus asserenda hoc loco putavimus, ad annum Christi millesimum quingentesimum, tricesimum sextum, qui annus fundatione, ut appellant, Academiæ, insignis & memorabilis est. Cùm enim à Friderico Electore incoata esset Academia, Professoribus, partim ex sacerdotum Collegio, quod in æde arcis, ante annos tunc 149. Rudolpho, Electore Saxoniæ, constitutum fuerat, delectis: partim aliunde, magno sumtu accersitis: Eoq; principe, piè defuncto, à fratre Johanne Electore, Collegium illud, cum Academia in unum corpus esset adductum: neque Professorũ tamen numero stipendijsq; certis, satis adhuc prospectum esset Academiæ, ut nempe initia rerum, non adjuncta mox habent incrementa & statum: Johannes Friderícus Elector, ex testamento patris Johannis, omni studio & cura id egit, ut quæ tùm ex veteri Rodolphi

consti-

constitutione, tùm ex patrui & patris singulari munificentia, ad sacros illos usus contributa; Ipsiusq; benignitate aucta & amplificata erant, in unam summam colligerentur, de cujus reditibus seu pensionibus annuis, ijsq; stabilibus & perpetuis, Academia sustentaretur. Lectionesq; omnium facultatum perpetuæ, in hac ordinarentur: ut sicut corpus unum & certum est Academia, ita fiscum quoq; seu ærarium certum haberet, è quo, per Illustriss. principum Electorum beneficentiam, omni tempore depromerentur, quæ secundùm illorum constitutionem, impendenda essent in usus Academiæ necessarios. Ità ergo fundata eo anno fuit Academia, & promulgata hæc Illustrissima voluntas & benignitas Principis, Mensis Maij die VII. Rectore Jacobo Milichio, artis Medicæ Doctore & Professore publico: ad cujus viri præcipui mentionem, altius quoq; hæc repetere libuit. Natus autem fuit Milichius, anno Christi, supra sesquimillesimum, primo: vicesimo primo die Februarij. Friburgi Brisgoiæ, patre viro honorato, qui Magistratum præcipuum gessit, in illo oppido. Is, cum indolem in filio perspexisset, idoneam ad literas: primùm in patria Academia, ipsum erudiri curavit, ubi præstantissimis viris, Erasmo Roterodamo, Ulrico Zasio, Conrado Heresbachio, Henrico Glareano, alijsq; familiaris & charus fuit. Quòd verò disciplinas Mathematicas, naturæ quodam instinctu, plurimùm amaret: Viennam se ex patrio contulit, ubi mathemata, ex Schola Burbachij & Regiomontani, tum maximè florebant. Viennâ, huc venit, anno supra sesquimillesimum, vicesimo quarto, adductus, tum famâ nominis Philippi, ex Erasmi commendatione: tum verò inprimis, ardenti studio ac desiderio veræ de Deo doctrinæ, quæ in hac Academia nuper, cum sobria ac erudita Philosophia, instaurari cæperat.

ANNO CHRISTI

Cùm aliquandiu hic vixisset, vocatus ad munus publicè docendi: primus, qui Mathematicas disciplinas in hanc Academiam introduxit. In quibus, atq; adeo in universa doctrina Physica, quantum excelluerit, & quid posteritatem in ijs effecerit. Enarratio secundi libri Plinij ostendit: quod scriptum, exteri quoq; homines doctrina politissimi, ob singularem eruditionem, & variarum utilissimarumq; rerum explicationem disertam ac perspicuam, magnificiunt & admirantur. Docuit & artem medicam, an-

ANNO CHRISTI

nos aliquot. Cumq; ea ætate, pleraq; ex Arabum libris, in Scholis traderentur, quorum horridum admodum & inconditum dicendi genus est: Milichium eo nomine commendari legimus, quòd discentes ad lectionem Hippocratis & Galeni assuefecit, ipsisq; autor fuit, ut fontes potius doctrinæ hujus adirent, quàm rivulos consectarentur, præsertim, cùm Græcæ linguæ usus, tum paulatim in Scholas esset revocatus. Hoc igitur viro insigni, Magistratum Scholasticum gerente, Johannes Fridericus, Elector, fundationem Academiæ promulgavit. Atq; inter alia, quæ sapientissimo consilio tunc constituta fuerunt, lectiones quoq; in Medicina, certo modo ordinatæ sunt, & numero Professorum auctæ. Nam cùm initiò, tantum unus medicus esset, & post aliquandiu duo: deinceps additus est tertius, operis ita distributis, ut primus maximè utiles libros Hippocratis & Galeni explicaret, alter Rhasen & Avicennam, tertius Anatomica tractaret. Erant tum illi tres: Augustinus Schurfius, Jaconus Milichius, Melchior Fendius. Quo salutari & laudabili pij principis instituto, magna accessio commoditatum omnis generis, ad Academiam hanc facta est; & docendi ac discendi oportunitates, in omnibus disciplinis, cum dignitate Academiæ, plurimùm amplificatæ. Sequentibus proximè annis, inter Professores Medicinæ publicos, legitur etiam nomen Doctoris Georgij Curionis; quem tamen non ita multò post, aliò vocatum fuisse, constat. Anno supra sesquimillesimum, quadragesimo tertio, Mensis Junij die 7. Doctoris in arte medica titulus tributus, à Doctore Milichio fuit, Johanni Placotomo. Is est, qui commentaria scripsit in Eobani libellum, de conservanda valetudine: librum etiam edidit, de natura & differentijs cerevisiarum: & pharmacopææ compendium, atq; alia quædam: quæ non solùm à medicis utiliter cognoscuntur, sed studiosis quoq; adolescentibus, ad curationem valetudinis non parum momenti afferunt. Ac inprimis hoc tempore, in hac hominum intemperantia & luxu, talibus præceptis opus est, ubi plerumq; accidit, quod Democritum dixisse accepimus: homines quidem sanitatem à Deo precari & optare: postquã verò hanc adepti sint, eam ipsos per luxuriam turpiter perdere, atq; ita hostes & proditores esse ipsi proprij corporis. Eodem anno, die 3. Julij, promotore eodem, insignia

Docto-

Doctorũ medicinæ acceperunt, Melchior Fendius, de quo paulò pòst: & Hieronymus Oederus, Illustrissimorum Principum, Ducum Pomeraniæ in aula Wolgastensi, postea factus Medicus. ANNO CHRISTI

Fendius autem, patria Nordlingensis, (nam multa hactenus omittimus, quæ persequi in hac brevi commemoratione, visum non fuit) in hac Academia, ad annos docuit 40. primum Aristotelica, deinde & Medica: in quibus omnib⁹, eam fidem, industriam, & assiduitatem præstitit, à qua vir bonus, & pietatis atque virtutis amans, jure & meritò commendatur. Venerat Lipsiam, Anno Chr. supra sesquimillesimum, quarto, adolescens annorum XVIII. ubi in familiam & consuetudinem receptus est, Medici illo tempore excellentissimi, quem & suprà honoris caussa nominavimus, D. Simonis Pistorij. Cujus institutione multùm profecit, in doctrina Physica & Medica: sicuti ejus viri insignem eruditionem, fidem ac humanitatem, quoties in sermonem illum incidit, mirificè prædicare solitus fuit. Nono anno pòst, hic commigravit, cùm Scholæ hujus fama paulatim inclarescceret: atq; in hac, tum discipuli, tum Doctoris (ut diximus) partibus, fideliter atq; utiliter functus est, de quo inpræsenti, non plura.

Sequitur triste ac difficile tempus, quo Musæ bello Smalcaldico conterritæ, & è dulcissimo hoc domicilio suo ejectæ, passimq; dispersæ aliquandiu siluerunt, & Academiæ status miserè labefactatus, ac penè eversus fuit. Ex igitur, ut revocarentur, Illustrissimus Princeps, & Heros Magnanimus, Mauritius, Elector, sub initia suæ gubernationis, in gravissimis alijs, quas tempora illa afferebant, curis, deliberationibus, & occupationibus, hanc non postremam esse passus est: quo modo, turbata & afflicta Academia iterum colligeretur, & in tranquillum statum, enmq; priore non inferiorem aut meliorem etiam, collocaretur. Cumq; alia sapienter & laudabiliter hic constituisset, quibus collapsa propemodum doctrinarum studia instaurarentur: Medicis quoq; tribus illis, quos suprà nominavimus stipendia majora decrevit, atq; ab hac etiam parte, gratiam & munificentiam suam, erga Academiam, insigniter testatus est. Hæc cùm initio anni supra sesquimillesimum quadragesimi octavi gererentur: postea mense Majo, piè ac placidè de hac vita decessit Augustinus Schurfius, com-

ANNO CHRISTI pleto ætatis anno 53. & 4. insuper mensibus. In quo ipso, longè inferior fuit fratre Hieronymo, quia annum ætatis 73. superavit. Eodem anno, die 7. Augusti, à Doctore Fendio, Doctor Medicinæ publicè renunciatus est, Petrus Sibyllenus, Torgensis, qui de Peste librum edidit absolutissimum, cum præfatione & commendatione honorifica Petri Andreæ Matthioli, Itali, viri clarissimi. Fuitq; hæc prima post bellum Smalcaldicum promotio, quam nulla in alijs facultatibus præcessit. Mortuo Augustino Schurfio, Academiæ Medicos aliquamdiu duntaxat duos habuit, quacunq; sanè occasione id acciderit: Milichium, & Fendium. Milichius, cùm medicam artem fideliter docuisset, & feliciter exercuisset, in hac Academia & oppido, annos multos & vitæ integritate morumq; gravitate, exemplo fuisset omnibus: tandem in vera filij DEI invocatione decessit, anno Christi 1559. die 10. Novemb. magno sui apud bonos omnes desiderio relicto. Paulò ante mortem, cùm apud Dn. Philippum Melanthonem, cui familiaritate & usu maximè conjunctus erat, multa de Ecclesia piè & graviter locutus esset, hæc de morte addidit: etsi iter durum sit, tamen cùm sciat, non casu homines ad tantas calamitates nasci, sed restare aliam vitam meliorem, se expetere illius vitæ sapientiam, ubi DEUM coràm cernat, & causas cognoscat mirabilium operum in Ecclesia, & in Natura rerum: ideoq; spe fruendæ illius sapientiæ, se, quasi manu jam ducente Filio DEI, minus ab illo itinere abhorrere. In ejus funere, lacrymas profundentem vidimus Dn. Philippum, testes sinceri erga hunc virum amoris, & familiarissimæ cum eo consuetudinis, dum in vita esset. Et auditæ tum sunt præfagæ voces à Philippo, seipsum quoq; desiderio beatæ ac dulcissimæ conjunctionis cum Christo & sanctis omnibus, paratum esse ad migrandum; brevíq; fore, ut sequatur amicum hunc suum, quem jam cum lacrymis præmisisset. Quod & quinto pòst mense, contigit: cùm annis antè 14. Divus Lutherus, beato ac placido exitu, vitam in terris clausisset, sequentibus ab ejus obitu, in Ecclesia, & Imperio Romano, ijs mutationibus, quæ notissimæ sunt, & quas vivus ipse, suis ad DEUM precibus ac gemitibus, vel averterat, vel suspenderat, stans tanquam electus DEI, in ruptura, & adversus hanc, coram DEO, pro Ecclesia, ne illa dissiparetur. Et

quo-

quoniam in mentionem Lutheri iterum incedimus, unum addere placet, quod ad commendationem noſtræ artis, non parum facere exiſtimo: amaſſe ipſum doctrinam medicam, & remedia familiaria ac ſalutaria multa noviſſe. Ac propterea filio Paulo autorem fuiſſe, ut poſt religioſæ pietatis ſtudium, ad hanc doctrinam, tanquam nobiliſſimam, animum applicaret, quod & præclare cecidit. Nam ita felices in cognitione & uſu artis, progreſſus ille habuit, ut in præcipuis harum terrarum medicis, nomen ejus celebre ſit, & ſua medendi opera, principibus, alijsq; omnium ordinum hominibus, plurimùm profuerit. ANNO CHRISTI

Duxit nos annorum ſeries, ad id tempus, quo pientiſſimus & munificentiſſimus Princeps Elector, Auguſtus, rerum potiri cœpit: etſi promotio Pauli Lutheri, & obitus Milichij poſterius acciderint, illa quadriennio, hic ſexennio. Hujus autem optimi principis paternam erga hanc Academiam affectionem, & beneficia planè regia, quo numero comprehendam, quibus verbis prædicem: in hac mea tenuitate & infantia, non reperio. Majora illa ſunt, majora inquam, quàm ut ea, non dicam complecti orando, ſed percenſere numerando queam. Equidem, id publico ſcripto aliquando conſignatum & prædicatum memini, quod & ijsdem propemodum vobis referam: Illuſtriſſimum hunc principem, ſupra majorum ſuorum munificentiam, intra 4. annos, ſortem ſeu caput pecuniæ, ad quinquaginta millia aureorum (quæ vulgari æſtimatione, dimidia auri Tonna eſt) in hanc Academiam impendiſſe: docentium ſcilicet ſtipendia augendo, diſcipulisq; nova conſtituendo: & domum Scholaſticam novam (Collegium Auguſti nunc vocatur) emendo, donandoq; ad hujus ædificationes: & Eleemoſynam penſionis annuæ, in valetudinarium Scholaſticum conferendo: & frumentum tribuendo, ad allevandos ſumtus pauperum, in menſa communi. Tum verò præter hæc, immunitatum & privilegiorum novorum cumulum adjeciſſe luculentum: atq; adeò dum vita ſuppeteret, augendo & ornando rem Scholaſticam, nunquam defatigatum fuiſſe. O verè magna & heroica beneficia, tanto principe digna: quæ cum ſubjectiſſima reverentia, & religioſa gratiarum actione, meritò ad omnem poſteritatem commendantur. In hac ergo paterna ſolicitudine, de

ANNO CHRISTI

felici & florente Academiæ ſtatu procurando, complexus quoq; eſt Princeps optimus Collegium Medicum: quod ut membris ſuis integrum conſtaret, & non tam auditorum, quàm Doctorum penuria, quod aliquandiu tunc factum fuerat, deinceps laboraret: Illuſtriſſimæ illius munificentiæ, quam in totam Academiam uberrimè contulerat partem non exiguam, ad idem illud Collegium redire voluit: quo beneficio & hodierno die, memori ac grato animo fruimur. In adjunctis Collegio Medico, fuit & Vitus Ortelius Winshemius, artis medicæ Doctor, & linguæ Græcæ Profeſſor in hac Academia, eximius. Converſum accuratâ diligentia & ſtudio, in Latinum ſermonem, nobis reliquit Thucydidem, autorem optimum; qui teſte Cicerone, rerum geſtarum pronunciator ſincerus & grandis eſt, & poſt Herodotum, omnes, dicendi artificio facilè vincit. Quem & propter rerum magnitudinem & gravitatem, maximi fecit Carolus V. Imperator, ejuſq; hiſtoriam, in Gallicam linguam feliciter traductam, cupidè legit, relegitq;, quòd hac iterata ſapientiſſimi ſcriptoris cognitione, ſe multum in gubernatione Reipublicæ juvari, & quaſi inſtrui atq; armari ſentiret.

Poſtremus, ex primis illis Medicinæ, in hac Academia inſtauratoribus, fuit Doctor Fendius, qui & Deum religioſè colendo, & de plurimis in genere humano, ſua opera medica, alijſq; honeſtis officijs benè merendo, vitam ad annum 78. ætatis produxit. Et moriens, teſtamento reliquit apud Academiam, annuas quasdam penſiones, erogandas in pios uſus: quas poſtea gener ipſius, Johannes Hermannus de ſuo ampliores reddidit, Profeſſor medicinæ & ipſe hùc factus, poſt ſoceri obitum.

Quia verò anni jam præterierant 18. quibus duo ſolùm in Collegio medico Lectores eſſent, qui ſuperiore tempore tres fuerant: Auguſtus Elector iterum rem communem, ſua inſigni pietate & liberalitate ſublevans, tertium Medicum cæteris adjunxit, anno ſupra ſupra ſeſquimilleſimum, 66. munerato ei peculiari, eoq; honeſto ſtipendio. Cumq; tres rurſum eſſent, operas prælectionum ita partiti ſunt, ut omnibus, provectioribus pariter & tyronibus, copia foret lectionum & exercitiorum in arte medica: quæ

ca: quæ operarum distributio, postea legibus recepta & confirmata fuit, atq; etiam nunc, tanquam studijs discentium maximè accommodata, servatur. ANNO CHRISTI

Hunc deniq; Professorum Medicinæ numerum, Illustrissimus & generosissimus Princeps Elector, Christianus I. pro sua quoq; erga hanc Academiam, & in ea disciplinarum omnium Doctores, benignissima affectione & propensa voluntate, non retinuit solùm, sed & Professorum in hoc, stipendia clementer auxit; aliisq; beneficijs, amplis ac illustribus Academiam cumulavit quæ commemorari numero plura, verissimisq; laudibus ornari ac prædicari, proxima solennitate, ab Antecessore meo, viro clarissimo, audivistis.

Porrò autem, sicut laudabiliter illa omnia constituta fuerunt ab Illustrissimo Principe, Electore Christiano I. ita per tempus felicis & salutaris administrationis Electoratus Saxoniæ, ab Illustrissimo Principe Friderico Wilhelmo, conservata & firmata sunt: quod & ipsum, memori mente agnoscimus, & prædicabunt post nos deinceps alij, quamdiu Academiæ hujus nomen ac dignitas mansura est.

Repetivimus memoria, quod propositum nobis erat, beneficia divina, quibus pientissimi Principes Electores Saxoniæ, præter cætera infinita & memorabilia, Scholam etiam Medicam in hac Academia, paternè & begnignè affecerunt, ab ultimo ejus initio: merita item virorum præcipuorum, qui primi sua opera & studio, artem Medicam hic fundârunt & extruxerunt, à quibus per sequentia deinde tempora, felici successu, ad nos propagata fuit. Atq; hæc stricti in brevireq;, ut temporis ratio, & facultas nostra tulit, attigimus. Qui autem Professores, eo numero, quem dixim?, alij, decedentibus alijs, tanquam in statione successerint: id recensere hoc loco longum foret, haud scio, an à mea, dicentis nimirum parte, quoq; fastidiosum. Jam enim vereor, ne aures vestræ audiendo defatigatæ, extremum aliquod orationis expetant.

Certè viri illi, de studijs nostris optimè meriti sunt: sive vitam adhuc degant, sive hanc cum morte beata commutaverint: horumq; memoriam, dum arti Medicæ suus constabit honos, posteri grato animo retinebunt.

Quibus

ANNO CHRISTI

Quibus verò tandem laudibus, Inclytos & pientissimos Electores Saxoniæ celebrabimus? qui secundùm DEUM, omnium bonorum, quæ Academia obtinet ac possidet, nobis autores & conservatores fuerunt.

Magnifica enim & glorioſa multa, per eos effecit, majestate DOMINUS. Sapienter & pacificè rexerunt populos suos. Omnes isti ætatibus suis gloriam adepti sunt, & temporibus suis laude claruerunt. Nomen reliquerunt præclarum, in quo amplissima laudum memoria est proposita: ipsorumq; rectè facta, oblivione nunquam delebuntur. Hæreditas bona, semen ipsorum: & posteritas eorum manebit in perpetuum, cum dignitate & gloria. Corpora eorum, in pace sepulta sunt: at nomen, vivit in seculum seculi. Sapientiam eorum enarrabunt populi, & laudes ipsorum prædicabunt hominum congregationes,

Sit igitur memoria ipsorum in benedictionibus. Ossa eorum, locis ubi condita sunt, perpetuò frondescant: nomenq; ipsorum in æternum permaneat, hæreditate gloriæ sanctorum illorum virorum, ad filios & ad posteros, multis seculis propagata.

Hæc vota, hoc loco sacro, & hoc tempore solenni facere, jussit me pietas, cùm aliud, quo grati animi singnificationem ederem, in promtu non esset: nec dubito, quin cum nostris hisce, vos etiam vestra conjunxeritis. Quæ ut clementissimus DEUS, in cujus manu omnia posita sunt, rata ac firma esse velit: ipsum supplice manu & corde precabimur, cum debita simul, pro præstitis hactenus beneficijs gratiarum actione.

Tibi ergo æterne, vere, ac vive DEUS, pater Domini nostri Jesu Christi, conditor cœli ac terræ, & generis humani; unà cùm filio tuo coæterno; & Spiritu sancto, gratias agimus toto pectore, quòd lucem Evangelij tui, è tenebris superioris seculi erutam & accensam, primùm ex hac Schola, tanquam è specula, in excelso monte posita, in orbem Christianum longè lateq; diffudisti: quòd ingenuis simul artibus ac disciplinis, suum nitorem restituisti: quòd Illustrissimorum Principum Electorum Saxoniæ, animum ita clementer rexisti, ut ad constituendam, ornandam & amplificandam hanc Scholam, nihil sibi reliqui fecerint: quòd deniq; Doctores ipsos & Præceptores nostros, tuo Spiritu sancto ita gubet-

gubernasti, ut tantæ molis rem, tam forti pectore aggredi ac sustinere potuerint. Tuum hoc opus fuit, tuum munu. ANNO CHRISTI

Te porrò ardentibus cordis gemitibus oramus, ut qui tantorum beneficiorum, quibus cumulati sumus, ἀρχηγὸς fuisti: eorundem quoq; πλουσιοδότης καὶ βεβαιώτης usque esse velis. Tu hoc doctrinarum domicilium augustissimum, atq; in eo, veræ religionis, honestarumque artium studia, per hoc etiam seculum, quo tuo beneficio, feliciter modò exorsi sumus, clementer conserva; neq; unquam nos orphanos, in hoc furore Diaboli, & mundi tempestatibus relinque: Defende ac protege Illustrissimum Principem Christianum II. Electorem Saxoniæ, nutritorem nostrum benignissimum, unà cum conjuge Regia, cum sereniss. matre, & fratibus Illustrissimis Ducibus Saxoniæ, Domino Johanne Georgio, & Dn. Augusto, Rectore Academiæ Magnificentissimo, Dominis nostris clementissimis: ut tua gratia, sub beneficentissimi hujus Magistratus tutela, & præsidio, diu otio hoc literato perfrui, operasq; nostras singuli, vera pietate, animorumque conjunctione, obire & exequi possimus: largire pacem & tranquillitatem his regionibus, reprime rabiem & insidias hostium Ecclesiæ, tolle aut mitiga calamitates publicas & privatas: atque hæc omnia, propter nomen tuum sanctum fac, ut ipse in æternum celebreris.

AMEN.

D I X I.

RECTOR

PRO-RECTOR IV. LUCAS BECKMANNUS, Hamburg. J. U. D. & P. P. 1603. Cal. Maij.

Inscripti 352.

Inter Inscriptos

Fridericus à Steinbergk, Ernestus à Wirsberg, Nobil. Brunsuic.

Joachimus: Justus Henricus von der Gröben / hæreditarij in Ketzeband. Marchiaci.

Wilhelmus Fridericus Baro à Zieretin Mor: in Attischein,

ANNO CHRISTI

schein, Aufpitz & Holoschavvzz.
Reinholdus â Geren, Reg. Boruſſ.
Heinricus Hilmarus: Liborius â Münchauſen, Brunſuic. Nobiles.
Wilhelmus â Wenſe, Franciſci Othonis filius, Nobil. Lunæburg.
Broccordus Baronius, J. U. D Bononienſis Italus.
Georgius â Letvvitz, Boruſſ°. (transfoſſus prohdolor, in foro hoc oppidano â Lucâ Krabbe, Nob. Dano, 13 Martij. 1606.)
Johann Raphael Chrauſtenky à â Malovvar & Crauſtenitz, in Misliboritz & Rudoletz.
Balthaſar: Eraſmus Hirſchberger â Königshain in Wartenberg.
Henricus: Friderico â Schicinitz Miſnici, von Deerhauſen.
Seubold von Gerſthorff.
Georgi° Strambell â Heſterlitz Moravus.
Theodorus du Soncy Gallus. LL. Licentiatus.
Johannes, Jacobi, filius Crogius, Ivarus Lycke, Juſtus Brochenhuſius, Dani.
Johannes Bernhardus Geymannus Eques auratus in Galſpach â Trättènech. Auſtriacus.
Chriſtianus Thomæ: Petrus Lange. Nobiles Dani.
Godofridus Bernhardus ab Ende, Nob. Miſn.
Adamus à Döbentz.
Euſtachius: Johannes à Knobeloch.
Joachimus à Wuttenavv.
Melchior â Bardeleben.

RECTOR

1603. d. Luc. PRO-RECTOR V. ERNESTUS HETTENBACHIUS Phil. & Med. D. & Prof. hujus Publicus.

Inſcripti 180.

Inter Inſcriptos

Wilhelmus Adalbertus Daupovvetztius à Daupovva Bohemus.
Iohannus Nicolaus ab Ilovv Marchiacus.
Nicolaus Erneſtus ab Hadenſtorff.
Eraſmus Ungepaur, Naumburg. Thuring poſtea I. U. D Prof. & Ordinarius Jenę.
Henricus: Hans â Werder von Cade.
Joachimus Fridericus â Steckau March.

Hen-

Henricus ab Hatten, Segeb. Holsat.
Iohann Henrich von Haselhorst. Lunæb.
Abrahamus de Cardes, Danus.
Sebastianus â Zedlitz in Neukirch, Reichevvaldavv. Kraltzkau, Steinberg & Altenburg.
Fridericus â Reichardt.
Nicolaus â Thinen Walstorpiensis.
Christian⁹ Ludovicus â Cantorall.
Georgius von der Luhe Coltzoviensis.
Wilhelmus â Bothmar.
Albertus â Straffhorst.
Rudolphus: Henricus â Bünavv.

ANNO CHRISTI

RECTOR

PRO-RECTOR VI. ADAMUS THEODORUS SIBERUS, Philos & Eloq. Magister ac Professor. 1604. d. 1. Maij.

Inscripti 359.

Inter Inscriptos

Iohannes Melchior â Griesheim, Thuring.
Christophorus â Duringh. Bremens.
Ioachimus Ernestus â Weisbach.
Gebhardus: Cuno ab Alvenschleben.
Ioachimus â Löschebrandt, Marchicus.
Henricus â Fintel, Witteberg.
Cuno Guilielmus â Werdensleben Saxo.
Bernhardus Bertram, Quedlinburg. postea Consiliarius & Cancellarius Aldenburgicus.
Fridericus von Reden/ Saxo.
Iohann Christoph; Georgi⁹
Andreas Holtzapfel, Styti; Nobiles.
Gottfridus Reuter Bitterfeldensis, postea J. U. D. & Prof. Publ. in hâc Academia.
Hans Ludwig/ Albrecht/ von Hofkirchen/ Freyherr.
Iohann Georgius: Franciscus von Bardeleben.
Statius: Georgius â Tzerstede. Luneburg.
Georgius â Ribbeck, Nobil. March.
Iohannes Georgius: Christianus Julius ab Hoym.
Lucas Krabbe, Danus.
Hubert⁹ von dem Berch/ Middelburgo Zeland.
Godofridus â Wolfersdorff.

ANNO CHRISTI 1604. d. Lucæ.

RECTOR

PRO-RECTOR VII. LEONHARTUS HUTTERUS, Ulmensis S. Theolog. D. ac Prof. Publ.

Inscripti 213.

Inter Inscriptos

Hans Grenen von Horneburgk
Carolus â Friesen.
Hauboldus ab Einsidel.
Andreas ab Arnstedt, Marchicus.
Henricus Heitzvelder, Nobilis Luneburg.
Fridericus Vitzthumb, ab Eckstedt.
Olaus: Palæmon Rosæcrantzius Dan.
Erasmus Georgius â Monshaim Eques Carinthus.
Sigismundus Bernhardus: Wolfgangus Andreas Rauber Equit. Carinth.
Iohannes Hermann⁹ Schenck in Schvveinsburg.
Adamus â Gaudelitz, Misnicus.
Fridericus Wilhelmus Bock.

1605. d. 1. Maij.

RECTOR

PRO-RECTOR IIX. JOHANNES ZANGERUS, J.C. Collegij Juridici Senior ac Prof. Decretalium.

Inscripti 275.

Inter Inscriptos

Hiobus â Bomsdorff.
Iohannes Georgius ab Arnimb.
Jacobus Stang de Labietzno.
Tobias Chlad â Sedcze, Bohem.
Gotthardus Schaff, gotsch cognominatus, Liber Baro in Trachenberg.
Conradus â Schulenburg.
Joachimus Wernerus ab Alvensleben.
Wipertus â Treskovv.
Christophorus Liber Baro â Schellndorff in Kunigspruck, Kunovv Satz & Halba.
Iohannes Povvishius, Nobil. Holsat.
Iohannn. Geor.: Elias: Georgius Rosinus â Javvornick Bohemi.
Albertus Fridericus Comes & Dominus in Barby & Mulingen.
Justus Güntherus Comes & Dominus in Barby & Mulingen.
Bartholdus Krakenitz, Nobilis.

REC-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0288-5
DFG

RECTOR *ANNO*

PRO-RECTOR IX. DANIEL SENNERTUS, Uratislav. Philosoph. & Medicinæ Doctor ac hujus Prof. Publ. *CHRISTI 1605. d. Luc.*

Inscripti 217.

Inter Inscriptos

Petrus Kozminsky, Eques Pol.
Iohannes Kurczbach de Zavvada Pol.
Matthias von Lattorff zu Klicken.
Iohann. Ernestus von Klöden zu Regessen.
Benno Pflugk.
Gabriel de Warnstede Megenburgens. March.
Hiobus: Fridericus à Saltza in Eberspach. Fratr. Silesij.
Conrad. Heinric. à Schenck Wiedebach.
Matthias Fridericus à Kalenbergen.
Andreas Canuti Alburgensis Danus.
Joachimus: Paridam. à Campo Hamburg.
Hieronymus à Kysenvvetter Dittersbachensis.
Casparus à Bockvvolt. Holsatus.
Conradus à Nimitz, Silesius.
Theodoricus à Seidlitz, Silesius.

RECTOR *1606. d. 1. Maij.*

Consentiente

Illustrissimo Principe & Domino, Domino

AUGUSTO

Duce Saxoniæ Postulato Episcopo Naumburgens. & Cicensi, Landgravio Thuringiæ Marchione Misniæ &c.

Laudatissimorum Saxoniæ Ducum &c.

AUGUSTI ELECTORIS NEPOTE.

CHRISTIANI I. ELECTORIS FILIO.

Domino nostro Clementissimo, tunc.

RECTORE

Suffragantibus, omnium & singulorum Professorum Publicorum votis, eligitur & publice proclamatur

ANNO CHRISTI 1606. d. 1. May.

PRO-RECTOR X.
&
Propridiè Calendarum Junij
Illustrissimo Principe & Domino, Domino
AUGUSTO

Episcopo Naumburgensi & Cicensi Duce Saxoniæ &c. Rectoratus per annos quatuor cum semisse, magna cum laude, magnaq; cum felicitate gestum ἀξίωμα atq; fasces omnibus & singulis Professoribus in arcem convocatis clementissimèque exceptis restituente,

RECTOR

Academiæ Wittebergensis declaratur MELCHIOR JÖSTELIUS, Dresdensis Phil. & Med. D. Mathematicus & Prof. Publicus.

Inscripti 432

Inter Inscriptos

Henricus â Geisler, Silesius.
Sigismundus Finckelthusius, Lipsensis postea J. U. D. Facult. Jurid. Ordinarius & Consul. Lipsiæ.
Henningus â Rammin, Marchicus.
Joachimus Heinrich Kfeller von der Sachsengrün/Bohemus.
Sigismundus â Warnsdorff, Silef.
Erasmus â Getsdorff.
Theodorus â Jetza, Marchicus.
Justinus Hogius, Danus Nobilis.
Reinhardus Bakius, Magdæburg. postea Theol. D. & Ecclesiæ Cathedralis ibid. Concionator primarius.
Erentreich: Johannes Joachimus â Burckdorff Marchici.
Arnoldus: Fridericᵘˢ ab Hagen, Marchiaci.
Iohannes Georgius â Lüderitz, March.
Joachimᵘˢ â Carlevvitz, Magdæburg.

RECTORE
MELCHIORE JÖSTELIO, D.
sequentes inscripti

Samuel ab Holtzendorff, Lusatus.
Christianus Kysenvvetter, in Dietterspach.

Geor-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0290-9

Georgius Sobeck â Komitz ex Ducatu Teſchingenſi.
Tycho Sandberg : Magnus Lycke, Nob. Dani.
Iohannes Boravsky, Eques Litvanus.
Iohannes Levinus ab Embden Saxo.
Iohann Friderich Moltzan, Alberti filius, Eques Pomeranus.
Chriſtophorus Henricus â Stechovv.
Henricus von Winſen / Hamburg.
Iohannes â During. Bremenſis.
Daniel â Rönnebeck, Marchicus.
Juſtus von der Becke / Stadenſis
Euſtachius Adrian° â Wülfen Saxo.

ANNO CHRISTI

RECTOR

WOLFGANGUS FRANTZIUS, Plavenſis Voitlandus SS. Theol. D. & Prof. Publ.

1608. d. Luc.

Inſcripti 234.

Inter Inſcriptos

Petrus Wierzbieta Biſtenpsky Eques Pol.
Maximilianus Liber Baro â Sebuſina.
Iohannes Kametzky de Elſtibortz Libochovvanius Bohemus.
Petrus Putkamer : Otto â VVedell, Nobiles Pomeran.
Stanislaus Kurtzbach de Zavvada, Nobilis Polonus.
Theodorus ab Oeſede, Flensburgenſis.
Zabel Staffeldt, Nobilis Megapolit.
Joachimus Chriſtophorus â Luderitz.
Chriſtophorus â Trandorff, Budiſſinus.
Lucas Kurtzbach de Zanrada Eq. Pol.
Conrad° : Erneſt° von Borſſdorff.

RECTOR

BARTHOLOMÆUS REUSNERUS, Urætislav. Sileſius J. U. D. & Pandect. Prof. Publ.

1607. d. 1. Maij.

Inſcripti 309.

Inter Inſcriptos

Iohannes â Gelhorn. Nobilis Sileſ.
VVernerus â Tieſſenbruch, Rigâ Livon.

Chri-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0291-5
DFG

ANNO CHRISTI

Christophorus ab Ronne, Bremens.
VVolfgang Sigmund â Reitzenstein.
Paulus Röberus, VVurcenas Misnicus, postea SS. Theol. D. Prof. Publ. Pastor & Superintendens VVittebergæ.
Iohannes Stephanus Lib. Baro ab Aursperg in Purgstall.
Güntherus: Julius: VVolfgangus Sigismundus Lib. Baro nes in Herberstain.
Iohannes Erasmus in VVildegg. Franciscus Adamus:
Iohannes Erenricus, â Neudegg Austriaci.
Georgius Nicolai: Juarus Nicolai â Sabij, Sueci.
Iohannes Canuti â Hedensio Suecus.
Alexander Camsæus de Banff Suecus.
bitorum ad omnem si quâ futura est, posteritatem nobilitare. Verè enim dies ille est dies boni nuncij, si tacuerimus, & noluerimus annunciare, sceleris arguemur. Instaurati sunt, inquit August. lib 3. de Civ. Dei cap. 18 ex autoritate librorum Sybillinorum ludi seculares quorum celebritas inter centum annos fuerat instituta felicioribusque temporibus memoriâ negligente perierat. Erant hi ludi Scenici, ait Ludovicus Vives Commentator Augustini, qui in honorem Apollinis & Dianæ exhibebantur. Sed quid nobis cum dæmoniis istis gentilium, aut quid cum ludis Scenicis? Cum Deo nostro, Patre misericordiarum, & cum Filio ejus dilecto, Domino nostro Iesu Christo, capite ac propugnatore Ecclesiæ suæ, nobis est hoc negotij, non in scenis ac theatris Poëtarum, sed in cœtu sanctorum confitentium nomen Domini. Indignum tamen ordine, indignum professione nostrâ esset, gentiles illos res suorum deastrorum tractare tantâ diligentiâ ne magis dicam an superstitione; & nos in mirabilibus Dei nostri tam extreme esse oscitantes, ut ne quidem semel in seculo majori cum solennitate memoriam eorum repetamus! Certet potius cum superstitione ipsorum nostra devotio, nec ulla temporum felicitas tanta sit, quâ memoria ista pereat. Quantâ cum festivitate, gaudio ac tripudio celebrarunt Iudæi dies Mardochaicos, ut in secundo lib. Macch. appellantur, h.e. dies Phurim, in memoriam præsentis beneficij divini, quo libertatem religionis receperunt, liberati ab excidio, quod Hamanus ipsis, projectione Phurim, hoc est, sortium, destinaverat? Erant hi dies decimus quartus & decimus quintus mensis Adar, de quibus scriptum est Esther 9. 28. Isti sunt dies, quos nulla unquam delebit oblivio, & per singulas generationes cunctæ in toto orbe provinciæ celebrabunt: nec est ulla civitas, in qua dies Phurim, id est, sortium non observentur à Iudæis, & ab eorum progenie, quæ his ceremoniis obligata est. Non minori cum lætitiâ transegerunt quotannis decimum tertium diem ejusdem mensis, cùm à tyrannide Nicanoris, qui manum suam contra templum Domini extenderat, liberati essent: ubi omnes communi consilio

ANNO CHRISTI

ANNO CHRISTI

silio decreverunt, nullo modo diem istum absq; celebritate præterire 2. Macchab. 15, 36. Et quis, nisi apertus veritatis hostis nostrum nobis gaudium invideat, quod Deus in corda nostra effundit, appropinquante jam die illo seculari ultimi Octobris, qui, ut Sybillinis verbis utamur, εἰς ἑπτακαιδέκατον κύκλον ὀδεύων, primus est stupendæ illius liberationis ex regno Anti-Christi, in quo abominabili nundinatione indulgentiariâ quasi sortes projectæ sunt in perniciem animarum: in qua Romani istius Nicanoris scelerata manus, quam contra Domini templum erexerat, ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehensa, & ex justo Dei judicio ancipiti gladio verbi divini per ministerium Beati Lutheri amputata, linguaque ejus contra Deum Deorum blasphema loquens, præcisa, & in æternam rei memoriam ad templum Domini calamis sanctorum Dei hominum suspensa fuit. O felicem illum diem, & sanctâ semper memoriâ dignum! quo Romana ista Iericho decretis Pontificum clausa, & potentia principum terræ munita, non externa aliqua vi, sed buccinis Iubilæi, h. e. doctrinâ Evangelij de gratuita peccatorum indulgentiâ propter solum Christi meritum impetrandâ corruit, suique contemtum nullo unquam tempore finiendum, in meliore Germaniæ parte multisq; aliis regnis ac provinciis, reliquit! Victoriam tam præclaram jam pridem multi magni nominis Imperatores atq; Principes minati sunt quemadmodum prædictum fuit, contra Anti-Christum præliaturum regem Austri, & quasi tempestatem venturum contra ipsum regem Aquilonis, in curribus, equitibus & classe magna. Sed & hoc prædictum est, Anti-Christum vim istam omnem superaturum, & ingressurum terras easq; contriturum, & pertransiturum etiam usq; in terram glorioſam Daniel. 11, 40. Non enim vi externâ, sed spiritualibus armis debellari debebat regnum Anti-Christi, & spiritu oris Christi interficiendus erat filius perditionis 2. Thess. 2, 8. Nam ut Angelus ad Prophetam loquitur fama eum turbabit ab oriente, & ab Aquilone Dan. 11, 44. fama nimirum præclara de Christo qui neq; auro neq; argento, sed pretioso suo sanguine indulgentiam seu redemtionem

nem à vanâ conversatione nostrâ nobis adquisivit. Quæ fama jam olim quidem ex orientalibus Ecclesiis Græcorum prodiit, quæ semper dominatui Papæ Romani, & exinde decretis etiam ejusdem in rebus fidei animosè restiterat longè verò clarior fama Papam superiori seculo terruit, cùm ad Aquilonem, h.e. in Germania nostra, & nominatim in hac Witebergâ, buccina Iubilæi Evangelici de gratuitâ remissione peccatorum contra indulgentias Papales insonaret. Tunc ceciderunt muri Romanæ Ierichuntis: tunc opprobrium fuit multis populis meretrix illa, cum qua scortati sunt reges terræ, & quæ vino iræ fornicationis suæ potavit omnes gentes: tunc Angelus ille per medium cœli volavit, habens Evangelium æternum, ut evangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum. Hujus sanè rei tam admirandæ ac divinæ memoria festivâ solennitate, adeoque planè jubilæo Ecclesiastico digna est, in quo non theatralis quædam pompa, nec sumtuum magnificentia; sed religiosa mentis devotio, sancta animi pietas, & indefessum Deo & posteritati gratificandi studium primas teneat. Rideant hoc institutum nostrum Papæ satellites Iesuitæ cum omni suo clero, struant insidias, excogitent dolos frabricent machinas, quibus sanctam hanc festivitatem interturbent, & ex Iubilæo nostro Ejuleum faciant: sed & Dominus Deus noster, qui in cœlis habitat, ridebit eos: qui sedet super Cherubim, manifestabit se coram Ephraim, Benjamin & Manasse: excitabit potentiam suam, veniet & salvos faciet nos: qui vineam suam plantavit inter nos, eamque toto hoc seculo conservavit, is & deinceps veniet, & visitabit eam, nec committet, ut eam prorsus devastent apri; modò nos quoque preces conjungamus, & communibus votis atq; studiis salutem Ecclesiæ sedulò quæramus: certè aderit nobis Dominus, non derelinquet pusillum gregem suum, sed erit murus igneus in circuitu nostri, robur atq; fortitudo in medio nostrum, ut confundantur omnes inimici, & pereant, qui gloriam Dei ac gaudium piorum impedire annituntur. In hunc finem Sereniſſimus ac potentiſſimus Elector

ANNO CHRISTI

ac

ANNO CHRISTI

ac Dominus Noster clementissimus pro sua pietate ultimum diem Octobris, quo seculum Reformationis Evangelicæ primum clandimus, unà cum sequentibus diebus huic rei peculiari Rescripto ita destinavit, ut in honorem Sacrosanctæ Trinitatis, in nostrum & totius posteritatis emolumentum in toto hoc Electoratu solenni festivitate celebrarentur, & hac occasione in scholis & templis repetatur, quàm miserabilis fuerit Ecclesiæ facies ante Beati Lutheri tempora, quàm felici cum successu per ministerium Lutheri ea maculata fuerit, & quam potenter inter tot furores mundi puritas verbi divini apud nos hactenus custodita. Quæ certè tanta sunt omninò beneficia, quæ nullo unquam tempore oblivione deleri debent, & hoc inprimis annuo recursu argumenta dicendi in omni orationis genere uberrima, materiam quoq; precandi ampliſſimam suppeditare possunt. Quod pium institutum, ut non tantum harum regionum incolis sed & exteris innotesceret, Serenissima ejus Celsitudo operæ pretium judicavit. Etsi enim non dubitat, quin omnes ex Anti-Christiani regni tenebris erepti hoc inprimis tempore immensum illud Dei beneficium etiam nemine monente accuratè ponderaturi sint: pium tamen & æquum existimavit, ut, cùm in hoc Electoratu Saxonico, Deo ità providente, primum omnium Jubar illud lucis divinæ splendescere, & repurgata religio caput extollere cœperit, Ipse quoq; tanquam harum regionum Dominus legitimus, præclaro pietatis exemplo facem præluceret, etiam hoc nomine grati in Deum animi pro singulari isto beneficio regionibus hisce collato, indicium præbens omnium piorum laude dignissimum. Hoc nimirum est cum Imperatore Theodosio magis de statu Ecclesiarum, quam de propriis periculis angi: hoc est cum Constantino, se conservum Episcoporum profiteri. Nam cum eorum inprimis, qui sacris præfecti sunt, proprium munus sit, tanti beneficij magnitudinem expendere, aliosque ut expendant, hortari: ecce tibi! Noster Serenissimus, tanquam extra templum Episcopus constitutus (ut Constantinus apud Eusebium loquitur: primum omnium se iis, qui intra tem-

templum sacris operantur, quasi ἐγκαίνια sistit, singulari & accuratâ Instructione præscribens, quibus ritibus festivitatem hanc Iubilæam in omnibus suis provinciis instituendam judicet, ut nostra erga Deum pietas & devotio acuatur, & ad seriam beneficiorum Dei, quæ νέα, quod ajunt, καινῶ hoc toto seculo in Ecclesiam suam effudit, considerationem nobiscum multi alij exstimulentur. Instructio illa alibi legitur integra: nos summa tantùm rei vestigia legemus: Principiò *Trigesimum Octobris diem profestum, & sequens triduum integrum a XXXI. Octobris ad II. Novembris usque solenne & festivum esse voluit, instar aliorum majorum festorum, tractationi rerum sacrarum in solidum destinatum: cujus solemnitas XXVI. Octobris, quæ erit Dominica XIX. post Trinit. Ecclesiæ publicè indicabitur. Singulis diebus illius triduj bina habebuntur conciones: feriâ primâ manè ex cap. XII. Danielis; vesperi ex Psal. LXXVI. juxta numerum Hebræorum. Feriâ secunda manè ex Apoc. cap. 14. versiculus sextus usq; ad decimum tertium, vesperi Psal. LXXXVII. Feriâ tertiâ, vel ordinaria Evangelij & Epistola Pericopæ, vel Psalmus XLVI aut XLIIX. aut similis aliquis textus pro concione tractabitur; & hoc pacto precibus & meditatione mysteriorum divinorum totum illud triduum in hisce regionibus, volente Domino, consumetur. Sequentes dies in Academiis velleti sunt dissertationibus & orationibus solennibus, quibus & horrendæ illæ tenebræ sub Papatu depinguntur, & lux è tenebris refulgescens in divino illo Reformationis opere ostendatur, & quam variis ac periculosis omnino scitibus navicula Christi hoc integro seculo circumagitata fuerit, indicetur, Deoq; pro tam potenti conservatione & admiranda amplificatione Ecclesiæ gratiæ agantur.*

ANNO CHRISTI

Quod ergo felix atq; faustum, totiq; Reipublicæ Christianæ salutare sit, vobis omnibus atq; singulis, quos pietas in Deum, reverentia in verbum ejus, observantia in magistratum, amor denique propriæ salutis devotos gratosque reddere potest hæc solennis festivitas Iubilæi Evangelici indicta esto. Agite vos, ô nostri, lætamini in Domino, exultate justi, jubilate Deo: Psalmum dicite nomini ejus, date gloriam laudi ejus, quia, ut hæc de suo nobis largiatur in re simili Gre-

ANNO CHRISTI

gorius, Granum frumenti mortuum cadens in terram multum fructum attulit, ne solum regnaret in cœlo, cujus morte vivimus, cujus infirmitate roboramur, cujus passione à passione eripimur, cujus amore fratres quærimus, quos ignorabamus cujus munere, quos nescientes quærebamus, invenimus. Et quis narrare sufficiat, quanta hîc lætitia in omnium piorum cordibus exoriatur, quod tot populi, operante omnipotentis Dei gratiâ, expulsis errorum tenebris, sanctæ fidei luce perfusi sunt, quod mente & devotione integerrimâ calcant idola, quibus prius vesano tumore subjacebant, quod omnipotenti Deo puro corde substernuntur, quod à pravi operis lapsibus sanctæ prædicationis regulis ligantur, quod præceptis divinis animo subjacent, & intellectu sublevantur, quod usq; ad terram se humiliant, ne mente jaceant in terra? Cujus hoc opus est, nisi ejus, qui ait: Pater meus usque nunc operatur, & ego operor? Qui ut mundum ostenderet non sapientiâ hominum, sed suâ se virtute convertere, prædicatores suos, quos in mundum misit, sine literis eligit, hoc etiam modo faciens, quia in Germanorum gente per infirmum Monachum MARTINUM LUTHERUM, & fideles ejus συμμύστας mysteria sua operari dignatus est. Sed de his & similibus plura suppeditabit instans FESTIVITAS JUBILÆA, pro cujus felicissimo exortus, ut omnes veræ pietatis, divinæ veritatis, salutisque suæ amantes seriis animi suspiriis ad Deum ingemiscant, eamque devotâ cum reverentiâ celebrent, per vulnera Jesu Christi, per roseum ejus sanguinem per propriam deniq; cujusque salutem obtestamur. Ita benedicetur Deus Pater in nobis, glorificabitur Filius Dei, & honorabitur Spiritus Sanctus; cui uni vero Deo sit honor, gloria & imperium in infinitas seculorum æternitates. Amen.

P.P. WITTEBERGÆ, sub Rectoratu BARTHOLOMÆI REUSNERI, Uratislaviensis Silesij, U.J.D. & primariæ Iudiciorum materiæ Professoris publici, Juridicæ Facultatis Ordinarij & Senioris, Dominicâ XII. à Festo SS. Trinit. quæ erat 7. Septemb. stylo Juliano, ANNO CHRISTI SALVATORIS M.DC.XVII.

REC-

AUGUSTUS BUCHNER, Dresdensis.

Inscripti 289. d. 1. Maij.

Inter Inscriptos

Iohannes David von Hopkorff.
Bernhardus von Innersleben.
Ioachimus Henricus ab Ilow.
Parmeno Brummer, Nobil. Saxo.
Wolfgangus â Trosckke / Eq. Sil.
Wilhelmus â Zöllen / Golding. Curlandus.
Christianus: Iohann. Benedictus Carpzovij, Wittebergenses, illæ postea J. U. D & Prof Francof. hic SS. Theol. D. & Prof Lips.
Carolus: Augustus Carpzovij, hic posteâ J. U. D. & nunc Cancellarius Coburgicus.
Fridericus â Belovv, Boruss.
Leonhardus Fridericus: Ioh. Christoph. Hoe ab Hoenegk.
Antonius Godofredus ab Vchteritz.
Rudolphus â Reppichau, Pruslus.

Sub eodem Rectoratu de motu Pragensi & aliis ista notavit Rector, & Comicis Senariis inclusit.

DUm Sceptra gessi Buchnerides Academica.
Hæc contigere, digna scire posteros,
Ut explicabo his Comicis senariis
Pragæ, Bohemis quæ audit urbibus caput.
Vigente Majo flos coit Magnatium,
Eo excitatus Cæsaris jussu sui.
Jamq; arce summâ congregarant, tum nova d. XIII.
Et magna prorsus accidit res; Cæsaris
En per fenestras quinque Legati in solum
Mittuntur extrà, proditores Patriæ
Hostesq; pacis quomodo lex adjubet
Punire priscæ, ut ajunt: atq; eos quidem
Fuisse tales asserunt: verè, an secus,
Non disputo; ipsi viderint, quiq; omnia
Solent putare, & veritatem ab infimo

ANNO CHRISTI

Elicere puteo. Sed quid hinc? Bohemia
Mox ardet omnis turbat, atque arma arripit,
Contraq; Cæsar: unde exoritur pestilens
Utrinq; bellum longisq; luendum malis.

d. XXII. *Præcipite Mense Junio fratres duo.*
Proles NYMANNI, in hac qui quondam Academiâ,
Artem professus medicam & docuit publicè.
MEDENTIS alter, THEOLOGI alter lauream

d. XXIII. *Doctoreosq; capiunt titulos publicè.*
IOH. TANDLERI. Med. D. & Prof. *Ex quis medendi gnarioris mox in locum &*
Professionem Vitrici submittitur,
Herbarum ut indolem atq; vires insitas
Prodoceat explicetq; pubi Apollinis.

d. XXII. XXXIV. *Septembri Mense sub Decano GUTKIO*
Sophiæ Magistri tot creantur, quot volut
Luna una luces, quotq; priscis Gratiæ.

d. XIII. *Paullo ante quidam gente Saxo sed domo*
Goslariensis, qui JOHANNES nomine
MARQVARDUS atq; dictus, ut non utilis
Abscinditur pars corpore hoc de Academico,
Atq; in perpetuum exesse jubetur his sacris.
Hic præter alia, de quibus factus reus,
Commissa scelera, pervicax contemserat
Nomen suum referri in acta publica,
Et rite fieri rite juratâ fide
Hac civitate civis literariâ.
Sic præmia virtus accipit, pœnam scelus.

RECTOR:

1618. d. Luce. WOLFGANGUS FRANTZIUS Plavensis SS. Theol. D. & Prof. Publ. ac Ordinarius, Templiq; Arcis, seu Academici Præpositus.

Tertium Rector.

Inscripti.

Inter Inscriptos.

Melchior ab Hünicke.
Ludovicus de Olizy Luxenbochensis.
Bernhardt von Eitzen Schlevvicens.

Theo-

Theodoricus Wilhelmus à Beichlingen.
Joachimus Friderici à Götze Nob. March.
Benno Fridericus: Fridericus Heino: VVolfgang Theodoricus, Brand à Lindau Nob. Sax.
Georgius Rudolphus: Henricus Casimir9 Metzsch. Nob. Anhalt.
Arnoldus Ludovic9: Ernestus Johannes Georgius: August9 Cuno à Lochau Nob. Sax.
Iacob9: Olaus: Georgius Seefeld Nobiles Dani.
Achimus à Bredovv.
VVarner Puteamer Nobil Pomer.
Albertus Eustachius: Stephanus Ludovicus: Christianus Fridericus: Udalricus Sigismund à Quitzovv, Nobil. March.
Hans von Platen Nob. Pomer.
Heinrich von Einsiedel auff Brissnitz.
Ioachimus à Sahla.
Georgius: Henricus Abrahamus à Luckovvin.

ANNO CHRISTI

RECTOR.

LUCAS BECKMANNUS U. J. D. & Prof. Publ. Serenissi. ac potentissi. Electoris Sax. aliorumq; Principum Consiliarius, Regij per inferiorem Lusatiam, ut & Ecclesiastici atq; Provincialis Judicij Assessor. 1619. Cal. Maij.

Inscripti 329

Inter Inscriptos.

Johannes Dietricus à Schleinitz.
Johannes Henricus: Arnoldus Fridericus à Stammer.
Nicolaus: Ericus Brue Nobiles Dani è Fioniâ.
Iohannes Fridericus: Volradus Davier à Neegen.
Polycarpus Lyserus Jun. Lipsi. postea SS. Theol. D. Prof. & Pastor Lipsi.
Carolus Sobeck à Kornicz Nob. Sil.
Iohann. Friderici: Ioachimus Ernestus à Wentzky.
Georgius Francisci à Schweinichen.
Christianus von Berge Anhalt.
Christoffel von Dachröden.
Adamus à Voss Nob. March.
Ioachimus Sigismundus à Löben Nob. March.
VVolfgangus Sigfridus: Sigfridus: Innocentius à Lüttichau Nobiles Missn.

ANNO CHRISTI

VVolff Magnus Lösser vff Lebussa Postea Curiæ Electoralis VVitteb. Assessor.
Joachimus Abrahamus à Sahla Nobil. Misn.
Nicolaus: Iohannes à Boya Nobiles Sil.

RECTOR.

1619. d. Luce.

VVOLFGANGUS SCHALLER Freibergens. Philos. & Med. D. ac Prof. Publ.

Inscripti. 178

Inter Inscriptos

Georgius Sigismund° à Mordeisen.
Mauritius Frideric° à Wedel Neomarch.
Johann-Christoph. L. B. à Kocktitz & Lublinetz.
Hartvvig à Rhovvedel Nobil. March.
Erasm°: Eustachi°: Wolfgangus von Schönebeck March.
Melchior: Cuno Henricus: Johannes Christoph.: Joachimus Ernestus Catte. Nobiles.
Johannes Henricus Cuno Ludovicus à VVerder.
Johannes Christoph. Osvvaldus: Fridericus à Mollendorff.

RECTOR.

1620. Cal. Maij.

M. REINHOLDUS FRANCKENBERGERUS Wittebergensis Historiar. Prof. Publ.

Inscripti 434

Inter Inscriptos.

Nicolaus Oesterreicher, à Lovventhal Bohemus.
Cuno à Siele Brandenburg.
Ilengingus à Meding Luneburgens.
Casparus von Otterstette auff Genschagen.
Daniel von Anckum Osnabrug. Westphal.
Christoff Zastrovv Nobil. Pomer.
Johannes Henric° von Minckvvitz Lusatus.
Hanß Jurg von Platen Pomer.
Jobst Dieterich von Biessing.
Ludovicus von Biessing auff Cöberitz.
Johann Ehrenreich Ostermau Zörbigensis. Postea Græcæ Linguæ P. P. hic.
Christophor° ab Hunicke Jenhelensis.
Henricus Otto de Thumen: Levinus de Thumen: Melchior à Gröben Gesin.

Henri-

Henricus Joachimus à Gröben Golm.
Johannes Christoph. Liber Baro à TSCHERNEMBL.
Henricus à VVida Rostochiensis Megapolitan.
Andreas Hans Lindenaw Nobiles Dani.
Hilmarus à Zesterfledt Bremensis Saxo.

ANNO CHRISTI

RECTOR.

BALTHASAR MEISNERUS S.S. Theol. D. & Prof. Publ. — 1620. d. Luc.

Inscripti. 279

Inter Inscriptos.

Christophorus Albertus: Georgius à Kunheim. Nob. Borussus
Iohann. Mochinger Dantisc. postea Eloquentiæ Professor in Gymnasio ibid.
Georg. Nimrod à Neuhaus Eq. Austriac.
Christoph. ab Hackeborn. Nob. Saxo.
Christian⁹ à Schlieben Nob.
Achatius à Krosteyvitz Nob. Misnic.
Michaël Borntin Nobil. Pomeran.
Simon du Pois de Belleforest Genevensis Allobrox.
Arnoldus Heinricus: Daniel à Treskau. Nob. March.
Balthasar: Gottfrid⁹ Meisneri. Rectoris filij. Ille Posteà Facultatis Philosoph. hic Adjunctus. Hic SS. Theol. D. & Superint. Hayn.
Hector à Pirch Nobil. Pomer.

RECTOR.

ERASMUS UNRUH U. J. D. & Prof. Publ. — 1621. Cal. Maij.

Inscripti. 371

Inter Inscriptos.

Iohannes Georgius à Snideif Eq. Sil.
Andreas Sauer ad Kosiak in Schönstain & Wöllan Eq. Styr.
Gebhard⁹: August⁹ à Lochavv Nobiles Sax.
Georgius à Wentzky Sil.
Christophorus à Gelhorn in Petersdorff Sil.
Georgius Sigismund⁹ à Reitzenstein.
Otto Fridricus à Moltken Nob. Megapolit.
Gotfridus: Job Bernhardus à Mucheln.
Liborius: Simon von Munchausen Schaumburgensis.
Nicolaus à Schönberg.

Daniel

ANNO CHRISTI

Daniel: Iohan Adam de Straus Nob. March.
Sigismundus: Iohan Christophorus à Sack. Equites Neomarchici.
Theodoricus à Lesgevang Nob. Borussus.
Hieronymo von Dassel Lunæburga Saxo.
Georgius: Nicolaus von Winterfeldt.
Wasmundus à Meding Nob. Lunæburg.
Michael Schneider Bitterfeld. postea Philosophiæ practicæ P. P. hic.
Conradus Victor Schneider, postea Med. D. & P. P. hic
Gottfriedt Schneider, postea J. U. D. & Friderici Holsat. Principis Consiliarius.

RECTOR.

1621. die Lucæ. GEORGIUS NYMMANNUS Phil. & Med. D. Botan. & Anatom. Professor Publicus.

Inscripti. 158

Inter Inscriptos.

Antonius von Wingene Mulhusinus Tyrig.
Daniel Henricus à Rochavv.
VVedige von Platen Nobil. Rusianus.
Iohannes Friderici à Britzke.
Adam Wigand von Steinweiv Eq March.
Andreas Sternbergius Nob. Brand Megapol.
Georgius Henricus: Christophoro Preuß in Ickendorff.

RECTOR.

1622. Cal. Maj. JOHANNES AVENARIUS J. U. L. & Eloquentiæ P. Publicus.

Inscripti. 279

Inter Inscriptos.

Georgius Bentelius à Lattenberg Tecinens. Bohemus.
Martinus Ciba Theyffalvi Nob. Ungarus.
Petrus Hillebrandt von Zienborff March.
Achilles Sigismundus von Glauburg Francofurtensis.
Wernerus von der Schulenburg.
Nicolaus Krabbe Tagonis Nobilis Danus.
Magnus Linstovv Nobil. Megapol.
Asscanius Statis: Hilmarus Otto: Johannes Augustus ab Asseburg Nob Sax.
Sigismundo ab Unruh Eq. Sil.
Johann Albrecht Keck von Schwartzbach Magd.

M. Meno

M. Meno Hannekeni⁹ Bauth. Frif. poſtea SS. Theol. D. & Paſtor Lubec.
Johannes Scharfius Croppenſtad. Saxo, poſtea SS. Theol. D. P. P. Facultatis Senior Templiq; ad Arcem Præpoſitus.
Chriſtianus von Theler.
Ertman von Wulffen.
Chriſtianus: Johannes Chriſtophorus à Pölnitz. Eq. Miſn.
Wolfgangus Theodoricus à Taubenheim Eq. Miſn.
Melchior Chriſtor⁹ à Morengen Eq. Thuringus.
Abram: Liborius von Münchhauſen Schaumburgo-Weſtph.

ANNO CHRISTI

RECTOR.

NICOLAUS HUNNIUS Marpurgenſis S. S. Theol. D. & Profeſ. Publ. 1622. d. Luc.

Inſcripti 145

Inter Inſcriptos.

Stellanus von Leipzig Nobil. Miſnicus.
Fridericus Fridrich von Wicht Friſius.
Henric⁹. Liber Baro à Waldſtain.
Petrus von Wegen Sunden. Pomer.
Johann. Sigfridus à Rüttichavv. Nob. Miſnic.
Danß von Bodenhauſen Nob. Brunſv.
Cuno Hahn Nob. Miſnic.
Jobſt von Dranßfelde: Jobſt von Hardenberg Göttingenſ.
Gabriel: Georgius Fridericus Henckel à Donnermarcke Vienn.

RECTOR.

JEREMIAS REUSNERUS Leorinus Sileſius U. J. D. & Profeſſor Publicus. 1623. Cal. Maij.

Inſcript. 537

Inter Inſcriptos.

Henricus à Freiberg Nobil. Anhalt.
Hartman V Volff von Guttenberg.
Juſtus Balthaſar: Chriſtianus Wilhelmus à Welchhauſen/ ille poſtea Curiæ Provincialis V Vitteberg Aſſeſſor.
Chriſtophorus Hainius à Lewenthal Reichenbergenſis Bohemus.
Chriſtoff von Hunigke ex Archi Epiſc. Magdeb.

ANNO CHRISTI

Johannes Junior ab Haye Pragenus.
Joachimus Dietericus von Strelendorff Nobil. Megapolit.
Georg Arndt von Stamer Wormlizensis Saxo.
Herman von der Becke Bremensis.
Balthasar Theobaldus à Beinderff Salzensis Saxo.
Joachimus von Barnewitz Marchicus.
Fridericus Ulldericus à Belthem Eques Brunovicensis Saxo.
Johann à Münchhausen Eq. Brunsvic. Saxo.
Johannes à Nussen Lubecens.
M. Johannes Cyprianus Kozelius à Pechlinovvecz Prag. Boh.
Gottfridus Olearius Halâ Saxo. postea SS. Theol. D. & Pastor ibid.
Michael Ledererus Witteb. postea J. U. D. Facultatis Assessor & Consul Oppidanus.
Tobias Thabor Budissâ Lusatus postea J. U. D. & Prof. Argentorat.
Jacobus Weller Neukircho. Variscus, postea Theol. D. & Serenis. Sax. Elect. à Concion aul. primarijs.

RECTOR.

1623. die Luca. DANIEL SENNERTUS Uratislaviensis. D. Fac. Med. P. & Senior.

Inscripti 241

Inter Inscriptos.

Michael Sennertus Witteberg. postea Med. D. & P. P. hîc.
Tobias Mevius Jutreboc. postea J. U. D. Consiliarius Barbyensis & Curiæ Electoral. Witteb. Advocatus Ordinarius.
Albertus Ludovicus Schenck/ Herr von Landesberg.
Joachim⁹ Frideric⁹ Schenck/ Herr von Landesberg.
Iohan Christophorus à Götz Nob. Sil.
Iohannes Felix Cœlestinus â Freyfeldt Pragâ-Bohemus.
Ehrnreich Kurtzleeb à Meiselberg Nob. Styr.
Petrus â VVlkanovâ. Bohem.

RECTOR.

1624. Cal. Maij. M. LAURENTIUS FABRICIUS Dantiscanus. Hebrææ Linguæ Prof & Facultat. Philosophicæ Senior.

Inscri-

Inter Inscriptos.

Johannes Abrahamus Runge. Eq. Misn.
Adolph Wilhelm von Krosigk Nob. Anhalt.
Georgius Christophorus von Krosigk Nob Anhaltin.
Fridricus ab Holstein Holsatus.
Michael â Lith Bremensis Saxo.
Arnold9 â Düringk Bremensis Saxo.
Iohan Georgius â Scheplitz.
Henricus de Sebottendorff Eques Silef.
Gothofrid⁹ â Micheln Eques Misnicus.
Iohannes Adolphus â Krosigk Eq. Anhaltinus.
Iohannes Wilhelmus â Völlen Frisius.

RECTOR.

JACOBUS MARTINI S.S. Theol. D. & Professor Puplicus. 1624. d. Luc.

Inscripti 124

Inter Inscriptos.

Enno V. Winsheim Frisius.
Francisc9 August9 ab Estorff.
Adam Friedrich Schönberg.
Georg Henrich: Christoph. Greuff.
Franciscus Roman9 Lipf. postea J.U.D. ibidemq; Prof. Publ. &c.
Wolfgangus Heinricus: Iohannes Wilhelm â Leipzig in Leipnitz & Bönckvvitz.
Caspar Kottulinßky von der Jeltzsch auff Banckowitz/Gilichen / Wensowitte vnd Schmograu.
Mauritius Kottulinßky von der Jeltzsch auff Grampschütz.
Adam Kottulinßky von der Jeltzsch auff Banckowitz/Gilichen / Wensowitte vnd Schmograu.

RECTOR.

CONRADUS CARPZOVIUS U.J.D. & Prof. Publ. 1625. Cal. Maij.

Inscripti 218

Inter Inscriptos

Adam von Bröfigk.
Stephanus Hermannus â Schkölen.
Polycarpus: Enoch Heilande Lipf. postea J.U. Doctores.

ANNO CHRISTI

Iohannes Friderico â Reideburg: Iohann-Abraham â Schottendorff: Christophorus â Seidlitz Equites Silesij.

Iosua Francisc⁹ Pottkammerus: Antonius Hadrianus Maslovv Nob. Pomerani.

Iohannes von Baruth Eques Silef.

Hermannus von Ginckel Aalburgensis Danus.

Ernest⁹ Mauriti⁹ ab Arnstedt.

Iohann. Heinricus â Werder.

Cimo Wolfgang. ab Arnstedt.

Mauritius â Werder.

VVolfgangus Ernestus â VVerder.

Hieronym⁹ Gotfrid â VVolfersdorff

R E C T O R

1625. d. Lucæ. VVOLFGANGUS SCHALLER Phil. & Med. D. Ac Professor Publ.

Inscripti 119

Inter Inscriptos.

VVernerus von der Schulenburg: Nob. March.

Achatius: Levinus von der Schulenburg Nob. March.

Ioachimus Christophorus â Schulenburg.

Ludolff von Bißmarck March.

Iacob von Schierstädt Nobil. Sax.

M. Iohannes Georgius Dorscheus, Argentorat. postea Theol. D. & Prof. ibid. hodie in Acad. Rostoch. Prof. Primarius.

Cornelius Crull Halberstad. postea J. U. L. P. P. & Consistorij Ecclesiastici Assessor.

Chrysostomus Schultz Leorinus Silesius postea JC. & Scabinatui Uratisl. â Secretis primarijs.

Sub Pro-Rectore.

CONRADO CARPTZOVIO U. J. D. & P. P. inscripti sunt.

VVolfgang⁹ Adolph⁹: Mauritius Heinric⁹: Joachimus Ehrenfridus: Christophorus Siegfridt Panschman â Steinbach in Jesenitz.

Dieterich: Hans Christian: Caspar Ernst: Hans George von Bröstke.

R E C T O R.

1626. Cal. Maij. GEORGIUS VVECKERUS Phil. & Med. D. Ac Professor Publ.

Insert-

Inter Inscriptos

Albertus von Günteradt.
Georgius Fridericus â Lochovv. Ludovici in Leitz & Rheinsberg Canon. Magd. filius.
Georgius Ludovicus â Lochovv. Henrici p. m. in Seedorff & Reinsberg Canonici Halberstad. filius.
Bernhardus Heinricus â Lochovv. Iohannis Georgij auff Lubbenitz filius, Misnic.
Hans Christoph von Polenz Nob. Lus.

RECTOR

BALTHASAR MEISNERUS SS. Theol. D. & Prof. P. 1626. d. Luce.

PRO-RECTOR.

GEORGIUS VVECKERUS Phil. & Med. D. ac. Prof. Publ.

Inscripti 132

Inter Inscriptos

Albertus Hermann â Schulenburg Theodorici p. m. Filij Nob. March.
Conradus Christianus Heinricus â Börstel. in Bletzka & Gisle. Nob Anhaltini.
Abraham Benno â Lüttitz Eq. Lusat.

RECTOR

GOTTFRIDUS REUTER. Betterfeldâ-Saxo. J.U.D. & P.P. nec non Curiæ Provincialis Assessor. & Illustriss. viduar: Electoralis Saxoniæ in Lüchtenburg & Principis Anhaldinæ in Cossvvigk &c. Consiliarius. 1627. Cal Maij.

Inscripti 267

Inter Inscriptos

Georg Otto von Buruhe: Balthasar von Tzschammer/ Equit. Sil.
Georg Friedrich von der Osten/ Nob. Pom.
Christoff Albrecht: Johan Ernst/ gebrüder von Schlieben/ Hansen Friedrichs von Schlieben auff Hemißdorff. Filij.
Wolff Lüttichaw in Zornau, Hannibalis filius, Eq. Misnicus.
Ioachim-Caspar von Seele in Greffendorff.

ANNO CHRISTI

De Statu Academiæ & obitu D. Friderici Balduini, hæc notata sunt.

Visa nonnihil res Academiæ mutari in melius. Namq; & Scholasticorum adcrevit numerus, & nemo eorum toto isto tempore (res rari exempli) vel morbi agritudine, vel alio mortis genere extinctus est. Vacasset q; omnino Academia interno, ut ve dicam, luctu, nisi ipsa initia nostri gaudy luctuosus per quam & nunquam satis deplorandus casus temerasset, cùm ipsis Kalendis Maiis, ipsa illa horâ, qua Magistratu abiturus Prædecessor noster, Pro-Rector, pro Concione publicè in templo arcis verba faciebat, incomparabilis doctrinâ, prudentiâ, gravitate Vir FRIDERICUS BALDUINUS, *S.S. Theol. D. ac Prof. Primarius, nec non Ecclesiæ hujus, adeoq; totius Paræciæ Electoralis, Antistes ac Pastor longè vigilantiss. bene meritiss., cum maximo Christiano orbis damno, rebus mortalium eximeretur. In ejus locum magna cum solennitate ad diem XVI. Augusti surrogatus est Reverendus atq; Clarissimus Vir,* PAULUS ROBERUS. *Wurzenas, S.S. Theol. D. & P. P. cui non ita pridem V. May, tertius in Theologorum ordine adsignatus fuerat. Quem Reverendus, itemq; Clarissimus Vir,* WILHELMUS LEISERUS *S.S. Theol. D. & Torgensis Ecclesiæ Pastor ac Superintendens hactenus, Serenissim. Electoris auspiciis, mox occupavit.*

1627. d. Luc.

RECTOR

GEORGIUS NYMMANUS, Phil. & Med. D. Botan. & Anatomic. Prof. Publ.

Inscripti 121.

Inter Inscriptos

Iohann Otto Haacke/ Nobilis Misnicus.

Georgius Ioachim von Weissenbach auff Elstertrebnitz Misnicus.

Henricus Sigismund[us] ab Unruh, Lusat. inferior.

Ioachimus Sigismundus à Bock, Nob. Marchicus.

Iohannes Christianus à Dölavv. Misnic.

Hauß Dietrich von Scheiding.

M. Godofredus Cundisius, Radeberg. postea Th. D. & P. P. Jenæ.

REC-

R E C T O R — ANNO CHRISTI

M. ERASMUS SCHMIDT. Delitianus, Græc. & Mathem. Prof. Publ. Alumnorumq; Electoralium Saxonicorum Inspector. 1628. d. 1. Maij.

Inscripti 375.

Inter Inscriptos

Georgius Fridericus à Lente Eques Brunsuic.
Franciscus à Meding, Eques. Lunæburg.
Iohan. Ernestus à Debitzsch, in Libenau, Eques Silef.
Adam à Schleinitz in Grödel. Eq. Misnicus.
Iohannes Casparus à Miltitz, Eq. Misnicus.
Iohannes Sigismund: Georgius Wilhelmus à Redern. Eq. Marchici.
Christophorus Rothenburg, Eques Silef.
Christian° Sigismund° Graff, Lichtenburgicus, posteà I.U.D. & Practicus Dresda.
Ægidius Strauchius, posteà Med.D. & Practicus.

R E C T O R — 1628.

JACOBUS MARTINI, S.S. Theol. D. & Prof. Primarius Facult. Theol. Senior & p.t. Decanus Templique Arcis Præpositus ac Consistorij Ecclesiastici Assessor. d. Luca.

Inscripti 183.

Inter Inscriptos

Augustus Friderich: Damianus von Seidewitz

R E C T O R

HENNINGUS GROS/U.I D. & Professor Publ. 1628.

Inscripti 303 d. 1. Maij.

Inter Inscriptos

Andreas Prießaur/ Nob. Megapolitanus.
Iohannes Rœrzar à Devvina Pragensis.
Rudolphus: Ioachimus Fridericus: Iustus Christophorus Brand, à Lindavv.
Otto Heinricus: Iohann. Georgius à Köseritz.
Augustus Rudolphus à Köseritz.
Leonhardus à Steinbock.
Georg Rudolff Marschalch Thuringus.
Wolff Heinrich: August° Ernst: Apell Köhler/ Nob. Sax.
Bernhardus Ludolphus Kanne.

Iohan-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0339-1 DFG

ANNO CHRISTI

Iohannes Christophorus à Kōrbitz, Nob. Misnic.
Ioachimus à Loss. Nob. Misnicus.
Schyveipoldus von Brandenstein.
Hauboldus à Brandenstein.
Christophorus à Lindtstedt, Eq. Pomer.
Henricus Nicolaus à Seidlitz, Silesij.
Iacobus à Wins. Silesius.
Conrad Dietrich von Klotow:
Hieronymus Georg von der Osten / Nob. Megap.
Ioachimus Deckerus, Brandenburg. March. posteà I. U.D. ejusdemq; Prof. Publ. in Acad. Francof.
Arnoldus Stille / Hannoveranus; posteà I.U.D. & Facult. Iurid. in hac Acad. Assessor.
Franciscus Schaper, Brunsuic. posteà I.U.D. & Reip. Oppidanæ Consul.
Petrus Rhebinderus, Lubecens. posteà S. Theol. D. & Past. Lunæb.
Balthasar Fünsterus, Lubenâ Sil. posteà I.U.D. & Consiliarius Brandeburg.
Nicolaus Schuss / Sedin. Pomer. posteà Med.D. & Archiater Succ.

Sub hoc Rectoratu & Anno 1629.

Fastigium novum Turriculæ Cochleatæ testidinis, quâ in Collegium vetus, quod monachis olim Augustiniani Ordinis Cœnobium præbuit, ex ipsâ aream ascenditur, imponendum esset, in Sphærâ æneâ, quæ supra collocata fuerat hactenus, hæc, quæ sequuntur, in chartâ Pergamenâ perscripta, inventa sunt.

Hæc domus initio extructa est sumptibus Illustrissimi Principis ac Domini, Domini FRIDERICI Tertij Cognomento Sapientis, Ducis Saxoniæ Septemviri & Archimarschalli, Sacri Romani Imperij, Landgravij Turingiæ, Marchionis Misniæ Burggravij Magdeburgensis &c. Anno à nato CHRISTO Salvatore M.D.II. Extructa fuit autem hoc consilio, ut esset Cœnobium Monachorum è familiâ eorum, qui se professi sunt sectatores Augustini, Religionem & Leges hujus familiæ cum amplexus esset MARTINUS LUTHERUS, Erphordiæ Anno à nato CHRISTO M.D.IV. Adductus verò pietatis studio, quarto anno ab ingressu in Cœnobium, isthinc huc commigravit. Ejus mi-

gratio-

grationis hæc fuit occasio. Reverendus Vir STUPITIUS S. Provincialis familiæ, ut vocabatur eo tempore, quia exordia Academiæ Vitebergensis adjuverat, cupiebat etiam in Academiâ recenti studium Theologicum excitare. Cum ergò explorato ingenio & eruditione Lutheri deprehendisset, unum inter omnes hunc maximè ad doctrinæ Sacræ enarrationem idoneum fore, Erphordiam hunc cum traduxit annum agentem vicesimum sextum, anno Christi M. D. IIX. LUTHERUS cum dissidiè docendo, concionando & disputando acuisset ingenium, auxisset doctrinam & confirmasset judicium, & arderet pietatis studio, irritatus impiis & nefariis concionibus Tecely Dominicani, impudentissimi Sycophantæ, qui venales indulgentias in his Regionibus circumferebat, editis Propositionibus oppugnare eorum & commenta indulgentiarum cœpit. Affixit autem Theses ad fores templi, quod arci contiguum est. Anno Christi M.D.XVII, Ibi cum Tecelius convocato satellitio Monachorum & Theologorum in Lutherum non scripta tantùm impudenti Sophistica fucata ederet sed fulmina anathematum excuteret, necessitatem attulit Luthero de rebus iisdem copiosius disserendi, ac veritatem tuendi. Ab his initiis itaq; LUTHERUS ulterius progressus, paulatim & doctrinam Ecclesiæ Romanæ revocatam ad fontes Prophetticos & Apostolicos emendare sua & Collegarum opera, inter quos fuerunt præcipui PHILIPPUS MELANTHON, JOHANNES BUGENHAGIUS, Pomeranus, CASPAR CRUCIGER & mutare ritus impios ac superstitiosos cepit. Cum autem Monachi ex sacrâ doctrinâ rectius edocti de vitâ Christianâ, sponte Cœnobia deserverent, LUTHERUS hanc domum ex donatione Inclyti Principis JOHANNIS Ducis SAXONIÆ & Sacri Romani Imperij Septemviri, &c. fratris FRIDERICI, retinuit, ac possedit pro sua, quoad vixit. Decessit autem Anno M. D. XLVI. die Concordiæ, quæ est XIIX. Februarij, relicta Conjuge vidua CATHARINA, ex Nobili familia Misnicâ de Borr, tribus filiis, Johanne, Martino & Paulo, & unicâ filiâ Margaretha. Conjunx vidua maritum secuta est Anno M. D. LII. extincta Torgæ, quo secum Academiâ fugiente grassantem in hac Urbe pestem contulerat. Liberi à morte Matris possessionem Paternæ domus tenuerunt ad unum usq; M. D. LXIV. quo anno

ANNO CHRISTI

ANNO CHRISTI apud Illustrissimum Principem ac Dominum, Dominum AUGUSTUM, DUCEM SAXONIÆ, Sacri Romani Imperij Septemvirum & Archimarschallum &c. Benefactorem & Patronum, imò Patrem hujus Academiæ æternâ memoriâ dignissimum, impetratum est, ut sumptibus Suæ Celsitud. Compararetur Academiæ: & cum ruinosa esset ac vasta, ad usum publicum instauraretur. Ad hunc modum empta ab heredibus domus florenis ter mille & septingentis: refecta florenis pluribus ter mille, cessit Academiæ. Præfuerunt ædificationi CASPAR PEUCERUS, Philosophiæ & Medicinæ Doctor, M. MATTHÆUS BLOCHINGER, M. EUSEBIUS MENIUS, M. HENRICUS MOLLER, M. JOHANNES KNOR, præfectus Fisci. Fastigium hoc Cochleatæ testudini impositum est. Anno M. D. LXVI. die vicesima octava Novembris. DEUS æternus Pater Domini nostri JESU CHRISTI benefaciat vicissim Illustrissimo Principi AUGUSTO DUCI SAXONIÆ ac Septemviro, totiq; ejus posteritati, & universis ac singulis quorum intercessione & opera empti impetrata & confecta est, ac tueatur hanc Scholam, nec sinat eam dissipari peste, fame, seditionibus, dissidiis, bellis externis aut domesticis, nec sinat in ea exingui lucem doctrinæ suæ, propter unigenitum filium suum JESUM CHRISTUM, crucifixum pro nobis & resuscitatum, qui sedens ad dextram Patris regnat cum eo pari potentia, & tueatur ac custodiat Ecclesiam suam, in quâ nos ut maneamus ac posteritas nostra, toto precamur pectore. AMEN.

PROFESSORES ACADEMIÆ tunc temporis erant.

Eusebius Menius, Artium Philosophiæ Magister & Profess. Academiæ Rector.
Paulus Eberus, Theol. Doctor & Profess. Pastor Ecclesiæ.
Georgius Major, S. Theol. Doctor & Professor.
Paulus Crellius, S. Theol. Doctor & Professor.
Ioachimus à Beust, I. U. Doctor & Profess.
Iohannes Schneidewein, I. U. D. & Prof.
Michal Teuber, I. U. D. & Prof.
Vitus Vinshemius, I. U. D. & Professor.

Iohan-

Iohannes Major Ioachimus, S. Theol. Doctor & Poëta coronatus.
Vitus Vinshemius, Senior Medicæ artis D. Linguæ Græcæ Professor.
Caspar Peucerus, Medicæ artis Doctor & Profess. Academiæ primarius.
Paulus Heslus, Medicæ artis D. & Profess.
Abrahamus Werner Medicæ artis Doctor & Professor.
M. Iohannes Ferivarius. Artium Philosophiæ Decanus, Ethices Profess.
M. Sebastianus Theodoricus Mathematum Profess.
M. Matthæus Blochinger, Elementorum Linguæ Hebreæ Professor.
M. Erasmus Rudinger, Physices Profess.
M. Caspar Cruciger, Dialectices & doctrinæ Sacræ Profess.
M. Henricus Mollerus, Linguæ Hebreæ Prof.
M. Iohannes Pomeranus. Catecheta.
M. Albertus Lemeier, Rhetorices Profess.
M. Bartholomæus Schönborn, Elementorum Astronomiæ Professor.
M. Iohannes Knor, Academiæ Quæstor.
M. Iohannes Finck, Musices Professor & Organicen.

Ea ipsa structura quum jam refecta anno, quo diximus, Sphæræ stanneæ, quæ nunc in summo fastigio conspicitur, non tantum veterum monumentorum tabulæ, quas supra descripsimus, bonâ fide commendatæ iterum sunt, sed novæ etiam additæ: quarum exemplar hoc loco memoriæ Posterorum relinquere, bonum factum existimavimus.

Stet Turris isthæc firma ventorum minas
Contra furentes vasti & iram temporis!
Stet firma, & usq; tuta Musarum quies!
At nomen almi Numinis ter inclutum,
Nobis, verendæ qui crucis sacram notam
In fronte gerimus, impiam contra manum,
Sit murus æneus atq; turris ferrea!
Ut quicquid orbis frendat, extremum furens,

ANNO CHRISTI

Tamen Sionii mons amœna floreat,
Templum domusq́, dulcis invicti DEI.

NON DORMIT, QVI CUSTODIT.
QVI REGIS ISRAEL,
INTENDE.

Henningus Groß/ Wittebergensis U.I.D. & P. P. p.t. Academiæ Rector.

Jacobus Martini SS. Theol. D. P. P. & templi Arcis Præpositus ac Senior.

Paulus Röberus, SS. Theol. D. Prof. Pastor & Superintendens Witteb. ac circ. Elector. Ephorus generalis, p.t. Decanus.

Wilhelmus Lyserus, SS. Theol. D. P. P. & Alumnor. Electoral. Inspector.

Bartholomæus Reusnerus, U.I.D. & P.P. Facult. Iurid. Ordinarius ac Senior & p.t. Decanus.

Conradus Carpzovius, U.I.D. & P.P.

Ieremias Reusnerus, Leorinus Silesius U.I.D. & p.p. Curiæ Elect. Facult. Iurid. & Scabinatus Assessor.

Gottfridus Reuter, U.I.D. Pandectarum P.P. Curiæ Elect. Facult. Iurid. & Scabinatus Assessor, necnon Viduar. Illustriss. Elector. Sax in Lichtenburgk / & Principis Anhaldinæ in Cosswigk/ Consiliarius.

Daniel Sennertus, Uratisl. Sil. Phil. & Med. D. Facultatisque Medic. Prof. ac Senior, & Sereniss. Elect. Sax. Medicus p.t. Decanus.

Gregorius Nymmannus, Phil. & Med. D. ac PP.

Iohannes Georgius Pelshofer, Græcio-Styrus Med. Doctor & Prof. P.

Ambrosius Rhodius, Kembergensis Phil. & Med. D. ac Mathem. Superior. P.P. Collegij Philos. p.t. Decan.

Georgius Weckerus, Phil. & Med. D & P.P.

M. Erasmus Schmiedt/ Delitianus, Græc. & Mathem. Infer. P. P. ac Alumn. Elector. Inspector.

Iohannes Avenarius, U.I.L. Eloquentiæ P.P.

M. Augustus Buchnerus, Dresdensis, Poëtic. Prof. P.

M. Reinholdus Franckenberger/ Witteberg. Historiar. P.P.

M. Io-

M. Iohannes Scharffius Logic. & Metaphyſ. P. P. ANNO
Wilhelmus Nigrinus, Cadã-Bohemus, Prof. Moral. Publ. CHRISTI
M. Martinus Troſtius, Huxarienſis Linguar. Oriental. P. P.
Franciſcus Heſſus. Academiæ Notarius.
Michael Klette, Academiæ Quæſtor.
Andreas Franckenaw / Wittebergenſ. Academiæ miniſter publ.
M. Iohannes Petrus Rhaw / Oringenſis Hoënloico-Francus; S.S. Theol. Stud. & p.t. Academiæ miniſter Publ.

RECTOR.

Rector Academiæ Wittebergenſis Quintum Legitimè Electus & Publicè renunciatus eſt DANIEL SENNERTUS Uratislaviens. D. Facult. Med. Prof. & Senior. Serenis. Sax. Elect. Medicus. 1629. d. Luca.

Inſcripti 223

Inter Inſcriptos.

Göttfridus VVilhelmus à Miltitz.
Stats Fridrich à Poſt. Nobil. Brunſvvic.
Gottefredus von Leipzig.
Nicolaus Henricus à Nitzſchvvitz.
Chriſtianus Erneſtus ab Alvensleben.
Jarislaus â Strela & Obrovvitz in Kamentz.
Sigismundus Adolphus à Bruck Leisnicenſ.
Carolus Sigismundus à Littvvitz Eques Sileſ.
Georg Wilhelm: Sigmund Chriſtian von Rochaw / auff Goltzaw.
Chriſtian^o Trentzſch Haynâ Miſn. poſtea Log. & Metaph. P. P. hic.
Chriſtophor^o Bresler, Novofor. Sil. poſtea J. U. D. Facult. Jurid. hic & in Luſatia Infer. Judicij Provincialis Aſſeſſor.

RECTOR.

AMBROSIUS RHODIUS Kembergenſis Phil. & Med. D. & Mathematum Superiorum Profeſſor Publicus. 1630. Cal. Maij.

Inſcripti. 262

Inter Inſcriptos.

M. Corbinianus Brodkorb VVurcenſis, poſtea J. U. D.

ANNO CHRISTI

Paulus Schröter Lipſ. poſtea Med. Licenc. & Phyſicus Torg.

Adam Ludevvig von Königsmarck.

Adolphus Fridericus von Hagen Guſtro-Megapol.

Joachim Ernſt: Joachim Adam von Schlaberndorff Nob March.

Otto Heinrich: Hans: Chriſtoph Conradt. Pflug von Streſen.

Curdt Ludolff von Arnimb.

Intimatio Academica in memoriam ſecularem exhibitæ Auguſtanæ Confeſſionis. hæc eſt

RECTOR ET CONSILIUM ACADEMIÆ VVITTENBERGENSIS,

Univerſis ac ſingulis Genuinæ Confeſſionis Auguſtanæ, quam vocant, ante hos centum annos, Invictiſſimo Romanorum Imperatori, CAROLO V. Auſtrio, exhibitæ, adſtipulatoribus,

S. D.

QUum in occulto veritas lateat, eamq; ſcire non niſi ejus ſit, qui ſit doctus à Deo; neceſſe eſt omni tempore plures eſſe qui falſo hæreant, & quandam opinionem ac umbram, non ipſam autem veritatem ſectentur. Eo fit ut nemo alius tot æquè exponi odiis, tot improbiſſimis laboribus objici ſolcat, quam qui ingenuè profeſſus veri ſtudium fuerit. Ita enim per naturam comparatum eſt, ut ſe malitia opponat virtuti, & quadam divina lege, quæ inter ſe contraria ſunt, perpetuò pugnent. Sed uti veritate Deus nihil præſtantius ac majus unquam contulit in genus humanum; ita eidem quoq; tam admirabilem vim, tamq; divinum adjunxit robur, ut quamvis oppugnetur undique illa tamen contra ingenia hominum, calliditatem, atque ſolertiam, contraq; omnes inſidias hoſtium machinasq;, quibus

bus quæritur, invicta stet, & facilè se per seipsam defendat. Ac interdum quidem statim demonstret, quantâ vi quantisq; opibus polleat; aliquando autem, postquam diu luctata cum tenebris, emergat tandem, & suo splendore collustret omnia atq; perfundat. Fitq; sæpius, ut ab iis ipsis rebus, quibus adversari conabantur evertere, vires & incrementa capiat, magisq; creseat & augeatur, quo premitur magis. Tunc enim universas vires suas, quæ ante dispersæ erant, cogit undique, & quanta est, totam se exerit: nec admirabilior unquam apparet, quam ubi per pugnas & prælia, ac ipsas medias strages erumpendum est. Sed & homines quoq; contemplatione fortitudinis ejus atq; constantiæ (licet obstinationem ferè & pervicaciam interpretari soleant) defixi, illicò quosdam veluti stimulos sentiunt inquirendi in causas. Quo sæpius accidit, ut & inveniant veritatem, quam quærunt; & amplectantur deinceps quod invenerint: ejusq; in se patrocinium suscipiant, contra quam ante bella atrocissima gesserunt. ANNO CHRISTI

Quantæ invidiæ, quàm acerbissimis odiis objecta fuerit cœlestis veritatis doctrina, quam ea superiore seculo, studio ac ministerio MARTINI LUTHERI, Viri invicti & plane divini animi, post diuturnas tenebras, quæ universum orbem Christianum obruerant hactenus, in lucem protrahi, suaq; majestas iterum Verbo Cœlesti, libertas Ecclesiæ, Servator Peccatoribus, ipsi deniq; Servatori communi, qui tum præ humili illo servorum servo vix fabula erat & nudum nomen, decus ac gloria vindicari atque restitui cœpta esset, illorum temporum historiæ memorant. Insurgebant in eam undiq; non modo omnes claustrorum greges, quorum præcipua vis in ventre & linguâ clamosâ maximè posita est; verum etiam quicquid Sceptrorum ac Potestatum per universam Europam penè eminet, quiq; armatâ vi obtinere possint, quæ argumentis forte minus vincere liceat. Quicquid texi calumniarum (quibus artibus plurimum semper præstiterunt mali) quicquid conviciorum excogitari poterat, id totius plaustris in nostram sectam exonerabatur. Passimq; novatores ac pestilentissimi hæretici audiebant, qui eam profiteban-

ANNO CHRISTI

fitebantur doctrinâ, quæ seculis antiquissimis asserta semper in Ecclesiâ, imò ab ipso Christo ejusq; discipulis & sectatoribus tradita, & literatum monumentis consignata esset. Atq; quum ipse Rom. Pontifex eò adduceretur, ut nempe Lutherum, quòd instruente divino spiritu refellendæ, & confutandæ falsitatis negotio incumberet strenuè, hominem impium, & non à Christo Domino, sed infensissimo humani generis hoste Satana, resuscitandarum hæresium omnium retrò damnatarum, & evertendæ universæ rei pietatis ac disciplinæ Christianæ caussâ, in orbem terrarum immissum, palàm traduceret: quin tandem excommunicaret, ut loqui solent, penitus, & quovis modo tollendum de medio existimaret pariter atq; ediceret, quid, quæso, aut ipsi, aut toti negotio, vel majori invidiæ, vel esse periculo etiam potuisset? Quò quum accederet, horribile illud atq; tremendum planè Wormatiensis edicti carmen, jam universa prope res occisa, & interfecta, & tantum non triumphata adversariis videbatur.

Ac licet sequentibus annis ad leniora consilia inclinari cœptum esset, & ipse Imperator quoq; jam Ecclesiæ potius, quàm Romani Pontificis rem agere videretur, ac mallet adeò relligionis controversias Communis Concilii auctoritate potius (quò ipsum partim excellentis naturæ bonitas, nam juxtà mitissimus ac prudentissimus Princeps erat; partim verò Mercurini Cattinarij, Senatûs Principis, Viri magnâ sapientiâ, & qui ab innocentum cæde ac sanguine abhorrere semper visus est, assidua monita adducebant) quàm bello ac armis decidi; tamen adversariorum non tantum fraudibus atq; persuasionibus, verum & minis quoq; (quas adjectare ferè, quum fictæ blanditiæ procedunt parum, soliti sunt, qui de Imperatorum majestate libènter ludum ac jocum faciunt, & sibi in omnes principes nefariâ & intolerabili ambitione jus quoddam atq; imperium arrogant) effectum tandem est, ut maximus Imperator, pertæsus quasi prioris consilij, quod strenuè hactenus, collocutus Bononiæ cum inclementissimo Clemente ursserat, in partes Pontificis transiret, adeoq; fœdus cum ipso de vi ac armis exscindendis hæreticis (quo præclaro nomine Confes-

Confessorēs vēritatis cœlestis designabantur) feriret ac face- ANNO
ret. Ita enim persuasum habent istius novæ Catholicæ Ec- CHRISTI
clesiæ Præsules ferro & flammis rem agere, & militum potius, quàm rationum educere copias, id esse efficacissimam verissimamque rationem convertendi errantes, & controversias fidei definiendi. Nam priscæ illius Ecclesiæ Patribus longè aliter videbatur. Qui quum animadverterent nihil tam voluntarium, ut Firmianus Lactantius loquitur, quàm religionem esse; à quâ si abfit animus, jam ipsa sublata jam nulla sit, existimarunt, eam, non vi atque sævitiâ, sed fide & scripturarum auctoritate tuendam esse. *Non est religionis*, inquit Tertullianus, *cogere religionem, quæ sponte suscipi debeat, non vi; cùm & hostia ab animo libenti expostulentur.* Adeòque adeò in veteri illâ & verè sanctâ Ecclesiâ improbata fuit nefaria illorum præsumtio, qui scelere atq; sævitiâ, id est, armis (nam hæc armorum negotia sunt) religionem propagandam putarent; ut Toletani Concilii Patres inter alios Canones & istum sanxerint, *ne cui deinceps ad credendum vis inferretur.* Et causam addiderint, *Cui enim*, inquiunt, *vult Deus misereatur, & quem vult indurat.* Cæterum quamvis præclara illa, de quâ modò dicebamus, & plena Christianæ mansuetudinis (ut eum decebat, qui Christo vicariam operam præstaret) pactio, artificiosissimè dissimularetur: Principesq; Germaniæ, & reliqui Ordines Imperii, humaniſſimis & longè optimam spem præ se ferentibus literis Augustam Vindelicorum, ad futura, quæ ibi indicebantur iterum, Comitia, evocarentur ab Imperatore; qui liberaliter pollicebatur, se cujusque opinionem de fide, & quam foveret in religione sententiam, promptè atque benevolè auditurum; rationibus deinceps, quæ ad ductæ ab utraque parte essent, probè & sine omni præjudicio examinatis, ita universam litem ac controversiam definiturum esse, ut pax reddatur Ecclesiæ, & ipse nec odio quidquam nec amicitiæ (quibus si occupatus animus pervenire ad veritatem in rebus dubiis nunquam potest) omninò dedisse videatur; tam occulta tamen ac tacita esse non poterat, ut nihil de illâ nostratibus constaret. Sive quod nulla res tam in arcano geri possit, ut

ANNO CHRISTI

non aliquid inde (est enim hæc longè plurimorum animis innata futilitas) ad alios emanet: sive quod Italorum Consilia & artes notiora essent, quàm ut paullò acutioribus hominibus nihil eorum, quæ meditarentur, suboleret. Itaque magna deliberatio nostratibus, cumprimis autem Illustrissimo Saxoniæ Principi Electori incidit, eundumnè Augustam, & periclitanda clementia Cæsaris, an aliis ineundis consiliis opus esset. Nam ire eò, quum nihil non minarum Adversarii spargerent, minimè omnium carere periculò; cæterum mandato Cæsaris aut nihil, aut malignè parere, id perduellioni proximum videbatur.

Sed vicit amor veritatis, & propria semper generosæ indoli magnanimitas: quæ & bene sperare solet, quum nihil prope sperandum. Ac licet ad profligandam injustam vim non satis sibi præsidii ad futurum facilè prævideret; non defore tamen cœlestem opem, omninò existimabant. Atq; hoc ipsum in bonum vertendum omen, quod hostes irati essent. Si quid tamen accideret humanitus, omninò persuadendum animo, hoc esse pulcherrimum mortis genus, pro Deo ac veritate animam ponere. Idcircò non tam pœnam, quàm præmium statuendam. Quippe quæ non avellat à Deo, sed arctiusq; cum eo conjungat. Hæc atq; alia istiusmodi subjicientes animo Augustam proficiscuntur Confessores, & quod nemo futurum putasset, omnium primus Elector adest. Usque adeò & Deo probare fidem suam, & Cæsari studebat. Qui dum abest, interim Elector Philippo Melanthoni, Viro in literis pariter & rebus Theologicis id temporis longè exercitatissimo, confeciendi Confessionem, sive Formam fidei (quam primis veluti lineis ante, quàm essent profecti, designarat Lutherus) communi omnium nomine exhibendam dedit negotium. Cùm ut voluntati Cæsaris, quæ significata literis, fieret satis; tum ut impudentissimum os Adversariis obstrueretur, qui nostram doctrinam, calumniis immanissimis, quum refellere non possent, & onerare, & apud omnes passim, imperitos tamen (quorum semper maxima copia est) præcipuè, in summam invidiam odiumq; adducere, immane quan-

quantum laborabant. Quicquid enim aut Anabaptistarum deliraret natio, aut illi fanatici, & nescio quæ Angelorum consortia jactantes vates somniarent, id omne manare ab isto fonte, mendacissimi mortalium dictabant. Nec quicquam tam blasphemum, ac impium, atq; in pestilentias animarum comparatum, aut Manichæos, aut Arrianos, aut quosvis alios pessimorum hæreticorum commentos esse, quod non novitia ist hæc Lutheri secta assereret, & velut ab inferis revocans, tantum nõ pro oraculis simpliciorib⁹ obtruderet. Hanc omnem, & disciplinæ sanctitatem, & honestatem legum, & magistratuum principumq; reverentiam & majestatem, calcare pedibus, elidere, penitusq; evertere. Illi uni imputandum, quicquid crudelissimarum cædium hactenus & cladium per rusticorum seditiones perpessa Germania: nec respiraturam unquam à malis, quamdiu istud hominum genus, non exstirpatum radicitus deq; medio sublatum esset. Hoc tam præclarum testimonium perhibebant veritati. Paganis similes, qui pari ratione Christianos omnium scelerum reos, Deorum, Imperatorum, Legum, morum, naturæ totius inimicos pronunciabant: & periisse terrarum orbem, ac multiformibus ut verbis Arnobii utamur, malis affectum esse genus humanum, postquam esse in mundo Christiana gens cœpit. Ut istæ igitur subscriptiones improbæ, nequissimæq; delationes, quæ satis altè in plurimorum animis insederant, expungerentur à nostris, testatumq; fieret, non aliam à nobis proponi doctrinam & asseri, quàm quæ & Sacrosanctis Scripturis examussim concineret, & nihil à vetustissimæ Ecclesiæ placitis, quum nondum impotentes tyranni, verùm Sacerdotes piissimi sanctissimiq;, & qui velut parentes quidam publici essent, præsiderent sacris, abluderet; omnino ejusmodi Confessionis forma concipienda edendaq; videbatur, quâ universæ, quam profiterentur, fidei ratio nervosè ac breviter explicaretur. Nam operosas atq; prolixas disputationes instituere, ad Scholas potius, quàm Comitia pertinere arbitrabantur.

ANNO CHRISTI

Quum advenisset Imperator, jamq; relatio facta esset, & placuisset principibus, ut ante omnia de componendo religio-

ANNO CHRISTI

ligionis diffidio consultaretur, in eo toti erant nostrates Principes, ut quæ scripto comprehensa erat fidei forma, recitanda publicè coram Ordinibus quam primum Imperatori exhiberetur. Hic multa sese objicere, quæ incommodatura huic videbantur negotio: quum multæ tergiversationes ac moræ intervenirent. Ita enim futurum existimabant, ut, si extraheretur tempus, plurimum remissuri essent Principes de primo impetu, & quam initio animis constantiam induissent, ex qua re id se consecuturos sperabant, ut, si non penitus desererent causam, tamen frigidè tractarent, & ita ad persuadendum se ipsis multò faciliores præberent. Sed nihil iis artibus profectum est. Nam Confessores in suo proposito strenuè pergere, nec ante desistere urgere ac obsecrare Imperatorem, donec tandem eorum voluntati planè se satisfacturum reciperet. Sic factum, ut tandem VII. Kalend. Julias ederetur Confessio, & publicè, præsentibus Imperatore Carolo, Rege Ferdinando fratre, & cæteris Imperij Proceribus ac Delegatis, qui magno numero aderant, de scripto recitaretur, clarumq; fieret, premi quidem veritatem aliquamdiu; at non opprimi: at emicare eam tandem atq; emergere conspiciendam omnibus: sæpe etiam, quum minus speraßes. Quod tum evenit. Et certè ita omninò statuere oportet, vix alium diem feliciorem ac lætiorem affulsisse prestæ Ecclesiæ, & unde clariora documenta capere liceat, universum religionis nostræ sanctæ ac orthodoxæ negotium, non tam humanis præsidiis & quadam prudenti solertiq; ratione confectum; quam DEI solius nutu & gubernatione gestum & administratum fuisse. Ille ille hanc generosam mentem principibus, hanc invictam voluntatem animis atque constantiam adspiravit. Nam quis humanæ imbecillitatis memor, tam arduam rem, atq; difficilem, & tot periculis ac præjudiciis obnoxiam, ausuros unquam putasset paucos principes, qui nec instructi à se ullis copiis, nec quicquam temere externorum auxiliorum sperandum haberent? Quamquam & sic longe impares potentiæ adversariorum futuri: quum ex altera parte, universum prope Germaniæ robur, & tot externi Principes ac Reges, iiq;

longe

longe potentissimi, contra consisterent? Qui licet non ita formidandi fuissent visi, tamen solius Romani Pontificis, solius Imperatoris maximi nomen, tot ejus regnorum atq; victoriarum conscriis plus satis terroris incutere potuisset. Quò accedebat, quod nihil molienti, & prorsus quieto Saxoni Electori interminaretur Cæsar, nisi maturè saperet, & cum Romanâ Ecclesiâ rediret in gratiam: fore, ut ditionis suæ inaugurationem, quam petebat, non impetraret. Quæ ipsum res in longe maximum, & dignitatis, & fortunarum omnium discrimen conjectura esse videbatur. Atqui tantum aberat, ut tot tantisq; rebus, quæ facile cuiq; fortissimo afferre timorem poterant, magnanimi Principes moverentur; ut inde potius alacriores majoresq; animos sumerent: eò securi magis, quò magis humanis præsidiis destituti. Namq; in solâ divina ope spem omnem ponebant. Cedere bonis, & ipsum Spiritum, effundere parati, si veritatem tueri aliter non liceret. ANNO CHRISTI

Eat in omnis ævi memorias tam illustre exemplum, & longè venturos posteros doceat, nihil non posse perfici, quod DEO auctore susceptum est. Sæviat furor impius, quantum volet, & totis viribus Veritati incumbat, securus, & hilaris, & imperterritus stabit, qui se totum permisit DEO. Hoc quamdiu non excidit, nulla ipsum ruina feriet: non si vel universus orbis illabatur; qui nihil ad eum pertinet.

Jam illud quàm admirabile & prorsus divinum existimandum, quòd quum in apricum Adversarii jam emergentem veritatem modis omnibus premere, & ejus cursum impedire, & velut in primis carceribus sistere, & quasi suffocare contenderent, promoverint maximè, viresque ac opes suppeditarint magis magisque increscendi. Interdicebatur nostris opere maximo, ne quâ descriptus typis confessionis libellus in manus hominum divulgaretur: at verò eundem Cæsar quum ad præcipuos Reges ac Principes Christiani orbis perferendum curaret, captandi consilij causa, ec quid de eo faciendum aut statuendum videretur; Legati quoq; ac Oratores, qui in Comitiis aderant, in suam quisq; linguam describerent, factum est, ut non Germaniæ tantum,

ANNO CHRISTI aut uni ac alteri vicinorum regnorum innotesceret veritas, sed per universum prope Europæ latus felicissimo ferretur cursu, nusquam penè locorum pedem figens, ubi non aliquos saltim admiratores sui inveniret. Ibi etiam, ubi cum maximè Idololatrias Romanæ mysterium vigeri putatur. O itaque verè lætum, & candidum, & meliore non tantum, quod dicitur lapide, sed unionibus ac gemmis omnium seculorum memoriæ inscribendum & commendandum diem! Nam quod in hodiernam lucem usq; totgentes ac populi, & regionibus diffiti, & moribus legibusq; distincti, & natura atque ingenio diversi prorsus, unâ tamen fide concordes, hos ipsos centum retrò elapsos annos, annuente divina benignitate, hoc incomparabili æternæ veritatis thesauro, quantumvis cum Filius Perditionis variis artibus, nunc fraude ac rectis dolis rem agens, nunc aperto grassatus Marte cùm sæpe ante, tum nunc imprimis, quum omnem impotentissimæ iræ vim, omne sævitiæ venenum videtur evomere, avertere conatus, fruimur, atque subducti immanissimæ tyrannidis jugo, libertate utimur Christiana, id certè ab illo ipso potissimum die pendere videtur.

Quod si magnarum urbium natales magnâ solennitate ac pompâ antiquitus celebratos legimus; si illa antiqua Roma Martia adhuc, id est, gentilis, & vel sic tamen hodiernâ pœnè melior, purior certè, singulis centum annis, ut literarum monumentis proditum, in honorem Apollinis, & aliorum Deorum, sive Dæmonum potius, *quibus*, ut Horatius in Carmine Seculari canit *septem placuere montes*, & quorum sub numine ac tutelâ æterna urbs stare credebatur, ludos solennes & sacrificia, magnificentissimo omnis generis & spectaculorum & victimarum apparatu, non sine immensis sumtibus instituit; quantò rectius & laudabilius Serenissimus ac Potentiss. Princeps ac Dominus JOHANNES GEORGIUS, D. G. Dux & Elector Saxoniæ &c. Dominus & Nutricius noster clementissimus fecisse existimandus est, quòd non ita pridem, pro incredibili illo, quo erga DEUM & veritatis professionem amore flagrat, clarissimorum majorum vestigia secutus

ANNO CHRISTI

cultus, ad d. XXV. Junij, hoc est illum ipsum VII. Kalendas Iulij, volente Deo, solennem ac triduanam festivitatem, quâ ipse centesimus religionis nostræ professæ in Augustanis Comitiis publiceq; assertæ natalis celebraretur, instituendam ac peragendam subditis suis universis indixit atq; præscripsit. Non ut inanibus spectaculis ac pompis, quæ momentaneâ voluptate delectant, & simul subductæ oculis sunt, evanescere solent (in quibus tamen præcipua pars pietatis Pontificiæ consistit) otiosi & feriati homines detinerentur; verùm ut Deo immortali, pro ineffabili bonitate in genus humanum, & illis nullius unquam voce satis deprædicandis beneficiis, quæ in nos hactenus uberrimè, quâ revelando, qua tuendo ac conservando veritatem, contulit, debitæ laudes ac gratiæ publicè redderentur. Neque enim ullâ aliâ re ad benevolentiam invitare Deum magis possumus, quam si agnoscamus summa ejus in nos collata beneficia, gratiasque agamus purâ mente: quod efficaciissimum rogandi genus semper fuit.

Quod igitur felix ac faustum sit, agite nostri, ac quotquot nobiscum & unam fidem profitemini, & unum ac unicum Pastorem animarum, ac Principem, ac Servatorem Iesum Christum agnoscitis, ad tot tantarumq; rerum, quas huic cumprimis diei debemus, memoriam sanctâ ac seculari festivitate (quam Iubilæi Evangelici elogio præscribere liceat) celebrandam, maturè accingite animos ac præparate. Namque quum verus Dei cultus, non tam externis istis ceremoniis ac ritibus, quàm puritate interna animi censeri debeat; justitiam, sanctitatem ac innocentiam, & quantum fieri potest, ut vitiorum, ita & cogitationum humanarum vacuum pectus offerre oportet, qui dignè litare Deo, & acceptabilem laudis ac gratiarum hostiam immolare voluerit. Neminem autem movebit durities temporum, aut captum metu à pio proposito abducet. Nam & in carcere, ac vinclis, imò vel sub sectoris manu & strictâ ferri acie Christianus & lætus, & hilaris, si Sacramenti sui memor fuerit, laudare ac celebrare Christum debet. Frendeant hostes, & capita conferant, &

die

ANNO CHRISTI die ac nocte de nostris cervicibus atq; fortunis sententias serant, misceant bellis ac cædibus omnia.

Et tamen ista dies, licet inter prælia, nobis
Lætitiæ pacisq; dies erit.

Nec enim quicquam proficiet eorum crudelitas nam semper erunt, qui animosè veritatem, non vi & armis (his enim præsidiis fallaciis opus est) sed fide ac Spiritu tueantur: concertaturi cum omnis sævitiæ genere, & sic magis magisque propagaturi, quod confitentur. Nec enim deficiet hæc secta, quamdiu futuri homines. quæ magis ædificabitur, quo pervicacius eam exscindere impij conabuntur. *Plures efficimur, quoties metimur à vobis: semen est sanguis Christianorum,* ut verba Tertulliani, in non dissimili argumento nostra faciamus. Quod restat, te immortalis atq; æterne DEUS oramus ac veneramur supplices, ut, publicos omnes veritatis hostes, ac inimicos pacis, ab aris tuis, ac templis, á laribus nostris atque fortunis, longè arceas atque defendas, iisque meliorem mentem duis. Quod si restiterint contumaciter, atq; redire ad frugem noluerint, tum tu æternis suppliciis vivos mortuosq; mactabis.

P. P. Rectore AMBROSIO RHODIO. Philosophiæ ac Medicinæ D. Superiorum Mathematum P. P. Dominicâ I. post Trinitatis anno recuperatæ gratiæ ɔ Ic Iɔ C XXX.

Aliæ conciones & Orationes in ejusdem diei memoriam habitæ sparsim alibi extant.

RECTOR

WILHELMUS LYSERUS, S.S.S. Theol. D. Prof. Publ. & Electoralium Alumnorum Inspector.

1630. d. Lucæ. *Inscripti* 149

Inter Inscriptos

Illustris & Generosus Dominus Dn. Iohannes Sigismundus Comes de Lynar, Dominus in Lubenaw &c. Iudicij Provincialis in inferiore Lusatiâ Præses splendidissimus.

Georgius Christophorus von Bardeleben / Hanß Georg von Bardeleben Thumherrn

vnd

vnd Senioren des Bischofflichen Stiffs Havelbergk ehlicher Sohn.
Ioachimus à Breda, Nobilis March.
Iohan. à Franckenbergk, Eq. Silesius.
Georgius Fridericus Borck, Nob. Pom.
Ludovicus à Bissing: Ludovicus ab Asseburgk, Nobil. Sax.
Ludolff von dem Werder.
Gebhardus Paris à Werder.
Cuno von dem Werder.
Rudolphus Gebhardus à Micheln.
Hauß Ernst von Micheln.
Godoscalcus à Günterot.
Carolus Christianus Todt/ Greslaviensis, posteà Illustrissimi Holsatiæ Ducis consiliarius.

ANNO CHRISTI

R E C T O R

IOHANNES STRAUCHIUS, Wittebergensis J.U.D. Consiliarius Electoralis, Collegij Iuridici Ordinarius & Professor Primarius. *1631. Cal. Maij.*

Inscripti *194.*

Inter Inscriptos

Adam Ludwig von Königs-Marck.
Balthasar von Wida Brunsvic.
Johannes Gottschalkovvsky à Gottscalkovvitz & Singeldorff. Eq. Sil.
Philibertus: Georgius Aribertus: Hildebrandus de Krosigk.
Paris de VVerder.
Johan Fridericus: Josias: Godescalcus von Velthemb.
Ernst Otto: Delphin Edler von Plotho.
Christophorus Ehrentreich von Buchsdorff.
Christianus Friderich von Randow.
Johannes David von Borch.
Fridericus von Witte.
Hans Heinrich à Biern / Anhaldinus.
Christianus: Victor à Bulovv.
Lippoldt Heinrich: Johann Albrecht: Cuno Friedrich von Klitzing.
Christoff: Gottfriedt Hacke von Stulpe.
Fridericus: Wilhelmus: Nicolaus: Alexander: Georgius à Stutterheimb. Inferioris Lusatiæ Equites.
Johann Fridericus à Löben.
Johannes Georgius à Baumsdorff.

ANNO CHRISTI 1631. die Lucæ.

RECTOR.

GREGORIUS NYMMANUS Philos. & Med. D. Ac Professor Publicus.

Inscripti 119

Inter Inscriptos.

David Preibisius Glogov. Silesius postea Phil. & Medic. Doctor.

Godofredus de Salhausen Bohemus.

RECTOR.

1632. Cal. Maij.

AUGUSTUS BUCHNERUS Poesios & Eloquent. P. P. &c.

Inscript. 178

Inter Inscriptos.

Jacob Franciscus Wobeser Nob. Pomer.

Johannes Hauboldus à Milckau Eq. Misn.

Hannibal von Schmertzing.

Carolus Sigisfridus de Carchesijs.

Georgius Christoph: à Rab Eq. Variscus.

Jacob von der Schulenburgk.

Paulus Wolzogen in Missingdorff Nob. Austrius Wiennensis.

Johannes Ludovic⁹ à Gröben/ Lichterfeldens Marchita.

Serenissimi Potentissimi ac Invictissimi Principis ac Domini Domini.

GUSTAVI ADOLPHI

D. G.

Suecorum, Gothorum & Vandalorum Regis &c.

F. N.

Illustris & Generosiss:

Dominus

Dn. GUSTAVUS &c.

cum Præfecto morum.

Hermanno Meiero à Müntzenbrock.

Georg Henrich: Magnus: Johann Georg Löffer.

M. Chri-

M. Christianus Dreier Stetino Pomer. postea S. Theol. D. Regiomonti. ANNO CHRISTI

RECTOR.

DN. GUSTAVUS, GUSTAVI MAGNI SUECORUM, GOTHORUM & VANDALORUM GLORIOSISSIMI REGIS FILIUS. 1632. d. Lucæ

PRO-RECTOR.

JOHANNES HULSMANNUS, S. S. Theol. D. Profes. Publ. & Alumnorum Electoralium Inspector.

Inter Inscriptos.

Johannes Heinricus à Nordthausen Nob. Misnicus.
Wolff Rudolff von Ende Nob. Misnic.
Georgius Tham Marschalch:
Martin Christoff von Helldorff Nob. Misn.
Wolffgang Friedrich: Hugo Wilhelm: Hanß Caspar Herrn von Schönburgk/ Herrn zu Glauchau und Waldenburgk.
Hanß Christoff Tucher von Schoberau.
Christian Heinrich von der Mosel.

Postquam proximè elapsâ die Sextâ Novembris, Anno 1633. Serenissimus & Glorioſissimus Svecorum

REX,

GUSTAVUS ADOLPHUS &c.

In prælio ad Lucam, Misniæ Opidum, occubuisset, hostilinè an Proditoris manu, incertum; atq; exinde SERENISSIMI REGIS NATURALIS FILIUS, Dn. GUSTAVUS ad ulciscendam Parentis necem à Proceribus Regni Sueciæ, alia nunc studia capessere juberetur, ideoq; fasces Academicos, eisq; annexum Magistratum, in manus Academiæ, Solenni ritu, & convocatis Patribus, in loco Consistorij publici, die XIX. Januarij resignaret.

Magnifici Rectoris munus

Suffragio & auctoritate Dnn. Professorum, devolutum est

ANNO CHRISTI in JOHANNEM HULSMANNUM. S.S. Theol. D. Prof. Publ. Et Alumnorum Electoralium Ephorum.

Quo Rectore & Pro-Rectore,

Inscripti sunt 149

Inter Inscriptos.

Johannes Georgius à Dölavv Dresdenſ. Miſnicus.
Georgius Heinricus ab Hohendorff Falcob. Miſnicus.
Tycho à Geſſen Flensburgo Holſatus.
Hieronymus von Winßheim Friſius.

RECTOR.

1633. Cal. Maij. JEREMIAS REUSNERUS Leorinus Sileſius, U. J. D. & Prof. Publ. Secundùm Rector.

Inſcripti 241

Inter Inſcriptos.

Adam Franckenberg de Proſchlitz Eq. Sileſ.
Levin: Johan Caſimir von der Schulenburg.
Chriſtian Auguſtus: Georg Buſſo von Kröſig.
Johann Sigismundus von der Pforde.
Sigismundus Stellanus von Berbißdorff.
Johan Caſpar von Berbißdorff.
Georg Fridericus von Wolffersdorff.
Joachim à Barbij Saxo.
Georgius Theodoric° à Lihnen Dresdenſis.
Georg Rudolph von Waaß Nob. Miſnic.
Johann Albrecht Blicher Nob. Megapolitan.
Johann Adolff von Buchwaldt Nob. Holſat.
Johan von Buchwaldt Nobil. Holſat.
Adam Bentz von Beſendorff
Friedrich von Leſtzow Nobil. Megapolitan.
Ovidius Jull Eques Danus.
Alexander Chriſtophorus: Nicolaus Fridericus à Stutterheim Nob. Luſat.
Henricus Coſelius Pragenſis Bohemus poſteà J. U. D. & P. P. hîc.

RECTOR.

1633. Cal. Maij. JOHANN GEORGIUS PELSHOFERUS Græcienſis Styrus. Medic. D. & Prof. Publ.

Inſcri-

Inter Inscriptos.

Ernest⁹: Frideric⁹ de Münchhausen. Dornburgâ Anhaltinus.

Cunradus: Christian⁹ à Rhor. Nob. Misnici.

Georgius Abrahamus von der Drößl. Nob. Saxo.

Hanß Bastian von Zehenen Nob: Misnicus.

Barthold Behr Nob. Brem.

Jacobus Wuruhe Hal. Saxo postea J. U. D. & Serenissimi Administratoris Consiliarius.

RECTOR.

M. REINHOLDUS FRANCKENBERGER Witebergensis, Historiarum Prof Publ. secundum. *1634. Cal. Maij.*

Inscripti 229

Inter Inscriptos.

Paulus Hartmannus L. Baro ab Eubesvvald.

Christian Wilhelm von Wustenhoffen auff kleinen Otterschleben.

Sigismundus Cœlestinus: Jacobus Cœlestin⁹ à Freyfeld. Pragâ Bohemi.

Johan Christian Legatt. Nobilis.

Andreas Zahn Belgranus postea J. U. L. & in Inferiore Lusatiâ Cancellarius.

David Korsmacherus Herford. Westphalus. postea J. U. D. & Syndic⁹ Verdens.

RECTOR.

JACOBUS MARTINI S. S. Theol. D. & Prof. Primarius Collegij Theol. Senior Templi Cathedralis ad Arcem Præpositus, & Consistorij Ecclesiastici Assessor. *1634. die Luce.*

Inscripti. 145

Inter Inscriptos

Nicolaus à Posadovvsky Eq. Sil.

Lago: Johann Beck. Nobiles Dani.

Hanß Christoff à Brist ex Episcopatu Magd.

Christian Wilhelm von Hagen: Laurentius Christoph Somnitz Nob. Pom. postea Elect. Branden. Consiliari⁹.

Carl von Friesen postea Consiliarius Elect.

ANNO CHRISTI

Johannes Balthasar: Georgius Sigismundus Wagen/ Freyherr zu Wagensberg.

Johannes Meisnerus Torgensis, posteà S. S. Theol. D. ejusq; hic Prof. Publ.

RECTOR

1635. Cal. Maij.

CONRADUS CARPZOVIUS. I. U. D. Elector Sax. Consiliarius & Prof. Publ.

Inscripti 108

Inter Inscriptos

Illustrissimus Princeps ac Dominus Dn. Iohannes Georgius Dux Megapolensis, &c.

Iohannes Augustus: Iohannes Fridericus Graff zu Solms.

Dam Pflugk von Cottwitz.

Caspar Georg von Beinigk/ von Groß Tirskaw.

Christian Hemrich von Beichling.

Christian von Dommitzsch.

Caspar Siegmundt von Lange von Munchhoffe.

Jost von Lohma / Altenburg. Nob.

Iohannes Friderici à Metzsch/ Roslebiensis.

Iohannes Ernestus à Metzsch/ Servestanus.

Udalricus Gottfried Somnitz/ Eq. Pomer.

Günther: Joachim Friedrich: Christian Wilhelm von Bartenschleben.

Balthasar Bellyn / Nobilis March.

Christoph Stellanus: Casparus Stellanus à Hostendorff.

Iohannes Aleman, Dresd. posteà I. U. D. & in Patriâ Practicus.

Iohannes Georgius Waltherus Lignic. Sil. posteà Med. D. & in Patriâ Physicus.

Georgius Henricus Cöppelius. Dresd. posteà I. U. D. & Practicus.

Iohanes Georgius: Christianus Nicolai. Dresd. posteà J. U. D. D.

Gottfriedt Suevus, Leorin. Sil. posteà J. U. D. & P. P. hic.

RECTOR

1635. d. Luce.

DANIEL SENNERTUS, Uratislaviensis D. Facultatis Medicæ Prof. & Senior. ac Serenissimi Electoris Saxoniæ Medicus.

Inscripti 109.

Inter Inscriptos

Eobal-

Eobaldus à Lettovv, Nobil. Pomeranus.
Detlaus Fridericus à Barfuß/ March.
Georg Abraham von Hohendorff Marchicus.
Christianus Vitzthumb. Christoph Vitzthumb ab Eckstedt.
Johannes Ulricus Casparus à Wulßdorff.
Ferdinandus. Joachimus Ernestus Barones à Bieberstein.
Augustus von Lüttichaw Eq. Misnicus.
Henricus ab Hagen Saxo.

ANNO CHRISTI

R E C T O R 1636. Cal. Maij.

JOHANNES SCHARFIUS Theol. Licentiatus & Log. Atq; Metaph. Prof. P.

Inscripti 114

Inter Inscriptos.

Gottschalck von Veltheim Nob. Magdeburgens.
Werner von Königsmarck.
Herman Nicol. von Bardeleben auff Bebersbach.
Dietericus Gotschalkovvski à Gotschalkovvzer.

R E C T O R. 1636. d. Luc.

WILHELMUS LYSERUS Theol. D. Profes. Publ. & Electoralium Alumnorum Inspector.

Inscripti. 34

R E C T O R.

HENNINGUS Groß. U.J.D. & Prof. Publ. & viduæ Saxonicæ Consiliarius. 1637. Cal Maij.

Inscripti 12

Quo numero, minor nunquam fuit grassante hoc semestri pestili luc.

R E C T O R.

GEORGIUS NYMMANUS Philos & Medicinæ D. Prof. Publ. & Facultat. Suæ Senior. 1637. d. Luc.

Inscripti 104

Inter Inscriptos.

M. Johannes Christophorus Seldius Hilperh. Francus. postea S. Theol. D. & Superint.

Fri-

ANNO CHRISTI

Fridericus von Jena Servest. Anhalt. postea J. U. D. & P. P. Francofurt.
Hauß Friedrich von Löben.

Christianus Burgerus Dresd. postea Med. D. & Practic°.
Marcus Banzerus Med. D. & designatus Prof. Public.

Christianus Burgerus Dresd. poste Med. D. & Pract.

RECTOR

1638. Cal. Maij. WILHELMUS NIGRINUS Cada-Bohemus Prof. Moralium Publicus.

Inscripti 104

Inter Inscriptos

Henricus Hildebrandus ab Einsiedel.
Johannes Fring Numburg. Med. D. & PP. hic.

Johannes ab Einsidel.

RECTOR

1638. d. Luca. JOHANNUS HULSEMANNUS Theol. D. & Prof. Publ. & Electoralium Alumnorum Ephorus.

Inscripti. 48

Inter Inscriptos.

Matthias: Maximil. Ferdin. Hoe ab Hœnegg Dresdensis.
Adamus Fridericus à Witzleben Rosaleb. Thuring.

RECTOR.

1639. Cal. Maij. IOHANNES STRAUCHIUS J. U. D. Serenissimi Saxoniæ Ducis Electoris Consiliarius Collegij Juridici Ordinarius & Decretalium Professor Publicus. &c.

Inscripti. 58

Inter Inscriptos.

Fridericus Lippold° à Schir. stedt von Görtzke.
Casparus Fridericus a Löbenstedt von Görtzke.

RECTOR.

1639. d. Luca. MARCUS BANZERUS Augustanus Med. D. Ejusdemque Prof. Ac Senior.

Inscripti 36

Inter Inscriptos.

Sebastianus Fridericus à Kötteritz Eq. Misnicus.
Thomas VVichardt von Görne.

RECTOR

RECTOR. ANNO

M. JOHANNES SPERLING Lauchâ-Thuringus, Physicæ Professor Publicus. CHRISTI 1640.

Inscripti. 98 Cal. Maij.

Inter Inscriptos

Fridericus Holtzmann° Francus. postea Theol. Lic & Superintend. Grimm.

Adamus Georgius Faber. Dresd. postea. J.U.D.

Caspar Heinrich von Taube.

Iohan. Caspar Curio. Dresd. postea. J.U.L.

Gothofr. Heymannus Dresd., postea. J.U.D. & Practicus.

RECTOR.

JACOBUS MARTINI S.S. Theol. D. & Profes. Primar. totius Academiæ Senior, Templi Cathedralis ad Arcem Præpositus & Consistorij Ecclesiastici Assessor. 1640. d. Luc. 1

Inscripti. 37

Inter Inscriptos

Iohannes Schreiterus Wurtzenâ Misn. posteâ J.U.L & Syndicus Annæberg.

Gottfriedt Acidalius Withstochio March. postea Med. D.

RECTOR

CHRISTIANUS TAUBMANNUS U.J.D. & Prof. Publ. 1641. Cal. Maij.

Inscripti 119

Inter Inscriptos

Crato Paris à Mücheln.

& Superintend. Ilenburg.

Conradus Löser auff Sahlitz.

Iohannes Fridericus Lentz Quedlinburg. postea. J.U.D:

Johannes Hauboldt: Otto Pflug.

Joachimus Bucholtz. Brandeburg. postea Theol. Lic.

Godofredus Thilesius Uratislav. postea Med. D.

RECTOR

CONRADUS VICTOR SCHNEIDER Phil. & Med. D. & Anat. Botanicæq; Prof. P. 1641. d. Luc.

Inscripti 67

Inter Inscriptos

ANNO CHRISTI

Georg Caspar von Schönberg. Uratislav. Prætor.
Georgius Christophorus à Bardeleben Marchicus.
Jobus Cuno à Muchelin.
Hanß Dieterich von Schönberg.
Michael König Misnicus. postea, J.U.D. & Consiliarius Halæ, nec non Judicij Salinaris Præses.
Curdt Löser.
Christophorus Kühn, Uratislaa. postea J.V.L & in Rep.

RECTOR.

1642. Cal. May. CHRISTOPHORUS NOTTNAGELIUS Francus, Superiorum Mathematum Prof. Publ.

Inscripti 170

Inter Inscriptos.

Ludwig von der Asseburg Nob. Sax.
Iohann Martin Luther, Theandri Pronepos. postea Canonicus & Consiliarius Wurzens.
Iohann Georg von Koseritz Nob. Misnicus.
Rabann. Moritz Siegfried Kanne/ Nob. Misnici.
Iohann. Titius Quedlinburg. postea J.U.D. & Syndicus Northus.
Sebastianus Hildebrandus Metzsch.
Samuel Ritter Halâ Saxo. postea J.U.D. & P.P. hîc.
Carolus à Friesen Misnicus.
Franciscus Adamus Kesslus Grimm. postea Med. Lic.
Iohannes Ludovicus à Naundorff.

RECTOR.

1642. d. Luca. WILHELMUS LYSERUS S.S. Theol. D. & Prof. Publ. atquè Alumnorum Electoralium Ephorus.

Inscripti 38

Inter Inscriptos

Adamus Fridericus à Tresko.
Iacobus Clauderus Altenburgensis, postea Theol. Lic. & Superint. Delitianus.

RECTOR.

1643. Cal. Maij. AUGUSTINUS STRAUCHIUS J.U.D. Prof. Publ. & Consistorij Ecclesiastici Assessor.

Inscripti. 135

Inter Inscriptos.

Iohan-

Iohann Heinricus à Boxberg.
Iohannes Bernhardus à Kötschavv. Desavv.
Christophorus Casparus à Blumenthal Nob. March.
Georgius Iob. Ioachim⁹ Guilielmus Marschalch. Nob. Miss.
Iosephus Adjutus à Ninive, Th. D. & Linguæ Italicæ P.P. hic.

ANNO CHRISTI

RECTOR.

MARCUS BANZERUS Augustano Vandal. Med. D. & Prof. Collegijq; Med. Senior. 1643. d. Luca.

Inscripti 57

Inter Inscriptos.

Erasm⁹ Eilbert de Schönfeldt.
Iohannes Georgius à Bernstein.
Carolus Ferdinandus à Franckenberg. Eques Siles.
Güntherus à Bünavv, auß dem Hause Weesenstein.
Ioachim Friedrich von Schlabendorff.
David Cichorius Hojerschvverdâ Lusatus, postea J. U. D. Consul Brandenburg. & Scabinatus ibid. Assessor.

RECTOR

JOHANNES ERICUS OSTERMANNUS, Græcarum Literarum Prof. Publ. 1644. Cal. Maij.

Inscripti 144

Inter Inscriptos.

Reinhardus Diedericus â Tauben.
Iohannes Sigismund⁹ à Zeidler. Dresdens.
Wolf Daniel Löser/ auff Lebusa.
Iohannes Christophorus ab Hennitz. Eq. Silef.
Christophorus Stellanus ab Holtzendorff in Dreskavv.
Wolfgangus Henricus à Ponnigkau. Eq. Lusat.
Sigismundus à Nimptsch. Eq. Silef.
Iohannes Fridericus à Burckersroda.
Isaacus Leicker Augustanus, postea J. U. D. & Quæsturæ Lipf. Præfectus.
Thomas de VVedig. Saxo Hall. postea J. U. D. & Scabinatus ibid. Assessor.
M. Iohannes Fridericus König / postea Theol. D. & Prof. Gryphsvvald.
Adam Friedrich Striepe, postea Consiliarius Brandenb.

ANNO CHRISTI

M. Iohannes Andreas Quenstedt. Quedlinburg. posteà Theol. D. & Profes. Extra Ordin. hîc.

Samuel Pomarius Siles. postea Theol. Licent. & Ecclesiastes Colon ad Suevum.

RECTOR

1644. die Luce.

JOHANNES HULSEMANNUS Theol. D. P. P. & Alumnorum Electoralium Ephorus.

Inscripti 77

Inter Inscriptos.

Iobst Reinhardt von Drandorff Stresâ Misnicus.

Iohann Friedrich von Ponickau è domo Elster Superioris Lusatiæ.

Christianus Weber Mutinâ Misnicus posteà Theol. Lic.

Casparus Lyserus Lipsi. postea J. U. L. & Curiæ Electoral. Advocatus. hîc.

Fridericus Bürgerus Dresd. postea Med. D.

RECTOR

1645. Cal. May.

CHRISTOPHORUS WACKE U. J. D. Prof. P. & Illustriss. Viduæ Princip. Anhald. in Cosswig &c. Consiliarius.

Inscripti 149

Inter Inscriptos

Iob Christoph Hacke Eques. Siles.

Hauboldt von Einsiedel auff Gnandstein.

Ioachimus â Broitzhaimb Brunsuicensis.

Wolf Heinrich: Ioachim Friedrich: Burchard Ludovicus von Esebeck Salzens. Sax.

Antonius Albrecht von Hoff/ Heilbrun.

Herman Heinrich von Hoff/ Witteb.

Ioachim. Nergerus, Griphibergâ Silesius, postea J. U. L. Curiæ Provincialis & Facultatis Iuridicæ Protonotarius & Consistorij Ecclesiastici Advocatus Ordinarius.

Iustus Bernhard Hoyer. Herfurd. Westphalus, posteâ J. U. D. & Practicus Mindæ.

RECTOR.

1645. d. Luce.

CONRADUS VICTOR SCHNEIDER, Phil. & Medicinæ Doct. & Pathematum Professor Publ.

Inscri-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0368-9 DFG

Inter Inscriptos.

Delphin Edler Herr von Platho.
Wolffgangus Edler Herr von Platho.
Gabriel à Bojanovo Bojanovvsky, Eq. Polonus.
Georgius Fridericus Nagel/ Hall. Saxo postea J. U. L. & Practicus Magdeburg.
M. Iohannes Ernestus Gerhardus Jenens. postea Th. D. & P. P. Jenæ.
Augustus: Wilhelmus, Wanckelius Drest. postea Med. Doctores.
Thomas & Christian Wilhelm Grote, Luneb.

RECTOR.

M. NICOLAUS POMPEIUS. Lusatus, Inferiorum Mathematum Prof. Publ. 1646. Cal. Maij.

Inscripti. 170

Inter Inscriptos.

JOHANNES GEORGIUS, Comes Solmensis
Hanß Ernst: George Dietrich von Rochaw/ Nob. March.
Zacharias Klingius Suecus, postea Theol. D.

RECTOR

JACOBUS MARTINI. S. S. Theol. D. Prof. P. 1646. d. Luce.]

Inscripti 105

Inter Inscriptos.

Nicolaus à Gersdorff, Eques Lusatus.

RECTOR.

GOTTFRIDT SUEVUS, Leor. Sil. J. U. D. Prof. Publ. Curiæ Provincialis Scabinatus & Facultatis Juridicæ Assessor. 1647. Cal. Maij.

Inscripti 250

Inter Inscriptos.

Iohan Bernhardt: Busso ab Asseburg.
Caspar à Lumen Bremens.
Iohannes à Gellern Borus.
Lucas von der Linde Borussus.
Joachim Lippoldt à Bredovv.
Nob. March.
Iohann Adolff von Gerreschheimb March.
Georgius à Polßnitz Eques Siles.

ANNO CHRISTI

Sub hoc Rectoratu

Nullum omnino funus, neq; ex nostris, neq; ex oppidanis publicè pro more indictum est, raro & ferè inaudito Exemplo.

Luctuosum tamen hoc Semestre fuit obitu Serenissimi Daniarum & Norvvegiarum Hæreditarij Principis Dn. Dn. Christiani V. qui insperato contigit, d. 11. Junij, in pago Electorali, cùm Dresdâ Bohemiam ad thermas & acidulas profecturus, tenderet. Cumij, Mense Septembri feralis classis hòc deferretur; Patres Academici; subeuntem eam excipere, lugubri Pompa obviam progredi in proximâ fluminis parte, devotissimum ultimumij, honorem contestatur, decreverant, conscripta eum in finem indictivâ Scriptione publica; Verum cum Serenissima Vidua Magdalena Sybilla classis deductionem morâ injectâ detineri nollet. Omittendum hoc subjectissimæ Pietatis officium fuit: Interim Scriptum illud funebre, nec Impressum tunc, nec affixum hic subjungere placuit.

RECTOR
ACADEMIÆ WITTEBERGENSIS,

GOTTFRIEDT SUEVUS

J. U. D. Profess. Publ. Curiæ Provincialis Scabinatus & Juridicæ Facultatis Assessor.

CIVIBUS ACADEMICIS S. P. D.

QUàm sint incertæ atq; fallaces nostræ spes, quàm in ambiguo atq; ancipiti quicquid vovemus & auguramur mortales; quàm nihil tam solidum aut locatum altè ac in excelso positum, ut fatum non penitret, & finis casusq; dejiciant, illustria documenta per præsens tempus capere licet, cùm *Serenissimi ac Potentissimi Principis ac Domini*, DN. CHRISTIANI V. ELECTI DANIARUM, ET NORVAGIARUM HEREDITARII PRINCIPIS reliquiàs,

liquias, *Sereniſſima ejus Conjux*, MAGDALENA SIBYLLA SAXONICA, flebile juxta atq; chariſſimum pignus, huc advehet, aſportatura in Daniam, ut Mauſolæo illatæ regio digna pompa inter majorum cineres componantur ritè. Quâ enim ſpe fiduciaque recuperandæ valetudinis proximo Maio languentem, ſicut venerat, excepimus? Quibus ominibus ac votis exoſculari utriusq; Principis auguſtas manus ſecuti ſumus? profectos cùm ire felices, cum redire felices, cùm ſuperare felices in ſeculi decus, in publicam gentium ſpem affectu devotiſſimi animi precaremur omnes? Quæ una tamen nunc nobis inauſpicata illa II. Junij, idq; damnanda faſtis in poſterum dies intercepit, proh dolor, atq; evertit penitus: cùm nihil Ipſam majeſtas Principis, & cui deſtinatus, regium culmen; nihil ex tot acceptus regibus ſanguis gentisq; ſublimitas, & tot faſtigiis principum affinitate ac propinquitate innixa domus adjuvit quin poneret ſpiritum, & plenam gloriæ, plenam maximi nominis, majori debitam tamen, inter amplexus Auguſtæ Conjugis redderet vitam; & huic non modò perpetuum ac acerbiſſimum ſui deſiderium doloremq; æternum; ſed Patri etiam ac Socero maximis ingentem luctum relinqueret; cæterum Daniæ Norvegiæq; Juſtitij multò triſtiſſimi neceſſitatem imponeret. Nam quamvis rectore & principe ſuo nondum deſtituantur, validaq; Senectus Patris par adhuc Reip curis pro communi ſalute efficaciter excubet; ad ſecuritatem publicam tamen magis facit, plurimis munimentis inſiſtere, & alia aliaq; adverſus caſus habere ſubſidia in promtu. Magnæ enim & celeres vices rerum ſunt: quæ quando & copiam ipſam conſumunt nonnunquam ſuâ vi; quanto facilius paucitatem evertunt? Sed quoniam eò redacti ſumus ut, quæ mutare non licet, ferre oporteat, & ſequi Deum, quo auctore cuncta eveniunt; id reliquum erit, ut in præſens quidem Sereniſſimi Principis reliquias honoremus, quâ datur; & in futurum memoriam ejus reverenter colamus, alius quidem aliter; præcipuè tamen admiratione virtutum, quibus præminuit, tuendæq; laudis ſtudio, quo omnibus imaginibus certius fideliusq; tranſire & vivere apud poſteros

ANNO CHRISTI

ANNO CHRISTI

steros potest. Nam æra, colores, marmora aut aterit tempus, aut casus dejicit: optimè quisq; in exemplis perdurat, quæ vivus dedit, & erudita, deinde venturis seculis vindicavit industria. Nobis quidem adhuc confusis luctu & tanto casu attonitis id ingredi in præsenti atq; moliri haud licet. Nam breviter, quæ hujus scripturæ lex est, commemorari res magnæ possunt. Nec deerunt, credimus, decora ingenia dicendis laudibus Principis, & pari qui eloquentia pietatem ejus, qui moderationem ac gravitatem, qui illum clarissimis artibus literisq; excultum principaliter animum, cæteras q; ingentes & summâ fortunâ dignas inprimis virtutes ac dotes transcribant posteris, & in perennitatem temporum mittant. Nos interim, quod unum possumus, lugubri pompa progressi obviam in proxima fluminis, pars planctu ac gemitu, pars solo silentio, quod magni luctûs proprium, subeuntem feralem classem excipiemus, imaginem funeris, & quædam imitamenta justorum peracturi. Non quòd impleri putemus hac ratione mensuram officij; sed pietatem nostram aliquâ saltem PRINCIPIBUS SERENISSIMIS ut approbemus, solventes, non quantum debemus, sed quantum possumus, quibus maxima deberi ultrò fatemur. Cœleste etiam & omnia supereminens Numen non tam magnificis muneribus, quàm bonâ venerantium mente delectari solet: & spes est Serenissimam Viduam hoc nostrum officium ex celebrantium affectu magis, quàm apparatu præsenti æstimaturam, tum levamentum inde aliquod percepturam doloris. Nam tollere penitus neq; longissima dies poterit: nisi in venerationem abeat luctus, & quidquid fleverit hactenus, admiretur deinceps animus ac colat. Vos CIVES ACADEMICI agite, & quando peragendo huic actui campanâ de turri dabitur signum, adeste frequentes, & honorarias istas exequias *Augusti Daniarum Principis* devotione justa obite. Quod abunde præstabunt qui nondum obliti sanctitatis, quæ est in regibus: & quantum debeatur, qui Dei vicem in terris eminenter præsunt, quorumq; ministerio maximè providentia beneficia sua spargit atq; dispensat. Id in fine oramus ac obtestamur æternum

num Numen ut florentissimo Daniarum regno, ut nostræ Saxoniæ innumeris gaudiis & infinitis gratulationibus hunc luctum repensét, & regnatrices utrobique domos stabiliat firmiter, incrementisq; felicibus augeat, ne alium finem sentiant, quam qui communis terrarum orbi. PP. ad d. Septembr. anno recuperatæ gratiæ cIↃ IↃ c XLVII. ANNO CHRISTI

R E C T O R.

MARCUS BANZERUS Augustanus Med. D. & P. P. Facultatisq; Med. Senior. 1647. d. Luc.

Inscripti 129

Inter Inscriptos

Christophorus Joachimus: Johannes Christophorus Felgenhauer. Nob Misnici ab Hirschstein.
Georgius Albertus de Schlaberndorff Nob. March.
Iohannes Christophorus à Minckvvitz Nob. Lusatus.
Guntherus à Bunau Nobil. Misnicus.
Theodorus à Lippe Bremens.
Iohannes de Knobelsdorff Nobilis March.
Cuno de Schonemarcke auff Hohen Alßdorff.
Adamus Ernestus Löser auff Kötlitz.
Henricus Fridericus Metzsch.

R E C T O R.

ANDREAS SENNERTUS. Wittebergensis, Sanctæ atquè Orientalium Linguarum Prof. Publ. 1648. Cal. Maij.

Inscripti 232

Inter Inscriptos.

Johann Georg: à Köseritz Misn.
Caſparus Otto à Knobloch Marchio Brandenb.
Johann Christian°: Christop. Julius ab Arnheim.
Dietericus Christianus à Bergâ. Dessav. Anhalt.
Christophorus Fridricus à Salzâ Nob. Lusat.
Antonius à Blansdorff. Nob. March.
Levin Heinrich Linstovv Nob. Megapolitanus.
Lebrecht von Metzsch Servestâ Nob. Anh.
Johan. Ernestus à Staupitz Nob. Lusat.
Joh. Dieterich: Heinric° Gebhard° à Miltiz Nob. Misn.

ANNO CHRISTI

Godofredus à Sebottendorff Nob. Sil.
Iohann Antonius de Carchefijs. Nob. Luf.
Chriſtophorus ab Hohbergk & Fürſtenſtein, Eq. Sil.
Georg Fridricus à Wyrbsky, Nob. Sil.
Georgius à Goſſytzky, Nob. Sil.
Franciſc° Otto Rathers. Mindâ Weſtph. poſteà J. U. D. & Practicus Mindenſ.
Iohannes Humbelot Gallus, Monticinenſis. Licentiatus in Univerſitate Bituricenſi, & Advocatus in Parlamento Divionenſi. Quę ſummatim manu Rectoris & quaſi compendio de Tractatione pacis Osnabrug. & Monaſter. notata ſupra Ex ipſis Inſtrumentis publicis plenius cognoſcere Licebit.

RECTOR

1648. d. Luca. WILHELMUS LYSERUS. S. Th. D. P. P. Eccleſiæ Cathedralis ingenuæ Misnenſ. & Collegij Facultatis Theologicæ Decanus. Alumnor. Electorum Ephorus.

&

PRO-RECTOR.

ANDREAS SENNERTUS P. P. cùm d. 8. Febr. Anni 1649. Rector vitâ functus eſſet.

Inſcripti 167

Inter Inſcriptos

Julius Heinricus à Röſſingk Nob. Saxo.
Albertus Zaremba de Kalinowva Pol. Nob.
Hieronym° Pflug Nob. Miſn.
Ernſt Ludwig à Gröben. Nobil. March.
Reimerus Otto à Thümen Nob. March.
Albertus Fridericus ab Hünigk Nob. March.
Iohann. Georg. à Röbel. Nobil. March.

De coronatione Regis Daniæ & Poloniæ, ut & de cæde nefandâ Caroli I. Magnæ Britaniæ Regis hæc Pro-Rectoris manu notata ſunt.

Hac Semeſtri ſpatio, quæ Contigerunt, hæc properò ſunt.

CHRISTIANO IV. Rege Daniæ ſuperior. mens. Febr. d. XXVIII.

piè

pie defuncto, FRIDERICUS III. Daniæ Rex coronatur, mens Novembr. die XXIII. Anno 648. VVLADISLAO IV. Poloniæ Rege item defuncto superioris anni 1648. Mens. May. d. X. JOHANNES CASIMIRUS, Poloniæ Rex coronatur. Januar. XVII. St. n. Anno 1649. CAROLUS STUARTUS I. Magnæ Britanniæ Rex varo, nisi mandito exemplo, Londini publicè sub Dio capite plectitur Mens. Januar. d. 30. St. V. Febr. 9. St. n. intra horam 2. & 3. pomerid. 1649. Auctoribus è primis Thomâ Fairfax & Oliviero Cromvvel, Parlamenti militiæ præfectis summis belliq; Ducibus: posteaquam ab anno 1642. dubio utriuq; Marte (ita, de causis haud fortè dissimilioribus. Deoq; Soli notis exactè) infelicissimo certè vero successu, inter Regem & Parlamentum Anglicum pugnatum esset: annitentibus vicissim aliis quidem, cum belli ducibus superioribus, formam regni pristinam, abolitis Rege Parlamentoq; (domo, quam vocant, imprimis superiore Dominorum) in Statum Aristocraticum seu liberam Rempublicam transformare, ipso facto. Quod & adhuc durat hodie bellum inter partes. ANNO CHRISTI

RECTOR

JEREMIAS REUSNERUS U. J. D. & Decretalium Prof. Pnbl. Ordinarius, Senior & Curiæ Electoralis Consistorij Ecclesiastici Scabinatusq; Assessor. 1649. Cal. May.

Inscripti 236

Inter Inscriptos

VVolff Heinrich: Christoph. Adolph: Otto Carol° Thümmel, auff Schmeln und Paußdorff.

Mauritius Christoph à Schönberg.

Adolph Johann ab Holstein Holsat.

Fridricus à Mohl in Drombsdorff Eq. Sil.

Wilhelm Fridrich à Kospoth Jenâ. Thur.

Matthias Belovv Nob Pom.

Johann Frider. à Schlieben Lucâ Lusat.

ANNO CHRISTI 1649. d. Luca.

RECTOR.

CONRADUS VICTOR SCHNEIDERUS Phil. Ac Med. D. & Pathematum Prof. Publ.

Inscripti. 130

Inter Inscriptos.

Georgius VVarnerus von Knesebeck. Lunæb.
Johan. Fridr. von Böhnen Nob. Pom.
Christophorus de Wiedenbach. Saxo.
Petrus Ernestus von Wolfersdorff Lusatus.
Christoph Joach.: Joh. Christoph à Felgenhauer Misn.
Melchior Christoph ab Hünicke Nob. March.

RECTOR

1650. Cal. Maij.

MICHAEL VVENDELERUS Theol. Licent. & moralium P. P.

Inscripti 331

Inter Inscriptos.

Johannes à Dambrovvka Eq. Sil.
Fridericus Adolph° ab Haugvvitz Eques Lusatus.
Fridericus de Bardenfleth Brem.
Maximilianus Fridericus: Eustachius von Bröstke Marchiaci.
Johan Christophor° ab Heintz Eques Misnicus.
Otto Freyherr von Promnitz.
Christianus Stadtlander Oldenburg. Nob.
Virich Freyherr von Promnitz.
Sigmundt Seyfridt von der Dham.
Johannes Ernestus Freudenhammerus de Freudenheim.
Johannes Christophorus à Bredovv Nob. March.
Iohan Abraham Rosnovvsky Nob. Pol. de Gopolevvo.
Peter Lorentz Zitzwitz Stolpâ Pom.
Sigismundus Adolphus à Gersdorff Eques Lusat.

D. 22. Julij Festum ob recuperatam Germaniæ Pacem, ad Mandatum Serenissimi Electoris solenniter celebratum est, Programma tunc publicè affixum hoc est:

RECTOR

ANNO CHRISTI

RECTOR
ACADEMIÆ WITTEBERGENSIS,

MICHAEL WENDELERUS,

Annæmontanus, Lib. Artium Mag. S. S. Theologiæ Licent. & Practicæ Philosophiæ P. P.

OMNIBUS ACADEMIÆ CIVIBUS
S. D.

QVod agitatum toties hactenus, quandoque conventum, mox nescio quo Germaniæ fato elisum meminimus; dein resumtum denuo, & post difficilem, ac diuturnam laboriosamque deliberationem biennio quasi Monasterij, ac Osnabrugæ, decretum fuit; id XVI. Kal. Qvint. proximè demum Norinbergæ confectum & absolutum est, ut nunc armorum fine imposito formidines omnes terroresq;, miseriasq; ac calamitates, quibus XXX hisannis objecti fuimus, firmata undiq; sancitaque pace, fic, quasi acie prælioq;, depulsas ac profligatas videamus. Quod ut in tanto animorum dissensu, quos hinc distraxerat æmulatio, hinc diuturni efferaverat belli rabies, interq; tam acres atque diversas pro se nitentium cupiditates & vota, artesq; ac machinationes varias obtineri posse, prudentiores plerique aut dubitarunt, aut desperarunt penitus; ita unius Dei immortalis bonitati immensæ cùm imputari atq; asscribi totum debeat, meritò Serenissimus ac Potentissimus Elector Saxoniæ, Dominus atque nutritius noster clementissimus, Supplicationes solennes per Ditiones suas omnes instituendas in crastinum decrevit atq; indixit: ut pro hoc tanto & ineffabili beneficio Deo publicè meritæ laudes gratesque persolverentur. Quod tanto majore curâ ac pietate nos facere par est, quantò ad exercendas nostras artes & excolendas disciplinas necessaria magis armorum quies atq; cessatio

ANNO CHRISTI

tio est. Sicut tranquillo mari secundaq; aura facilè cursum tenet navis; quæ deprehensa ventorum adversantium tempestate, aut mergitur fluctibus, aut illiditur scopulis; jactatur certò miserè quassaturque partibus omnibus; ita sola pace procedunt pulcherrimè studia; simul ingruere bellum cepit, delentur illicò ac pereunt: vel omni splendore ac dignitate orbata contemtui sunt. Namquis magnopere illis relictus esse locus poterit, ubi ira ac vis omnia sunt; & tantò melior habetur quisq;, non quo modestior frugaliorq; (quales literæ concinnant ac formant) sed quo ferocior ac impotentior est? Magno omninò atq; multiplici & suprà quàm dici potest exitiabili bello defuncti sumus: quod nec civile tantum aut sociale appellaveris, neque externum etiam; sed quoddam commune ex omnibus, & plusquam bellum. Quo non Germania in Europa magis, quam in Germania Europa certavit, incertum, pro ea, an contra eam. Sed si in fatis fuit quodammodo, ut robustissima fortissimaq; orbis terrarum pars, in unum bellum, ut experiretur vires suas, concurreret; dicendum propemodum est, ferali huic scenæ non debuisse theatrum aliud statui, quàm bellicosissima omnium quod natio daret. Hoc exitu tamen ut quanto sors nostra hoc statu rerum acerbior esset ac tristior, tantò illustrior existeret gloria, cùm nulla gens alia hic gesserit partes, aut quicquam magnificum ac laude egerit dignum, quæ nostris ad id non manibus tantum ac opibus, verum consiliis etiam fuerit usa: quo superatæ in partibus Germaniæ decus non nisi ipsos Germanos maneret: iidemq; & victi & sui victores existerent. Quod in futuris annalibus cum legent posteri, miserabuntur illi quidem fortassis atrocitatem fati nostri; sed magis admirabuntur virtutem, mereri confessi terrarum orbis imperium invictum populum, qui principatum Europæ & tenuisset jam olim, & denuò sibi in semetipso quamvis asseruisset. Quare cur abblandiri sibi gentes aliæ, & gestis rebus gloriari velint magnopere, causa non est. Nisi ad laudem ac famam interpretari voluerint, quod pertinacia illarum

rum calamitatibus tantis ac cladibus, quantas vix ætas ulla vidit ante, & nos tamdiu perpessi sumus, dederint caussam. Hæserit alibi diutius bellum; nusquam incubit vehementius; nusquam majoribus viribus id gestum, aut pluribus præliis depugnatum; aut quo exercere usque furorem posset, ostensum fuit. Quanti & quot conducti exercitus? Quoties conflictum acie? Quot urbes & castro aut capta obsidione aut expugnata viribus? Quantum profusum sanguinis, quo maxima flumina etiam & campi quamvis ingentes, quin totæ provinciæ pene, aut mundatæ fuerunt aut infectæ? Quid nunc de villis, de pagis, de multò infinitis oppidis memorem, quæ militaris licentia aut furor vel igne delevit vel exscidit ferro? Ex quo ruina, & solitudo, & vastitas non quidem per partes aliquas; sed universam, quanta patet, Germaniam, velut procella & turbine quodam, invectæ dispersæq; sunt. Quæ belli hujus magnitudinem ac gravitatem testenturne magis, an detestentur ad posteros, nihil nunc dicere attinet. Sed si ad nostra revertimur, quis erat superioribus annis & hujus & aliarum Academiarum status, quæso, atq; fortuna? Subit profectò recogitanti illius temporis faciem horror ingens, cum per acroateria omnia subselliaque magnum silentium miraq; incederet vastitas; aut collocatus in cathedra doctor mœrore ac cura anxius vix solveret vocem, & tribus quatuorve sectantibus, præciperet ægre ac expediret, quæ per terrores atq; formidines domi formaverat. Quæ omnia cum ex pactitio saltem armorum otio & interstitia illa quiete, quam impetravimus hactenus, mutata in melius adeò sint, non sine ingente nostro commodoque ac fructu; quantò majora, & excellentiora magisque perpetua ac firma licebit sperare, cùm justa modò solidaque est reddita pax, quæ non sequestrat arma, sed tollit penitus; non interfindit quiete temporaria bellum, sed finit; & certam mansuramque & metu omni ac solicitudine vacuam nobis securitatem indulget? Merito igitur nunc gratulamur invicem faustis ominibus, & Deo immortali auctori ac largitori incredibilis hujus ac insperа-

ANNO CHRISTI

ANNO CHRISTI

speratæ felicitatis, & canimus laudes & reddimus gratias. non modò privatim, & prout cuique sua dicta pietas; sed publicè etiam hoc ritu ac ceremonia, quo Sereniſſimus Princeps præscripsit. Quæ craſtinæ lucis solennitas quò magis decorè atque conspectè peragatur, vos admonemus, ut sequenti mane sub ipsam sextam in D. AUGUSTI Collegio conveniatis, laudatoq; hymnis psalmisque misericordissimo Numine in templum arcis procedentes Patres, quibus in foro se Civitatis Senatus junget, comitemini, vacaturi qua par est religione animi ac pietate, quæ ibi, & postdeinde in parochiali templo peragentur, sacris officiisq; divinis. Quibus peractis, cùm matutinis tum pomeridianis non procedendum vobis ad compotationes hilariaque memineritis (quæ minimè diei religioni conveniunt, & Sereniſſimus Elector graviter interdixit) sed suæ quisque domi iis navabit rebus operam, quæ pietatem incitantque ac movent; & Dei pacem atque benevolentiam magis magisque conciliant ac promerentur. Quem in libelli fine devotâ mente veneramur, bonasque precamur preces, ut æternitatem suis addat muneribus, & hanc recuperatæ post tot annorum tumultus ac tempestates efflorescentem pacis segetem emicantemque in herbam primùm tueatur clementer; neque adurere eam ullam rubiginem, aut feram tempestatem evertere; sed bene evenire atquè grandescere; nosque & posteros nostros eorumque progeniem, & si quam illi daturi rursus sunt prolem, maturos ejus atque perpetuos fructus carpere sinat, sedatis non modò atque compositis bellis undique, sed ipso eorum nomine quoque extincto atque deleto: ut ubique terrarum fixâ fundataque pax in constantissimi amoris irruptum fœdus gentes omnes copulet, & nos, quibus æternæ veritatis lux patuit propius, tanquam verissima & fallax minimè tesserâ, non dicto & nomine; sed re & facto monstret ac doceat Christianos. PP. ad d. XXI. Julij Anno recuperatæ gratiæ cIↃ IↃc L.

EPI-

EPIGRAMMA RECTORIS in eandem festivitatem.

ANNO CHRISTI

Cùm mea pace iterum Germania clara fruatur;
Hinc celebrat festum Leucoris alma DEO.
Tota Professorum series, totusq; senatus
Mane domus sacræ limina nota subit.
Sexcentos certum est Studiosos sponte secutos:
Præsentes totidem fama fuisse refert.
Carmina cantantur varia modulamine rerum
Dulcisonis chordis ductilibusq; tubis.
Pace nihil melius: nil Martis tristius armis:
Destruit hic agros: erigit illa domos.
Dicimus ergò DEO magnæ præconia laudis,
Qui dedit his nostris finibus istud opus.

1650. d. Luc.

RECTOR.

IOHANNES SCHARFIUS, S.S. Theol. D. & P.P.

Inscripti 240

Inter Inscriptos.

Abraham Calovius. SS. Theologiæ Doctor & Prof. Publ. Pastor. Circuli Electoralis Superintendens Generalis, & Consistorij Ecclesiastici Assessor.

Georgius Diethericus von Raschken/ Eques Misnicus.

Cuno Christophorus: Iohannes Heinricus von Birckholtz/ Eq. Lusati.

Wolff Abraham von Schlieben Eques Misnicus.

Eustachius à Thümen/ Nobil. March.

Iohan. Christoph. à Goltz/ Nob. March.

Hanß Ernst von Rowedel/ Nobil. Neo-March.

Iohannes Ernestus von Stächow/ Brand. Marchicus.

Ioachim Adolph. à Röbel, Nob. Mesa March.

Matthias Mladosseuich Croata Zagrabiensis, Nobil. à Srtenieuecz.

1651. d. 1. Maij.

RECTOR.

CHRISTIANUS TAUBMANNUS, U.I.D.

Inscripti 266

Inter Inscriptos

ANNO CHRISTI

Bernd Friedrich de Rindtorff.
Hans Katte: Melchior Katte: Melchior Heinrich Katte: Cuno Katte: Wolff Christoff Schierstehde: Friedrich Ludewig Schirstehde / Equites Saxonici.
Adamus Heinricus à Güntersbergk, Nob. Neo-Marchici.
Caspar Ioachim à Goltze/ Nobil. Neomarch.
Caspar Otto à Blanckensee/ Nob. Neomarch.
Christoph ab Heidebregk: Bernhardus à Blanckenburgk: Christianus ab Heidebregk, Nob. Pomerani
Iacob Diederich von Barfftorff/ Nob. March.
Iohannes Siegfridus à Lüttechau, Eques Misnicus.
Caspar Christoph à Nostitz, Eques Lusatus..
Franciscus Dubilaus ab Eickstet/ Mob. Pom.

1651. d. Luce.

RECTOR.

MICHAEL SENNERTUS, Medicinæ Doctor & Prof. Publ.

Inscripti 191

Inter Inscriptos

Bogislavv von Sonnitz/ Nob. Pomeran.
Wolff Albrecht von Löbn/ Nob. Lusat.
David von Bulow / Nobil. March.
Eilhardus Töniges, Nobil. Borussus.

1652. d. 1. Maij.

RECTOR.

M. CHRISTIANUS TRENSCHIUS, Haynâ Misnicus. Logic. & Metaph. Prof. Publ.

Inscripti 312.

Inter Inscriptos.

Andreas Kanadus, SS. Theol. D. PP. & Consistorij Ecclesiastici Assessor.
Bernhard. Adolphus Metzsch.
Ernst Christian de Ditfordt. Nob. Brunsuicensis.
Rudigerus Christianus de Wedell, Nob March.
Luderus à Lith / Nobilis Bremens.
Hubertus Ludolphus à Stechovv, Nob March.

Chri-

Christoph: Werner: Ludewich von Görne/ Nobiles Marchici.
Christophorus à Franckenberg. Eques Silef.
Iohannes Georgius Adam à Löben Brandrohdâ Thüring.
Ioachimus Henningus Iatzkovv, Nobilis Boruſſus.
Caſpar Wichman von Löben/ Eq. Silef.
Fridrich Wilhelm: Conrad Moritz von Rochaw/ Eq. March.
Anton Philippus: Hilmar von Münchauſen.

ANNO CHRISTI

RECTOR.

JOHANNES MEISNERUS SS. Theolog. Doct. Prof. Publ. & Alumnorum Electoral. Ephorus. 1652. d. Luca.

Inſcripti 219.

Inter Inſcriptos

Dietrich Levin von Schachten/ Eq Haſſiæ.
Chriſtoph Heinrich von Schachten/ Eques Halberſtad.
Werner von Schachten/ Eques Halberſtad.
Johannes Georgius à Körbitz/ Dresdenſis.
Fridricus Guilielmus à Bröck Nob. Pruſſus
Chriſtophorus Heinricus von Schleinitz in Gröbel Miſn.

RECTOR

GOTTFRIDUS SUEVUS. Leor. Sil. I.U.D. & Prof. Publ. 1653. d. 1. Maij.

Inſcripti. 550

Inter Inſcriptos

Caſparus Wenceslaus à Kottulinsky, Silef.
Cuno Friedrich: Hanß Cuert: Krafft Burchardt: von Bodenhauſen/ uff Wulffingerode vnd Radiſi.
Hanß Heidrich von Köſeritz.
Laurentius Georgius: Caſparus: Ioachimus Reinholdus à Crockovv, Nob. Pom.
Hauß Heinrich: Wolff Chriſtoph von Kottwitz/ Nobiles Inſer. Luſat.
Melchior à Katte Magdeburgenſ.
Chriſtianus Aribertus, Georg - Ariberti Illuſtriſſ. Prin. Anhaltin. Com. Aſcan. Dn. Serv. ac Berneb. legitimus ac unicus filius.

ANNO CHRISTI

Ferdinandus Iohannes ab Oppe, Nob. Anhalt.
Ernestus Gottlieb von Pröck/ Nob. Prussus.
Caspar Friedrich à Schirstedte, Nob. Archiepisc. Magd.
Iacobus Fridericus von Winterfeldt/ Nob. March.

Hoc anno Comitia Universalia Ratisbonæ habita sunt Imperante FERDINANDO III. augusto & invictissimo. Propositio in Curiâ Ratisbon. solenniter facta est die XIX. Mens. Junij, cujus capita ex literis & scriptis publicis repetenda sunt. Durantibus Comitiis, FERDINANDUS IV. Hungar. Bohemiæq; Rex FERDINANDI III. Imperatoris filius die XXI. Maji Styl. Vet. Augustæ in Regem Romanorum electus; & Ratisbonæ die IIX. Iunij ab Electore Moguntino coronatus est. D. XXV. Iulij, ELEONORA Ducissa Mantuæ Imperatoris FERDINANDI III. conjunx ab eodem Electore coronatur.

A Sereniissimo Electore nostro ad Comitia ista amandati sunt HENRICUS à FRIESEN. Jun. Consiliarius intimus, IOHANNES ERNESTUS PISTORIS in Scufelitz/ Consiliarius Appellationum, & D. AUGUSTINUS STRAUCHIUS; Consiliarius Appellat: & in hac Academia Profess. Cod. &c. qui in locum Ordinarij defuncti D. JEREMIÆ REUSNERI, absens confirmatus est.

Det DEUS, ut ea ubique deliberentur & concludantur, quæ ad tranquillandas penitus Imperij res, ad pacis Religiosæ pariter ac profanæ stabilimentum & Ecclesiarum pressarum allevamentum faciunt.

In felicitate quoque Academiæ nostræ per hoc semestre meritò censetur, tum numerus inscriptorum, quo ab Anno 1629 nullus reperitur major, tum Actus Doctoralis in Facultate Juridicâ, octo Licentiatorum: cui numero, parem nullâ Facultatum superiorum habuit.

RECTOR.

1653. d. Luce. MARCUS BANZERUS Augustanus, Med. Doctor & Prof. Publ. Collegijq; Medici Senior.

Inscripti 246

Inter Inscriptos.

Geor-

Georgius Heinricus ab Arnnihm Nobilis Misnicus.
Johannes Christophorus à Straus Nob. Neo Marchic.
Johannes Christophorus à Sack Nobil. Neomarchic*,
Caspar Seyfried: Heinrich Ernst: Wolff Christoff von Karuß/ Nobil. Lusati.
Johann Ernestus à Staupitz Nobil. Lusatus.

ANNO CHRISTI

Eod. Anno, d. 14. Febr. Præsente Serenissimo, Celsissimoq; Dno. Dn. Johanne Georgio Electoratus Sax. Hereditario Principe Dn. D. Abraham Calovius Pastor & Circuli Electoralis Superintendens Generalis publicè & solenniter investitus est. à Dno. Jacobo Wellero Doctore Theologo & Serenissimo Dn. Dn. Electori à Concionibus aulicis Primarijs &c.

RECTOR

AUGUSTUS BUCHNERUS.

1654.

Inscripti 220 Cal. Maij.

Inter Inscriptos.

Eovvald Georg à Lettaw Nobilis Pomeranus Hæres Machmini.
Hericus à Belovv Nobil. Pomeranus hæreditarius in Dunno & Symbo.
Joachim Friedrich von Schlaberndorff.
Johannes Georgius Opel Dresdensis.
Rudiger von Massaw Nobil. Pomer.
Johann Christophorus Kielgenau à Kielgenaw.
Carll Friedrich von Kraân Wismario Megapolitanus.
Gerhard* Milzovius à Waß/ Norvvegus.
Adamus Ernestus Löser Eques Misnicus.
Hans Ernst Knoche Eques Misnicus.
Hans Rudolff von Landskron Nob. Sil.

De Obitu FERDINANDI IV. Regis Romanorum ista notata sunt.

COmmemoranda adhuc FERDINANDI IV. Romanorum Regis mors est, quæ M. Junium nobis feralem fecit. Lætum & prosperum ipsi superiore anno, cum summi fastigij fortuna in eum solenni ceremonia. d. VIII. transferretur. Oaist Viennæ. d. XXIX. à media nocte, exanthematum morbo. Præsagia mortis referuntur, novæ stellæ exor-

ANNO CHRISTI exortus, quæ tribus Septimanis fulsit ante: tum magna ventorum, quæ pridiè quam finiretur, inceſſit tempeſtas, & mox ſecutus terræ ingens tremor: aquila etiam, quæ ex Imperatorij Palatij area, ubi obambulare & cibos accipere annos quamplurimos ſueverat, in S. Michaelis turrim levavit ſe primùm, & inde longius tulit ex omnium oculis, poſt Regis demùm reverſa exceſſum. Aera Campana denique in Cæſareano ſacello, quæ ſponte, ut ſi ad Sacra vocarent ter ſonuerunt.

RECTOR.

1654. d. 18. Octob. ANDREAS KUNADUS SS. Theol. D. Prof. Publ. Conſiſtorij Eccleſiaſtici Aſſeſſor & Alumnor. Electoral. Ephorus.

Inſcripti. 166

Inter Inſcriptos.

Otto Chriſtianus Nobil. de Plotho Saxo.

Georg Rudolph Schenck zu Schweinßburg. Nobil.

Hans Albrecht von Schierſtett Nob. March.

Haſſus

Sub hoc Rectoratu notata ſunt ſequentia.

GLacialis illa aquarum eluvio, qua albis ex diuturnis pluvijs & liqueſactis nivibus majorem in modum intumeſcens, cum glacie, intra, intra alveum prope pagum GRIEBE ad dimidium miliare accumulata, viam aliam non reperiret, effractis non uno in loco aggeribus, perrupit, & totam planitiem occupavit, ut Lipſiam ire volentibus, per integrum miliare uſq; ad KEMBERGAM, navigio utendum eſſet. Singulariter verò pagum Academiæ EUTZSCH dictum, adflixit & mundavit, ut illac peculiare quaſi fluentum inſtituiſſe videretur. Accidit 8. circiter Februarij & duravit per integrum Menſem uſq; ad 10. Martij non ſine inſigni damno & detrimento Colonorum.

DEINDE.

NOva dotatio hujus Academiæ, qua Sereniſſimus Princeps Elector Saxoniæ, Dominus & Nutritius noſter clementiſſimus impetrata à Statibus Provincialibus ad qualemcunq; Scholarum & Academiarum inſtaurationem, liberali unius

nius & alterius Nummi Censorij, quem vocant Collatione, de priore Nummo, quem decisis inde 1000. fl. Magnifico Dn. D. Wellero Concionatori Aulico primario & 1000. Thal. Dn. Johanni Rauhen Dantiscano, Novæ Didactices Professori solvendis, integrum huic Academiæ destinarat, primitias. fl. exsolvi clementissimè fecit, cum annexâ hac severissimâ dispositione ut tres partes pro reficiendo Fisco Academico elocentur, quarta verò pro compensatione residui Salarij secundum proportionem in Dominos Professores & illorum Hæredes distribuatur. Cujus rei initium factum in Consistorio d. 17. Dec. 1654. ANNO CHRISTI

RECTOR. 1655. Cal. Maij.

HENRICUS COSELIUS Pragâ Bohemus J. U. D. Pandect. Prof. Publ.

Inscript. 253

Inter Inscriptos:

Conradt Gottfriedt ab Uchtritz Nobil. March.
Gottlob à Werther Turing.
Henricus Centurius ab Ende.
Fridric Wilhelm von Rochaw.
Wolf Ernst von Haken.
Adam Heinrich von Schönberg Nob. Misn.
Caspar Borck Nobil. Neomarch.

Summa Omnium Inscriptorum.

In Matricula	I.	ab Anno 1502	ad. 1552.	Inscripti 16070.
	II.	1552.	1565.	8461.
	III.	1565.	1587.	11902.
	IV.	1587.	1610.	12557.
	V.	1610.	1645.	14330.
	VI.	1645.	1655. usq; ad d. Lucæ.	4538.
				Summa 67858.

Sub

ANNO CHRISTI *Sub hoc Rectoratu*

Celebratum est Festum Jubilæum Pacis religiosæ, d. 25. Sept. Jussu Sereniſſimi Electoris JOHANNIS GEORGII Primi qui paulò antè, festivitatem illam vicinis & exteris & Locis Evangelicis quoq; Theologis notam fieri voluit, transmisso ad Consistorium Ecclesiasticum Wittebergense, hoc Mandato, insinuato d. 3. Septemb. Anno 1655.

Von GOttes Gnaden Johann Georg / Hertzog zu Sachsen Jülich Cleve vnd Berg / Churfürst / etc.

Würdige Hochgelahrte / liebe andächtige vnd getrewe / Wir mögen Euch nicht bergen / welcher gestalt Wir / GOtt zu Lob vnd Ehren / auff den 25. Septembris nechstkünfftig in Vnsern Churfürstenthumb vnd incorporirten Landen / ein öffentlich Danck Fest halten zulassen / entschlossen / Gestalt Wir Euch förderlichst eine Instuction vnd was derselben anhängig / zuschicken zulassen bedacht sein wollen / dieweil Wir aber darbey eine Nothdurfft zu sein erachtet / Euch solches weil die Zeit kurtz / zuvorhero zu notificiren / Als / begehren Wir hiermit gnädigst / Ihr wollet nicht allein Euch dißfals gefast halten / sondern auch solches Ewern benachtbarten Theologis, in Vnsern Landen vnd an andern Evangelischen Orten / in Schrifften zuerkennen geben / Daran geschicht Vnsere Meinung / Datum Dreßden am 29. Augusti Anno 1655.

Friedrich Netzsch.

B. Behem.

Den Würdigen vnd Hochgelahrten vnsern lieben andächtigen vnd getrewen / verordenten des Consistorij zu Wittemberg.

Quo

Quo mandato accepto, vicinis & exteris Evangelicis Consistorijs ac Ministerijs Theologicis in plerisque locis & Civitatibus Imperialibus Evangelicis, nec non aliis extra Imperium indictam festivitatem quam citissimè significavimus: hâc Literarum impressarum formula. ANNO CHRISTI

Vnsere freundbereitwillige Dienste zuvorn/ Wolehrnwürdige / Wolehrneste / Groß- vnd Vorachtbare/ Hoch- vnd Wolgelahrte/ insonders günstige geehrte Herren vnd liebe Freunde.

Dieselben erinnern sich ohne vnsere anführen/welcher Gestalt auff bevorstehenden 25. hujus der Tag an welchen zu Augspurg der Religions Frieden Anno 1555. geschlossen worden / gefellig / Geben jhnen hiernechst auß mitkommender Copey zuvernehmen/ wie daß der Durchläuchtigste Churfürst zu Sachsen vnd Burggraf zu Magdeburg / etc. Vnser gnädigster Herr in Sr. Churf. Durchl. Churfürstenthumb vnd incorporirten Landen ein öffentlich Danck vnd Jubelfest Gott zu Lob vnn Ehren dessentwegen halten zulassen / entschlossen/ vnd darneben gnädigst begehret solches vnseren benachbarten Theologis in dero Landen vnd an andern Evangelischen Orten in Schrifften zuerkennen zugeben / Wie nun höchstgedachter Sr. Churf. Durchl. gnädigsten Verordnung wir vnsers Orts schuldigste folge billich leisten/ also haben wir auch nicht vmbhin gekundt dererselben Christhochfürstliches Anordnen denen Herren zuerkennen zugeben / nicht zweifflendte dieselben hierauß mehr höchstermelter Sr. Churf. Durchl. Gottseligstes höchstlöblichstes intent wolgemeint erkennen / vnd nebenst derselben auß gleichmessiger hertz-Christlicher Danckbarkeit gegen die hohe gnade Gottes dardurch diese hundert Jahr hero der liebe Kirchenfried wunderbarlich erhalten/ vnd bestetiget / durch antrieb des heiligen Geistes Gott zu preisen ümbtreten werden/ wormit schliessende die Herren Wir Gottes

ANNO CHRISTI Allmächtigen Schutz treulichst empfehlen / Geben Wittenberg den 5. Septebris Anno 1655.

Verordnete des Churf. Sächs. Geistl. Consistorij zu Wittenberg.

Specialius mandatum de celebrando festo, unà cum Instructione Intimatione & Formulâ precationis transmissum est, d. 14. Septembr. dicti anni quæ omnia subjungere placuit.

MANDATUM.

Von GOttes Gnaden Johann Georg / Hertzog zu Sachsen Jülich Cleve vnd Berg / Churfürst / etc.

Würdige / Hochgelehrte / liebe andächtige vnd getrewe / Demnach wir auß hochwichtigen Vrsachen / zuförderst aber dem Allmächtigen Gott zu Lob / Ehr vnd Preiß wegen des verliehenen vnd nunmehr 100 Jahr erhaltenen werthen Religion Friedens auff den 25 Septembris nechstkünfftig / mit göttlicher Gnade / ein öffentlich Jubelfest begehen zu lassen / entschlossen / wie Euch allbereit / vor wenig tagen angedeutet worden. Als thun wir Euch hierbey die zu solchem Werck gehörige Instruction, Intimation vnd Gebet überschicken / gnedigst begehrende / Ihr wollet solche allen Euch untergebenen Superintendenten vnverzüglich zufertigen / vnd Ihnen aufferlegen / das Sie dieselben alsobalden denen an Sie gewiesenen Pfarrern in Städten vnd Dörffern zuschicken / vnd daran seyn / daß vnserer Christlichen Anordnung allerdings schuldige folge vnd Gehorsam geleistet werde. Dahero denn alle Superintendenten vnd Pfarrer diese Verfügung jeders Orts weltlicher Obrigkeit vnd Gerichtsherrn alsobalden Communiciren sollen / damit dieselben / was Ihnen in einem oder dem andern in acht zunehmen gebühre / bey zeiten wissen / vnd sich darnach richten mögen / Daran geschicht Vnsere Meinung / Datum Dreßden am 5 Septembris Anno 1655.

B. Behem.

Den Würdigen vnd Hochgelahrten vnsern lieben andächtigen vnd getrewen / verordneten des Consistorij zu Wittemberg.

IN.

INSTUCTION
Vnd
Ordnung/
Nach welcher in
Vnser/ von Gottes Gnaden
JOHANNS GEORGEN/
Hertzogen zu Sachsen/ Jülich/ Cleve vnd Berg/
deß Heiligen Röm: Reichs Ertz-Marschallens vnd Churfürstens/ Landgrafens in Düringen/ Marggrafens zu Meissen/ auch Ober- vnd Nieder-Lausitz/ Burggrafens zu Magdeburg/ Grafens zu der Marck vnd Ravensburg/ Herrns zum Ravenstein/ etc. Churfürstenthumb/ vnd gehörigen Alten vnd Neuen Landen/ das instehende Jubilæum, vnd Evangelisch Danckfest/ auff den 25. Septemb. Anno 1655. zu halten.

Anno Christi

NAch dem wir vns mit schuldigem Danck zurück erinnert/ wie die Gnade JESV CHRISTI sich herrlich am 25. Tage Septembris Anno 1555. vnd also für ein hundert Jahren/ erwiesen/ indem durch einhelligen Schluß vnd Bewilligung der damaligen Röm. Käys. vnd Königl. Majestät/ sampt der Churfürsten/ Fürsten/ Geist- vnd Weltlichen/ auch andern fürnehmen Ständen deß Heil. Römischen Reichs ein hochtheuer/ allgemeiner/ hochverpönter Religions-Friede/ zwischen denen/ so genanten/ Catholischen vnd der Augspurgischen Confession Verwandten/ Ständen/ auff allgemeinen Reichstag ist beschlossen/ auffgerichtet vnd confirmiret worden/ Krafft welches allgemeinen Friedens Käyserl. vnd Königl. Maj. auch Churfürsten/ Fürsten vnd Stände deß Heil. Reichs bey Käyserl. vnd Königl. Würden/ Fürstlichen Ehren/ wahren Worten vnd Poen deß Landfriedens sich verbunden/ keinen Stand deß Reichs/ von wegen der Augspurgischen Confession vnd derselbigen Lehre/ mit der That gewaltiger Weise zu überziehen/ zu beschädigen/ vergewaltigen/ oder in andere Wege/ wider sein Conscientz Wissen vnd Willen/ von dieser

ANNO CHRISTI

Augspurgischen Confessions-Religion/ Glauben/ Kirchengebräuchen/ Ordnungen vnd Ceremonien/ so sie auffgericht oder nochmals auffrichten mögen/ in jhren Fürstenthumb/ Landen vnd Herrschafften zu bringen/ oder durch Mandat, oder in einiger anderer Gestalt/ zu beschweren oder zu verachten / sondern bey solcher Religion, Glauben / Kirchengebräuchen / Ordnung vnd Ceremonien / auch jhrer Haab/Güter/ligend vnd fahrend/Land/Leuten/ Herrschafften/ Obrigkeiten/ Herrlichkeiten vnd Gerechtigkeiten ruhig vnd friedlich bleiben zu lassen / So haben wir auff reiffe vorhergegangene Rahtschlagung/ gnädigst entschlossen/ dem Allmächtigen / grundgütigen GOTT/zu gebührendem Lob/ Ehr vnd Preiß/ auch fernere Gnade/ vnd mächtiger Erhaltung/dieses hoch- edlen Kleinods/ein Evangelisches Jubelfest / in vnserm Churfürstenthum vnd Landen / hochfeyerlich begehen/vnd halten zu lassen/ Vnd solches/ damit alles ordentlich vnd in guter Gleichförmigkeit geschehen möchte / auff nachgesetzte Weiß vnd Mas.

Auffs Erste / wollen Wir / daß dieses Jubelfest den 25. Tag Septembris Alten/vnd 5. Tag Octobr. newen Calenders/ in Vnserm Churfürstenthumb vnd Landen/ solle gefeyret werden.

Fürs Andere / daß die zwey nechst vorhergehende Sontage/ dieses Fest/ mutatis mutandis, laut deß hierbeykommenden Formulars, in Städten vnd Dörffern / von allen Cantzeln / nach gehaltenen Predigten verkündiget / vnd das Volck treulich / zu hertzlicher Andacht / vnd Christlicher Begehung dieses Fest / auermahnet werde.

Zum Dritten/ soll den Montag zuvor/ als den 24. Septembr. oder bey denen/ so den Newen Calender gebrauchen/ den 4. Octobr. dieses Fest/ vmb Ein Vhr/ mit dreyen vnterschiedlichen langen Pulsen / mit allen Glocken / eine gantze Stunde lang eingeläutet / vnd darauff eine Vesper / mit Singen / Lesen vnd Beten gehalten / vnd wo es füglich seyn kan / vnd sonsten das Predigen / in den Sonn-Abend-Vespern gebräuchlich/ eine Predigt gehalten werden.

Dergleichen sol zum Vierdten/ auch geschehen an allen Orten/ zur Mittagspredigt / an dem Fest.

Zum Fünfften/ ordnen Wir / daß man die Kirchen mit dem besten Ornat/ der jedes Orts verhanden/ zieren / vnd die Musicam

Voca-

Vocalem vnd Instrumentalem / so gut als es jedes Orts seyn kan / mit schönen Jubilate vnd Cantate / GOtt zu Ehren / vnd hertzfreudige Danckſagung zu erwecken / erklingen lasse. ANNO CHRISTI

Zum Sechſten / soll den Mittag zuvor / als den Montag / Beicht gesessen / vnd den Festtag das heilige Abendmahl gehalten werden.

Zum Siebenden / soll hiemit alles Kauffen vnd Verkauffen / das gantze Fest über / ernſtlich verboten seyn / die Thor in den Städten / unter währenden Predigten / zugehalten bleiben / vnd keinem einzigen Handels- vnd Handwercksmann / bey Vermeidung unnachläßlicher Straffe / das Fest über / einen Laden auffzumachen / oder darinnen zu arbeyten / erlaubet seyn.

Vnd weil zum Achten / nicht unbillich / daß auff solche Zeit alles / so viel müglich / in guter Ordnung / zierlich verrichtet werde / so würde nicht unbequem seyn / daß auff den Universitäten / Rector, Magistri vnd Doctores, in einem Collegio, in den Städten aber / vnd sonderlich / wo eigene Rahts-stüle in der Kirchen wehren / die Bürgemeistere vnd Rahtsverwanten / auff dem Rahthause sich versamleten / etwa mit einem feinen Christlichen Liede / ihre Andacht ermunterten / vnd so dann / unter dem letztern Puls / im Proceß / vnd guter Ordnung / miteinander zugleich / zur Kirchen vnd solcher gestalt hernach / wieder herauß giengen.

Vnd daß zum Neundten / eine Conformität in unſern Landen gehalten werde / so haben wir durch Unſere Theologen / gewisse Texte / anstatt der Epistel / vnd Evangelien außlesen lassen / hiermit begehrende / daß zur Vesper / am Montag / der hundert vnd sieben vnd viertzigste Psalm / mit dieſer Vorrede / gelesen werde:

Eure Christliche Liebe / wolle mit gebührender Andacht / vnd Ehr-erbietung anhören / den hundert sieben vnd viertzigsten Psalm / in welchem GOttes wunderbarliche Providentz / vnd väterliche Fürsorge / dadurch er alles in allen / regiret vnd erhält / damit er seine Kirche baue vnd samle / sein heiliges Göttliches Wort ihr vertraue / vnd den wahren Gottesdienſt fortpflantze / herrlich beschrieben wird / vnd lautet zu Teutsch also:

Vnd kan hernach zur selbiger Vesper-Predigt / oder wo sie nicht ge-

ANNO CHRISTI

gebräuchlich/den folgenden Festtag/zur Frühpredigt/ an statt deß Textes/der hundert vnd neun vnd viertzigste Psalm erkläret/ wo aber beyde Predigten üblich/ein ander bequemer Text gebraucht/ oder vorbemeldter Psalm/ in zwey Predigten getheilet werden/ Als darinnen die Eigenschafft deß heiligen Evangelij beschrieben wird/ so Friede vnd Freude erwecket/ auch Könige vnd Fürsten/ daß sie GOtt zu Ehren leben/vnd sich Christi Reich unterwerffen/ zwinget.

Auff dem Fest selbsten/ soll Vormittag/an statt der Epistel gelesen werden/ der hundert vnd acht vnd dreissigste Psalm/ mit dieser Vorrede:

Euer Christliche Liebe/ wolle mit Fleiß vnd gebührender Andacht/anhören den 138. Psalm/ darinnen David/ vnserm GOtt herrlich dancket/ daß er die Erkäntnüß seines Namens so herrlich gemacht/ vnd außgebreitet/ daß auch die Könige GOtt dafür rühmen/ Vnd vertröstet/ wie GOtt ferner helffen werde/die Wort lauten also:

An statt deß Evangelij soll gelesen vnd erkläret werden/ der hundert vnd fünff vnd zwantzigste Psalm.

Zu Mittage soll gelesen vnd erkläret werden auß dem 49. Cap. Esa. der 7.8.9.10.11.12.13. Vers.

Endlichen so wird zum Zehenden/ auch das Formular deß Gebets/ so nach den Predigten/ dieses Fest über/ soll abgelesen werden/ mit überschicket/ Die Gesänge so da können gebraucht werden/ vnd derer Disposition, den Superintendenten vnd Pfarrern übergeben wird/ sind folgende:

HErr GOtt dich loben wir.
Allein GOtt in der Höh sey Ehr.
Nun lob mein Seel den HErren.
Nun lasst vns GOtt dem HErren.
Erhalt vns/HErr/bey deinem Wort.
Es wolt uns GOtt genädig seyn.
Ein veste Burg/ist unser GOtt.
Wär GOtt nicht mit vns diese Zeit.
Danckt dem HErrn heut vnd allezeit.

Der

Der getreue / barmhertzige GOtt / vnd Vater vnsers Heilandes Jesu Christi / helffe nur / das alles Jhm zu Ehren / zu Erhaltung seines heiligen alleinseligmachenden Worts / vnd zur Seelen Heil vnd Seligkeit gereichen möge. ANNO CHRISTI

FORMULA

Der Abkündigung deß Jubilæi auff den Cantzeln / wegen deß am 25 Septembris / Anno 1555 / zu Augspurg / publicirten Religion-Friedens / wie solches Fest / also bald nach gehaltenen Predigten / noch vor ablesung deß Gebets / soll intimirt werden.

Geliebte vnd Außerwehlte in dem HErrn / Was der Mann / nach dem Hertzen deß HErrn / König David / höchstrühmlich / vnd allen Christlichen Potentaten vnd Hertzen / zum löblichen Exempel / wird nachgeschrieben / daß er für ein jegliches Werck gedancket dem Heiligen / dem Höchsten / mit einem schönen Liede / er habe gesungen von gantzem Hertzen / vnd den geliebet / der jhn gemacht hatte: Eben das hat der Durchlauchtigste / Hochgeborne Fürst vnd Herr / Herr JOHANN GEORG / Hertzog zu Sachsen / Jülich / Cleve vnd Berg / deß heiligen Römischen Reichs Ertzmarschall vnd Churfürst / Landgraff in Düringen / Marggraff zu Meissen / auch Ober- vnd Niederlausitz / Burggraff zu Magdeburg / Graff zu der Marck vnd Ravensberg / Herr zu Ravenstein / ꝛc. Vnser allerseits gnädigster Herr / als ein Pfleger vnd Säug-Amme der Christlichen Kirchen / hocherleuchtet jederzeit / wol beobachtet. Denn nach dem auß Christeifriger Liebe gegen GOtt / vnd seinem alleinseligmachenden Wort / sich höchstgedachte Churfürstl. Durchlaucht. zu rück erinnert / was für hohe unaußsprechliche Gnade / die unerschöpffliche Güte vnd Barmhertzigkeit GOttes / nunmehr auff künfftigen 25. Tag Septemb. für hundert Jahren / seiner Christlichen Kirchen verliehen / da durch Krieg / vnd das im Christliche Interim alles in Geist- vnd Weltlichen Stand / zernichtet gewesen /

ANNO CHRISTI

sen/Er nicht allein den Heldengeist/ deß Durchlauchtigsten vnd Hochgebornen Fürstens vnd Herrns/Herrn Moritzen/Hertzogens zu Hachsen/deß heiligen Römischen Reichs Ertzmarschallen/ vñ Churfürsten/Landgrafens in Düringen/Marggrafens zu Meissen/vnd Burggrafens zu Magdeburg/ Christmildester Gedächtnüß/Seiner Churfürstl. Durchl. Groß-Herrn-Vaters/ Herrn Bruders/ erwecket/daß Anno 1552. mit Käyserl. Maj. Er den Passauischen Vertrag/zwischen denen/ so genanten Catolischen vnd Augspurgischen Confession-Verwandten/ als einen Anfang zum heilsamen Religion- vnd Prophan-Frieden gemachet/ dergestalt vnd also/daß kein Theil dem andern/umb der Religion willen/beschwerlich seyn solten/ Sondern hernacher unter derselben höchstgeehrten Groß-Herrn-Vatern/ Churfürsten Augusti/ Christmildester Gedächtnüß/im angezogenen 1555. Jahr seine väterliche/hulische Güte/weiter so reichlich spüren/ vnd mächtiglich sehen lassen/daß im Allgemeinen Reichstag/deß Röm. Reichs/ eben an dem Ort/da/dazumal vor 25. Jahrn unser Glaubens-Bekentnüß/die Augspurgische Confession/ offentlich war übergeben/vnd verlesen worden/ der hochverpönte Religionsfriede/ auffs kräfftigste/vnd verbindlichste/ von beeder Religion Zugethanen/in damals friedlichen vnd glücklichen Zustand deß Reichs/ ist auffgerichtet/beliebet vnd beschlossen worden/ Krafft welches Friedens/der auch in den Osnabrugischen Friedens-Tractaten/ auffs neue ist stabilirt worden/sich das Röm. Reich in Ruhe befunden/vnd die wahre allenseligmachende Lehr/der ungeänderten Augspurgischen Confession, sich weit vnd breit außbreitend/ herrlich erbauet/So haben Sie daher jhrer Schuldigkeit zu seyn erachtet/jhrem heiligen GOtt/ insonderheit/ auch für diese grosse Wolthat/ von gantzem Hertzen zu dancken/vnd Jhm dafür ein schönes Lob zu singen/zu welchem Sie die Churfürstliche Gedancken gefasset/in dero gantzen Churfürstenthumb/ vnd allen dero zugehörigen Landen/ GOtt dem HErrn zu Ehren vnd schuldigster Danckbarkeit/ein Jubilæum, das ist/ein öffentliches Danckfest auff gedachten 25. Tag. Septembris außzuschreiben/ vnd solcher gestalt zu halten/daß den Tag zuvor/umb Ein Uhr mit allen Glocken/durch drey unterschiedliche Pulse/das Fest eingeläutet/

vnd

vnd darauff von Zwey Vhr soll Vesper gehalten werden/ die Leute auch zur Beicht sich einstellen/künfftigen Tag/ die Predigten auß denen fürgegebenen Texten/gleich als auff hohen Festtagen/ mit hertzlicher Andacht besuchen/ vnd den gantzen Tag GOtt zu Ehren vnd schuldigsten Lob-Opffer/ für solche grosse Gnade anwenden. ANNO CHRISTI

Wird demnach Euer Christliche Liebe/ hiermit von GOttes wegen/an statt höchst-ermeldter Seiner Churfürstl. Durchl. ernstlich ermahnet vnd erinnert/für allen Dingen/jhr Hertz durch rechtschaffene Busse zu bereiten/ damit sie GOtt das schuldigste Danck-vnd Lob-Opffer darbringen/vnd erhörlich beten möchten: Vnd wenn sie werden benühren Vor-Abendes/mit allen Glocken/ das Fest/umb Ein Vhr eingeläutet hören/daß sie sich/so dann zur Vesper/vnd die/so da Geistlich hungert/zur Beicht: vnd gnädigster Absolution, den Tag darauff zum Gehör Göttlichen Wortes/wie vor: also auch nachmittag/ gleich als in den hohen Festtagen/mit Fleiß einstellen/mit bußfertigen/ zerknirschten vnd zerschlagenen Hertzen für GOtt erscheinen/denselben die Farren jhrer Lippen/ mit hertzlicher Andacht/ opffern/ umb fernere Gnade vnd Erhaltung deß Wortes Gottes/ wie auch allgemeinen Prophan.vnd Religion-Friedens/ zu der hochgelobten Dreyfaltigkeit/zu Haus/vnd in der Kirchen beten/ vnd von andächtiger feyerlicher Begehung dieses Fests sich nichts Weltlichs abhalten lassen wolle: Inmassen dann höchsternenter Vnser gnädigster Churfürst vnd Herr/ hiermit auch ernstlich wil/ daß auff diesem Fest alle Hand: vnd Pferd-Arbeit/Krämerey/Kauffen vnd Verkauffen/vnd anders/so sonsten an Werckeltagen zu geschehen pfleget/gäntzlich nachbleiben/in den Städten unter währenden Predigten/die Thor zugehalten/vnd bey Vermeidung unnachlässiger Straffe/von der weltlichen Oberkeit/ aller Orten/der angeführten Puncten halber/Verordnung geschehen soll: Gestalt nun einem jedwedern frommen Christen/sein eigen Hertz vnd Christenthum treiben wird/ daß er diese unaußsprechliche Wolthaten erkenne/GOtt dafür hertzlich dancke vnd preise/der solche Fürstliche Gedancken seinem Gesalbten/Vnserm gnädigsten Herrn/ eingegeben/ Dahero auch andächtig seufftze/ daß unser Heiland vnd

ANNO CHRISTI

Erlöser Christus Jesus / nechst ferner Erhaltung / seines heilsamen vnd alleinseligmachenden Worts vnd dem rechten Gebrauch/der hocheheuren heiligen Sacramenten/ solche/ von Seiner Churfürstl. Durchlaucht. Wolthat/am Hause Gottes erwiesen / reichlich belohnen / Sie vnd Ihr gantzes Churfürstliches Haus/vnd alle hohe nahe Anverwandten/in Fried vnd Ruhe/bey beständigster Gesundheit/immerdar für sich sitzen / vnd Sie / als den Hochgesegneten/der hochgebenedeyten Dreyfaltigkeit seiner Kirchen zum Trost / gnädigst bey diesen weitanssehenden gefährlichen Zeiten erhalten wolle / Also ist kein Zweiffel / werden wir uns Christlich vnd Gottselich erzeigen/so werde GOtt im Himmel solches wol gefallen/Er unser Gebet erhören/ ferner unser GOtt vnd Vater / umb deß blutigen Verdienstes Jesu Christi willen/ bleiben/das heilige Evangelium bey uns erhalten/vnd endlich zu sich in die ewige Hütten einnehmen/darzu uns verhelffe/GOtt Vater/GOtt Sohn/GOtt heiliger Geist/ hochgelobet in Ewigkeit.

Gebet/

So auff gnädigste Anordnung
Deß
Churfürsten zu Sachsen vnd Burggraffens zu Magdeburg/ Herrn/
Herrn Johanns Georgen/ etc. nach der öffentlichen Beicht vnd Absolution im
Evangelischen Jubelfest den 25. Septemb. dieses 1655 Jahrs soll abgelesen werden.

Allmächtiger GOtt vnd Vater unsers

Pfal. 90.

Heilands vnd Erlösers Jesu Christi / Wir treten heut an diesem Tag/da du gleich vor hundert Jahren deinen Knechten deine Werck / vnd unsern Kindern deine Ehre erzeiget/uns gekrönet mit Gnad vnd Barmhertzigkeit/bist uns freundlich gewesen / vnd den theuren hochverpönten Religions-Frieden im gantzen Heiligen Römischen Reich hast schliessen lassen/

Ps. 103. vnd 90.

für

für dein heiliges Angesicht / vnd bekennen mit Rew vnd Leid / daß da wir billich für solche unaußsprechliche Wolthat dich im wahren Glauben durch ein heiliges Christliches Leben hätten sollen preisen / wir hergegen gesündiget / unrecht gethan / vnd Gottlos gewesen / von deinen Geboten vnd Rechten gewichen / unser Vertrauen auff dich / der du Todten auferweckest / allein nicht gesetzet / dich nicht über alles von gantzen Hertzen / von gantzer Seele / von allen Kräfften vnd von gantzem Gemüte geliebet / deinen heiligen Namen nicht geehret / dein heiliges Göttliches Wort nicht mit Freuden im Heiligen Geist auffgenommen / viel weniger Frucht gebracht in Gedult / das Gottlose Wesen verleugnet / vnd gegen dich Gottselig / gegen vns züchtig vnd gegen dem Nechsten also gerecht gelebet / daß wir als außerwehlten Gottes-Heiligen vnd Geliebten hätten angezogen hertzliches Erbarmen / Freundlichkeit / Demut / Sanfftmut / Gedult : Aber allem solche vnd viel andere unsere Sünden reuen vns von grund der Seelen / wir müssen vns schämen / daß wir vns an dir / O grimdgütiger Gott / so sehr versündiget haben vnd deinem Gebot sind ungehorsam gewesen : Allein HERR Vnser GOTT / wie du bist barmhertzig / vnd gnädig / vnd geduldig / vnd von grosser Gnad vnd Trew / vnd vergiebest Missethat / Vbertretung vnd Sünde : Also hast du vns unsere Sünde nicht zugerechnet / vnd bist nicht mit deinen Knechten ins Gericht gegangen / sondern da wir wol verdienet zeitliches vnd ewiges Verdamnüß / daß du einen Hunger ins Land geschickt hättest / nicht nach Brod / oder Durst nach Wasser / sondern nach deinem heiligen Wort / welches allem ist unsers Hertzens Trost vnd Freude : damit wir erfahren vnd inne worden wären / was für Jammer vnd Hertzleid es bringe / den HErrn seinen GOtt verlassen / vnd ihn nicht fürchten / so hast du vns doch regiret mit viel verschonen / dein heiliges Wort mit grosser Schaar der Evangelisten gegeben / dasselbe lassen lauffen vnd den Bund deß Friedens erhalten. Ach wie haben die Feinde so gewaltig darwider getobet / vnd die Leute so vergeblich geredet / Sie haben sich miteinander vereiniget / vnd einen Bund mitemander gemacht wider dein Volck vnd deine Verborgene : Aber du HErr unser GOtt hast vns geholffen vnd errettet durch die rechte Hand deiner Gerech-

ANNO CHRISTI

2. Cor. 1.
Luc. 10.
Deut. 6.
1. Thess. 1.
Luc. 8.
Tit. 2.
Coloss. 3.
Dan. 9.
Deut. 34.
Exod. 20.
Ps. 86. 145.
Psal. 143.
Amos. 8.
Jer. 15.
Jer. 2.
Sap. 12.
Psal. 68.
2. Thess. 3.
Psal. 2.
Psal. 33.
Es. 41.

ANNO CHRISTI

rechtigkeit/Du hast eine Hülffe gesendet/ daß man getrost lehren
kömen/Dafür dancken wir dir/O grosser GOtt/vnd bringen dar
Psal.12. die Farren unserer Lippen: Unsere Seele lobet dich/ vnd was in
Ose. 14. vns ist deinen heiligen Namen: Unsere Seele lobet dich / vnd
Psal. 103. vergist nicht / was du jhr gutes gethan hast: der du vns alle un-
Amos. 9. sere Sünde vergiebst/ vnd heilest alle unser Gebrechen/ der du die
zerfallene Hütten Davids wieder hast aufgerichtet / vnd dein
heiliges Wort vnd den heilsamen Religions-Frieden wider das
Wüten vnd Toben der höllischen Pforten vnd der grausamen
Wasserflut deß hochschädlichen Krieges / unter vns erhalten:
Dafür lobet dich unser Mund/ vnd preiset dich unser Hertz / nim-
mermehr soll deiner Güte vergessen seyn/sondern alle/ die nach dir
Psal. 40. fragen/ werden sich freuen vnd frölich seyn / vnd die dein Heil lie-
ben/allwege sagen: Hochgelobet sey GOtt.

Wir bitten aber ferner demütiglich/du wollest / O grundgü-
Psal. 89. tiger GOtt/auch vns vnd unser Nachkommen lassen im Licht dei-
Esa. 32. nes Antlitz wandeln / in den Häusern deß Friedens wohnen / dein
Psal. 94. theuer Wort / so unser Seele erquickt / vnd ein helles Licht ist auff
Psal. 119. unsern Wegen/ erhalten/ damit der Morgenstern der Gnad vnd
2. Pet. 1. Huld Jesu Christi in unsern Hertzen aufgehe / Hergegen wollest
du allen Rotten vnd Aergernüssen mächtiglich steuern / deine
hochbetrübte vnd hochbedrengte Kirchen wider deß Teuffels Ge-
walt vnd der Welt Toben väterlich schützen vnd trösten/O HErr
stehe bey allen/so umb deines heiligen Namens willen angefochten
vnd verfolget werden/vnd hülff ihnen vnd vns gnädiglich. Laß
dir auch/O frommer GOtt/ferner in allen Gnaden befohlen seyn
unsern lieben Landesvater/Seine Churfürstliche Durchlauchtig-
keit zu Sachsen/vnd sein gantzes Churfürstliches Haus mit allen
nahen Anverwandten/vnd wie du die Ehre Jesu Christi auff die-
ses Haus geleget / daß dein heiliges Evangelium unter dessen
Schutz ist wieder aufgegangen/vnd bißhero mächtiglich gewach-
sen vnd erhalten worden: Also wollest du den Himmel deiner
Gnade vnd Güte reichlich über deinen Gesalbten vnd seinem
gantzen Churfürstlichen Hause auffthun / damit Er lebe immer
vnd ewiglich/sey mit Ehren vnd Freude gekrönet / sehe das Glück
Jerusalem immerdar/Friede über Israel: Gib / O barmhertziger

GOtt/

Gott/ Fried vnd gut Regiment/ treibe von vns ab Krieg/ Pestilentz vnd andere Noht/ Segne das Werck vnserer Hände/ Erhalte gnädiglich das edle Kleinod der ungeänderten Augspurgischen Confession, vnd den sich darauff gründeten hochverpœnten Religion-Friede/ zerstreue alle Gedancken/ die sich darwider legen/ Vnruh zu stifften/ vnd hilff/ daß wir vnter dem Schutz vnd Schirm Vnserer gnädigsten Obrigkeit ein geruhiges vnd stilles Leben führen mögen/ in aller Gottseligkeit vnd Erbarkeit/ so wollen wir dich für diese vnd alle andere Woltharen loben/rühmen/ehren vnd preisen/hier zeitlich vnd dort ewiglich/Amen/HErr Jæsu/sag hierzu Amen.

ANNO CHRISTI

INTIMATIO

RECTOR

ACADEMIÆ WITTEBERGENSIS,

HENRICUS COSELIUS

Pragensis Bohemus J. U. D. Pand. P. P. Curiæ Electoralis, Scabinatus ac Facultatis Juridicæ Assessor.

CIVIBUS ACADEMICIS S. P. D.

SEsquiseculum fermè est, quod MARTINUS LUTHERUS instinctu afflatuq; divino purgando Augiæ Romani stabulo primum admovit manus, cùm asserturus liberali manu unici Servatoris merita, fœdissimas indulgentiarum nundinas ore calamoq; invicto aggrederetur. *A. C. cIↃ IↃ XVII.* Amplius seculum est, cum orthodoxæ nostræ fidei forma edita à confessoribus publicè, & comprehensa scripto exhibita Imperatori atq; Ordinibus fuit, ut ad cælestium oraculorum præscripta sincerâ & incorruptâ æstimatione exigeretur. *A. C. cIↃ IↃ XXX.* Hodie ipsum exit seculum (quod felix faustumq; esse jubeat Deus) ex quo selenni amplissimaq; formulâ Religioni nostræ data in Augustanis comitijs pax, sancitumq; lege publica est, ne cuiquam profiteri eam fraudi deinceps, & cum *a. d. VII. Kalend. Octob. A. C. cIↃ IↃ LV.*

ANNO CHRISTI periculo capitis ac fortunarum conjunctum esset. Neutrum horum aut fieri unquam crediderit temere, aut fructum eorum constare nobis potuisse in præsens, qui statum illorum temporum cogitet, rerumq; eventus opibus præsidijsq; humanis æstimet potius, quàm ad divinæ destinationis ordinem referat. Facta hæc omnia tamen novimus, & quod incomparabile beneficium Numinis est, salva omnia integraq; cernimus hodiè ac intuemur. Non nudius tertius demum, cum moveret Lutherus arma, tyrannis pontificia ceperat: plurimorum annorum vetustate in illud coaluerat robur, quod viribus nullis in ordinem redigi, aut vinci posse crederetur. Nec jam pro primo summove Episcopo, sed pro terreno numine colebatur Romanus Præsul: cujus brevia decretaq; multò sanctius, quàm divinarum literarum oracula, non debile illud ac imperitum vulgus adorabat tantùm; verum & qui opinionem sapientiæ habebant. Quid eminentissimas potestates commemorem? Supra quas universas se Petri ille vicarius, ille servorum servus, extulerat adeo, ut insultare prostratis, ut conculcare pedibus supplices non vereretur, omnes lineas vel impotentissimæ superbiæ jam prætergressus. His munimentis innixum lacessere temere ac adoriri impune; hujus insidiarum multiplices laqueos, sævitiæ machinas ac dira fulmina, exire & evitare posse privatum hominem, & nullis omninò opibus ac copijs fretum, cui mortalium simile vero videri possit? Evasit LUTHERUS tamen, & inter tot ictus petitionesq; improbas, tecto, quod dicitur, latere discessit. Nimirum ab omni parte ipsum tegebat & tuebatur Dei favor: qui beneficia sua sibi perite nolebat amplius, & tantam quotidie innocentissimarum animarum intercipi turbam. Venerant enim, venerant modò destinata fatis tempora, cùm revelandum iniquitatis mysterium, prodendusq; orbi perditionis filius esset, ne pestilentius noceret occultus. Sævit quippe impune ignota morborum vis: & tollit venenum ex facili, cùm latet fallitq;, & nulla contra antidotus adest. Sed parum erat, producta veritatem in lucem: agnoscenda etiam pro partu legitimo erat, tollendaq; parentibus veluti,

veluti, & nutricatio ei tutelaq; præstanda, ut adolescceret, & faceret corpus, & vires roburq; assumeret. Inter ea quam rursus jactata illa, quantisq; objecta laboribus ac difficultatibus denuo fuit? Edita quidem Augustæ jam erat formula fidei, quâ tamen securitatis spe atq; fiduciâ, cùm confessores ejus post paullò peterentur armis, & jam religionis controversiæ non dicto & rationibus, sed ferro & viribus disceptarentur in acie, ubi victoria penes optimam caussam stare semper haud solet? Quin conclamatum de nostris rebus actumq; videbatur penitus, cùm victis fusisq; nostris copijs, captis detentisvè ducibus, volitarent latè & triumpharent, qui contra veritatem signa intulerant. Sed omnem humanæ spei captum divina consilia superant: quæ cum suapte nitantur vi, humanis præsidiis haud egent. Ita quæ pietatis partes oppressæ paullò videbantur ante, se commoverunt iterum, ac resurrexerunt brevi: miraq; fatorum industria, conversa feliciter in adversarios fuerunt arma, quæ hactenus ipsis pugnaverant. Hoc temperamento tamen, ut simul ostenderetur pax, ineunda constituendaq; sine mora, modò quæ petebantur justissime, fide bonâ concederentur. Felix Passavium, quæ fundamenta pulcherrimæ jecisti structuræ! Felicior Augusta, vereque augusta, quæ culmen fastigiumq; imposuisti augustum. Multa quidem tum dabant se, quæ molientium manus impedirent strenuè, & operam omnem elidere frustrariq; viderentur. Sed confutavit hæc omnia, qui supra nos curat negotium: itaq; tractantium aspiravit animis, ut conveniret deniq;, & VII. Kal. Octobr. promulgaretur lex, quæ conscientijs libertatem plenissimam, securitatem religioni statueret atq; sanciret. Bene sit manibus tuis, CAROLE Imperator Invicte! Bene & tuis, FERDINANDE Auguste Rex! Vestræ bonitati, vestræ sapientiæ debetur hoc munus, & omnis illa felicitas, quæ nos ex eo usq; manst die, donec nescio quo infausto sidere armorum iterum moveretur tempestas. Servet te Deus, FERDINANDE Tertie, Semper Auguste, servet te Deus, qui ijsdem, hoc est proprijs tuæ genti domesticisq; virtutibus imposuisti finem bello, restituisti pacem Germaniæ, in tuto atq; tranquillo

ANNO CHRISTI

A. C. clɔ Iɔ LII.

A. C. clɔ Iɔ LV.

ANNO CHRISTI

quillo collocasti religionem. Improbasti arma, quia bonus es; dedisti pacem, quia sapiens es. Indubitata ac certa pacis bona; bellorum casus ancipites sunt; & quibus nitimur armis, ijsdem opprimimur sæpius: nec usquam minus fortuna, quàm in bellis respondet. Ira furorq; circumspiciunt arma: bonum & sapientem pacis consilia decent. Hæc nemini nocet, & juxta victori ac victo prodest. Nocere nemini velle, bonitatis est: & salutaria quærere, proprium sapientiæ opus. Macte hac mente, IMPERATOR AUGUSTE, macte inquam, & prudentia hæc indulsisti patriæ bona, eadem tuere atq; conserva. Aderit quoq; his beneficijs suis Deus, nec denegabit posteris, quæ tantâ benignitate majoribus, tantâ & nobis hactenus indulsit. Quod ut mereri liceat, Supplicationem in crastinum, per omnes provincias suas Serenissimus Elector, atque nutritius noster benignissimus, inter hymnos precesq; & laudum ac gratiarum solutiones celebrandam indixit. Hoc ritu enim cùm revelatæ veritatis primum, & editæ postea ac publicatæ orthodoxæ fidei nostæ memoriam superioribus annis recoluerit; eundem honorem diei crastini etiam dare meritis, & tertium Evangelicum Jubilæum promulgare, pietatis suæ existimavit. Magnum enim & singulare beneficium Numinis; magna, & supra quàm dici potest, felicitas est, nosse veritatem cælestem; dein profiteri palàm, & colere procul formidine posse, quod noveris optimum. Constringit ac deprimit animos timor; libertas dilatat ac erigit: nec toti vocare temere pietati possumus, cum solicitudo ac metus mentem diffindunt. Non defuturos arbitror, qui optimi Principis institutum sanctissimum aut reprehendant, aut rideant. Nam quibus excepta sibilis & suggillata vocibus fuerit primi Jubilæi Evangelici solennitas, eruditos haud latet. De qua cùm redditurus esset non ignobilis aliàs rerum Gallicarum * conditor, tanquam de re ab hæreticis (ita nos vocat) hactenus non usurpatâ & æmulatione Jubilæi Catholici quod promulgatum sub ipsum illud fuerat tempus, susceptâ, *Ridiculum*, inquit, *est, quod aggredior*. Mox ipsum solenne *ludicrum* vocat: Idq; cùm æmulatu Pontificis à Serenissimo Prin-

* *Gabriel Barthol. Grammõdg in Sacro Regis Con-*

M. Matthæus Plöchinger Witebergensis, Lector in Academiâ. 1557
Petrus Vincentius Uratislav. Dialecticæ, Oratoriæ ac doctrinæ Ethicæ Professor. 1560
M. Erasmus Rudingerus Papebergensis Physicæ Doctrinæ Professor 1562
Joachimi Camerarij Gener.
M. Henricus Mollerus Hamburg. Linguæ Sacræ Interpres ac Prof. Publ. 1565
M. Eusebius Menius 1566
M. Albertus Lehenmeier Hamburg. Oratoriæ P.P. 1570
Bartholomæus Schönborn Med Lic. & Math. Prof. 1572
Hieronymus Schallerus Noriberg. Philos. ac Medic. Doct. & Physicæ P. P. 1574
M. Valentinus Schindler Hebr. Linguæ P.P. 1579
Andreas Schato Med. D. & doctrinæ Physicæ P.P. 1581
M. Nicolaus Thodenus Prof. Græcæ Linguæ 1584
Petrus Albinus Nicomontius opt. art. Mag. & Prof. Publ. 1586
Michael Reichart Ratisbon. opt. Art. P.P. 1588
Caspar Strubius Wittebergensis Philosoph. & Medic. Doct. & Mathematum Prof Publ. 1590
Johannes Grunius Noriberg. opt. Art. Magister. Dialect. & Ethices Profes. Publ. ac Alumnorum Electoralium Præceptor & Inspector 1592

M. Pe-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0466-3
DFG

M. Petrus Otho Magdeburgensis Mathematum Prof. Publ. 1594 — ANNO CHRISTI

Johannes Hagius Wittebergensis optim. Art. Magister & Mathematum Prof. Publ. 1596

Antonius Evonymus Carinthus Teichenus Opt. Art Magister Ethic. & Dialect. Prof. Publ. ac Alumnor. Electoral. Præceptor & Inspector 1598

M. Laurentius Fabricius Dantiscan. Hebrææ Linguæ Profes. Publ. 1600

Georgius VVeckerus Philosoph. & Medic. Doct. ac Physices Prof. P. 1602

Adamus Theodorus Siberus Philosoph. & Eloquentiæ Magister ac Prof. 1604

Melchior Jöstelius Dresdens. Philos. & Medic. D. Mathematicus & PP. 1606

Fridericus Taubmannus Poeta & Humanitatis Prof. 1608

M. Erasmus Schmidt Delitianus, Græcus Professor, & alumnorum Electoralium Inspector 1610. It. 1628

M. Jacobus Martini Halberstad. Professor Logicus 1612

M. Johannes VVanckelius Histor. PP. 1614

Ambrosius Rhodius Kembergensis Philos. & Med. D. Mathematum Superior. PP. 1616

Iterum Anno 1630.

Augustus Buchnerus Dresd. Poes. & Elequentiæ *P. P.* 1618

Iterum Anno 1632, Iterum 1654.

M. Reinholdus Franckenbergerus Witteberg. Histor. *PP.* 1620

Iterum Anno 1634.

Johannes Avenarius J. U. L. & Eloquentiæ *PP.* 1622

M. Laurentius Fabricius Dantiscanus Hebr. L. *PP.* & Facult. Philos. Senior 1624

Georgius VVeckerus Philos & Med. D. & Physic. *PP.* 1626

Johannes Scharfius Croppenstad. Saxo. S. Theol. Lic. & Logic. atq; Metaphys. Prof. *P.* 1636

Wil-

ANNO CHRISTI

Wilhelmus Nigrinus Cadâ Bohemus, Moralium P.P. 1638
M. Johannes Sperling Lauchâ-Thuringus Physicæ P.P. 1640
M. Christophorus Nottnagel Hilperhusâ Francus super. Mathem. PP. 1642
M. Johannes Ericus Ostermannus Græcar. Liter. PP. 1644
M. Nicolaus Pompeius Lusatus infer. Mathem. PP. 1646
M. Andreas Sennertus Witteberg. Sanctæ & Oriental Linguarum PP. 1648
Michael Wendelerus S. Theol. Licentiatus, & moralium PP. 1650
M. Christianus Trentschius Haynâ Misnicus Logic. & Metaphys. Prof. Publ. 1652

Cæterorum Professorum Facultatis Philosophicæ Nomina ab initio fundationis, usq; ad annum 1536. distincte ac ordine non reperiuntur. Ab illo autem anno Philosophiam Professi sunt sequentes.

ORDO INSCRIPTIONIS PROFESSORUM ORDINARIORUM

Collegij Facultatis Philosoph. ab Anno 1536.

Philippus Melanchton, Germaniæ Communis Præceptor 1536
Vitus Ortelius Winshemius, D. Græcæ L. P. P. 1537
Johannes Saxo. Holsatus. 1539
Erasmus Reinholdus, Salfeldens. Mathem. PP. 1540
Johannes Marcellus. Regiomont. & 1541
Georg. Ioachim. Rheticus. Math. P. P.
Paulus Eberus. Citzing. Th. D. Ebr. L. P. P. 1542
Sebastian. Theodor. Winshemius Math. inf. PP. 1553
Matthæus Blochinger. Witteb. Math. hinc Ebr. L. PP.
Casparus Peucerus. Budiss. 1554
Petrus Vincentius. Uratisl. Orat. Log. & Phys. P. P. 1558
receptus anno superiore 1557
Esromus Rudingerus, Papeberg. Phys. P. P. 1559
Casparus Cruciger, Witteb. 1560

Eusc-

Eusebius Menius, Erfurd. Or. P. P. 1561 ANNO
Henricus Mollerus, Hamb. Ebr. L. P. P. 1562 CHRISTI
Johann Major. Th. D. receptus anno 1560.
Albertus Lemeiger, Hamb. Or. P. P. 1564
Johannes Bugenhagen, Witteb. receptus 1557. 1565
Abrahamus VVernerus, Med. D. 1567
Bartholomæus Schönborn, Med. L. Math. P. P. 1572
Martinus Henricus Sagan. 1573
Andreas Schato, Torg. Mathem. & hinc. Physic. PP. receptus ipso hoc anno 1574
Salomon Alberti, Noriberg. Phys. P. P. 1575
Valentinus Schindlerus, Oderanus, Ebr. L. P. P. receptus anno 1571. 1576
Conradus Bergius, Pomer. Or. P. P. 1577
Michael Reichard, Ratisbon. Or. P. P. 1578
Petrus Albinus, Poës. P. P.
Caspar Strubius, VVitteberg. Math. inf. P. P. Valent. Espich, Med. D. Phys. P. P. 1579
Nicol Thödenus, Gr. L. P. P. receptus anno 1576. 1580
Andreas Franckenberger, Or. P. P. receptus anno 1579. 1581
Johann Grunius, Log. & Phy. Pr. P. P. 1582
Anton. Evonymus, Carinth. Logic. & Phil. Pr. P. P. 1588
Petrus Otto, Magdeb. Math. super P. P. receptus anno 1577.
Paulus Auleander, Nisen. Log. P. P. recept anno 1588. 1590
Albertus Voitus, Prus. Poët. P. P. recept. anno 1588. 1591
Johannes Hagius, VVitteberg. Math. inf. P. P. recept. anno 1592. 1594
Fridricus Tilemannus, Witteberg. Histor. P. P. receptus anno 1595. 1595
Laurent. Fabricius, Dantisc. Ebr. L. P. P. receptus anno 1593. 1697
VVolfgang. Frantzius Theol. Doct. Histor. P. P. receptus hoc ipso Anno 1598
Georg VVeckerus, Phys. P. P. receptus anno 1593. 1599
Adam. Theodor. Siberus, Or. Poës. & Gr. L. P. P. recept. 1593.

ANNO CHRISTI

Melchior Jöstelius. Dresd. Math. super. P. P. receptus anno 1595. 1600

Fridricus Taubmannus, Fr. Poes. P. P. recept. anno 1595. 1601

Erasmus Schmidt. Delitian. Græc. L. P. P. recept. anno 1597.

Laurentius Rhodomannus, Stolberg. Hist. P. P. receptus ipso hoc anno 1601.

24. Febr. M. Martinus Helvvigius, Boleslavienſis Silesius, succeſſit in Profeſs. Philoſ. Pract. M. Antonio Evonymo. 1602

22. Julij, M. Jacobus Martini, Halberstad. succeſſit eidem 1602

M. Anton. Evonymo, in Profeſs. Log. & Metaph.

10. Octobr. Tobias Tandlerus, Torg. Med. D. in Profeſs. Math. infer. succeſſor conſtitutus eſt, M. Johanni Hagio defuncto 1604. 1605

27. April. M. Johannes Wanckelius, Kemberg. succeſſit in Histor Profeſs. Laurentio Rhodomanno defuncto anno 1606. 11. Januarij. 1606

28. April. M. Henricus Velſtenius, succeſſit in Prof. Phil. Pract. 1606

M. Martino Helvvigio, Halberſtadium diſcedenti.

14. Junij. Matthias Anomæus, Med. D. succeſſit in Prof. Math. infer. 1607

Tobiæ Tandlero. in Colleg. Med. cooptato.

18. Decemb. Ambroſius Rhodius, Kembergenſ. Philoſ. Fac. Adjunctus & Mathemat. Profeſſor Extraord. succeſſit in Profeſs. Math. infer. Matthiæ Anomæo, in Auſtriam diſcedenti. 1609

Menſ. Septemb. Balthaſar Meiſnerus Theol. D. succeſit in Prof. Phil. Pr. 1611

M. Henrico Velſtenio defuncto 28. April.

Menſ. Decembr. Melchiori Jöſtelio, Med. D. succeſſit in Prof. Matth. ſuper. 1611

Ambroſius Rhodius & ipſe Med. D.

Eodem

ANNO CHRISTI

Eodem anno & Mense M. Tobias Tilemannus succeſſit dicto Ambroſio Rhodio, in *Profeſ. Math. inter.*

ult. Jul. Johann. Rhodenburg Antvverpianus ſucceſſit in *Prof. Poeſ.* 1613

Fridr. Taubmanno defuncto *24. Martij*

eodem D. Balthaſare *Meiſnero* in Coll. Theol. cooptato & ipſa *Profeſſio Phil. Pract.* unâ commendata fuit 1614.

M. Jacob. *Martini* Log. *Prof. P.*

M. Tobiâ Tilemanno *d. 25. Martij*, defuncto, & ipſa *Profeſſio Math. inf.* ſimul commendata eſt 1614

M. Eraſmo Schmidio Gr. *L. P. P.*

Cal. Martij, M. Jerem. Spigelius ſucceſſit in *Prof.* Orator. 1616

Adamo Theodoro Sibero, b. m.

22. Martij, M. Auguſtus Buchnerus, Dresd. ſucceſſit in *Profeſ. Poeſ.* Joh. Rhodenburgio, Th. D. 1616

Eodem anno 28. Sept. M. Reinholdus Franckenberger, Witteb. ſuccedit in *Prof.* Hiſtor.

M. Johann. Wanckelio.

27. Febr. Johann Avenarius, J. U. L. ſucceſſit in *Prof.* Orat. 1618

M. Jerem. Spigelio diſcedenti Kembergam ad *Præpoſit.*

31. Julij, M. Abraham Heineccius, V. Witteb. Adjunctus ſucceſſit in *Prof. Log. & Metaph.* 1623

Jacobo *Martini*, ad *Profeſ.* Theol. evecto.

Eodem Anno & menſe & die M. Johann *Müller*, Uratisl. Adjunctus & ipſe, ſucceſſit eidem

D. Jac. *Martini* in alterâ *Profeſſione Phil. Practicæ.*

Menſ. Januar. M. Fridricus Kornmannus, Uratisl. Adj. Fac. ſucceſſit in *Prof. Ph. P.* 1625

Joh. *Müllero* Th. L. Lunæburgum ad *Paſtoratum* vocato.

Menſ. Junio. M. Johann Scharffius Croppenſtad. Adjunct. Fac. Succeſſor Conſtituitur in *Prof. Log. & Metaph.* 1627

M. Abrahamo Heineccio, b. m.

13. Febr. M. Wilhelmus Nigrinus, Caſtenſis, in *Profeſs. Moral.* ſuccedit 1629

M. Friderico Kornmanno, Th. L. Halberſtadium ad *Paſtoratum* vocato.

ANNO CHRISTI

16. Junij, M. Martinus Trostius, Huxarienſ. ſurrogatus eſt in locum 1629

M. Laurentij Fabricij. Ebr. L. P. P. piè defuncti.

Menſ. Januarij. Augus Buchnerus Poeſ. P. P. ſucceſſit & in Profeſſ. Oratoriâ unâ 1631

Joh. Avenario J. U. L. piè defuncto.

12. Februar. M. Johannes Sperling, Laucha Thur. Succeſſit in Prof. Phyſ. 1634

D. Georg. VVeckero defuncto, 12. Octobr.

28. Martij. M. Chriſtophorus Nottnagelius Hilperhuſ. Fr. ſucceſſit in Prof. Mathem. ſuper. 1634

D. Ambroſio Rhodio, defuncto piè anno 1633. 24. Auguſt.

Menſ. Junio, Jacobus VVellerus, Th. D. & Prof. ejusd. extraord. ſuccedit in Profeſſ. Sanctæ L. 1636

Martino Troſtio, d. 8. April. pie defuncto.

27. Novemb. M. Johan. Ericus Oſtermannus, Sorbius. Adj. Fac. ſuccedit in Profeſſ. Græc. L. 1637

M. Eraſmo Schmidt. 4. Septemb. piè defuncto.

Anno & Menſe & die ijdem, M. Nicolaus Pompejus, Luſ. eidem ſuccedit.

M. Eraſmo Schmidt, in Prof. Math. infer.

5. Novemb. M. Michael Schneider, Bitterfeld. Adj. Facult. ſucceſſor Conſtitutus eſt in Phil. Pract. Prof. 1638

M. Michael. Nigrino, piè defuncto.

Menſ. Octob. Johann Scharffius, Theol. L. & Logic. & Metaph. P. P. ſucceſſit & in Profeſſ. unâ Phil. Pract. 1639

M. Michael. Schneidero defuncto piè 18. April.

30. Maij. M. Andreas Sennertus, VVitteberg. Facult. Phil. Adj. & Ling. Orient. Prof. extra ord. h. t. Decanus ſucceſſit & in Prof. Sanctæ L. Ordinariâ 1640

D. Jacob. VVellero, vocato Coadjutori Eccleſiar. Brunſuic.

3. Octob. M. Michael Wendelerus, Annebergâ Miſn. Fac. Phil. Adj. ſucceſſit in Prof. Phil. Pract. 1640

Johanni Scharffio. Td. Lic. Log. & Met. P. P. nunc vero & S. S. Theolog. extra ordinario.

2. Junij,

2 *Junij.* M. Christianus Trentschius, Haynâ-Misnic. Fac. Phil. Adjunctus, succedit in Prof. Log. & Metaph. D. Iohanni Scharffio ad Prof. Theolog ordinar. evocato. 1649

Nomina
Professorum hodie docentium.
In Facultate Theologica.

D. Iohannes Scharfius, Croppenstadiâ Halberstadiensis Saxo Facultatis Theologicæ Senior, Templiq; ad arcem Præpositus.

D. Abraham Calovius, Morungâ Borussus, Consistorij Ecclesiastici Assessor, Pastor, & Circuli Electoralis Superintendens Generalis.

D. Iohannes Meisnerus, Torgensis Misnicus, Alumnorum Electoralium Ephorus.

D. Andreas Kunadus, Döbelensis Consistorij Ecclesiastici Assessor & Alumnorum Electoral. Ephorus.

In Facultate Iuridica.

D. Augustinus Strauch, Delitianus Misnicus. Comes Palatinus Cæsareus, Elect. Sax. & Illustriss. Viduæ Anhaltinæ in Cosvvigk Consiliarius, Decretal. Prof. Publ. Facultatis Iuridicæ Ordinarius, Curiæ Provincialis Consistorij Ecclesiastici & Scabinatus Wittebergæ, Judicij Provincialis in Inferiori Lusatia Assessor & in Conventu deputationis Imperiali Francofurti ad mœnum Legatus Saxonicus.

D. Gottfried Suevus, Leorinus Silesius, Codicis Prof. P. Curiæ Electoralis, Consistorij Ecclesiastici, Scabinatus & Facultatis Jurid. Witteb. ut & Judicij Provincialis in Inferiori Lusatia Assessor.

D. Heinricus Coselius, Praga Bohemus, Pandect. Prof. Publ. Curiæ Electoral. Scabinatus & Facultatis Juridicæ Assessor.

D. Samuel Ritter, Hala Saxo. Digesti infortiati & novi Prof. Publ. Curiæ Electoralis, Scabinatus & Facultatis Iuridicæ Assessor.

D. Caſpar Zieglerus, Lipſienſis Miſnicus. Inſtitutionum Prof. Publ Curiæ Electoral Scabinatus & Facultatis Iuridicæ Aſſeſſor.

In Facultate Medica.

D. Marcus Banzerus, Auguſtanus Facultatis Senior.

D. Conradus Victor Schneider, Bitterfelda Saxo. Illuſtriſſ. Princip. Anhaltini Medicus.

D. Michael Sennertus, Wittebergæ Saxo.

In Facultate Philoſophica.

Auguſtus Buchnerus, Dreſdenſis. Eloquent. & Poeſ. Prof. Publ. Academiæ & Facultatis Senior ut & Alumnorum Electoralium Ephorus

Reinholdus Franckenberger, Wittebergenſis, Hiſtoriar. Prof. Publ.

Iohannes Sperling/Laucha Thuring. Phyſices Prof. Publ.

Chriſtophorus Nottnagel, Hilperhuſa Francus. Mathematum Superior Prof. Publ.

Iohann, Ericus Oſtermannus, Sorbig. Sax. Græcæ L. Prof. P.

Nicolaus Pompejus, Luſatus Mathem. infer. Prof. P.

Andreas Sennertus, Witteb. Sanctæ & Oriental. Linguar. Prof. P.

Michael Wendelerus, Annæberg. Miſnic. SS. Theol. D. & Moralium Prof. P.

Chriſtianus Trentſchius, Heynâ Miſnicus Logic. & Metaphyſ. Prof. P.

Segnun-

Sequuntur

INSCRIPTIONES VVITTEBERGENSES IN Templo Cœnobij Franciscanorum,

I.

Helena Ducissa Saxoniæ.

Anno 1273. 8. Id Septembris obiit Domina HELENA Conjunx ALBERTI, I. Ducis Saxoniæ Elect. Filia Ducis Ottonis de Brunsing. Fundatrix hujus cœnobij.

II.

Johannes Dux Sax.

IOHANNES Dux Saxoniæ Frater Dominorum de Laurenborg obiit Anno 1228. 3. Calendas Augusti.

III.

Albertus II Elector Sax.

Anno 1297. Obiit ALBERTUS II. Dux Saxoniæ & Elector.

IV.

Hagne Ducissa Sax.

Domina HAGNE Uxor. ALBERTI II. Ducis Saxoniæ Filia Imperat. Rodolphi Mortua est 1322.

V.

Wenceslaus Dux Sax.

Anno 1327. 17. Martij Mortuus est WENCESLAUS, Dux Saxoniæ.

VI.

Jutta Ducissa Sax.

Anno 1328. Mortua est Dn. JUTTA Ducissa Saxoniæ RODOLPHI I. Conjunx Filia Marchionis Ottonis Longi Mater Ducum Saxoniæ Alberti Ottonis Iohannis & Rodolphi.

VII.

Albertus Dux Sax.

Anno 1329. 4. Aprilis Mortuus est Dux Saxoniæ ALBERTUS Filius RODOLPHI I. Elect. Saxoniæ Natu maximus.

IIX.

VIII.

Kunigunda Duciſſ. Sax.

Anno 1331. 9. Aprilis Mortua eſt Duciſſa KUNIGUNDA Filia Regis Craconiæ Uxor Secunda Ducis RODOLPHI.

IX.

Hagne Duciſſ. Sax.

Anno. 1343. 9. Maji Mortua eſt Domina HAGNE Duciſſa Saxoniæ quæ fuit Soror Comitis de Lindavv Uxor RODOLPHI Ducis Saxoniæ III. Mater Ducis Wenceslai.

X.

Otto Dux Sax.

Anno 1350. Tertia Feria Paſchæ Mortuus eſt OTTO Dux Saxoniæ.

XI.

Eliſabetha Duciſſ. Sax.

Anno 1353. Mortua eſt Domina ELISABETH RODOLPHI Junioris Ducis Sax. Filia.

XII.

Rodolphus I. Elector Sax.

Anno 1356. 12. Martij Mortuus eſt RODOLPHUS Senior Dux Saxon. Elector.

XIII.

Rudolphus II. Elector Saxo.

Anno 1370. 6. Decembris Obiit RODOLPHUS II. Dux Saxoniæ Elector.

XIV.

Eliſabetha Duciſſ. Sax.

Anno 1373. Mortua eſt ELISABETH Duciſſa Saxon. Uxor RODOLPHI I.

XV.

Anna Duciſſ. Sax.

Anno 1395. Mortua eſt Dn. ANNA Conjunx RODOLPHI III. Ducis Saxon. Elect. quæ fuit Filia Balthaſaris Landgrafij Thuringiæ.

XVI.

Wenceslaus Elector Sax.

Anno 1402. 14. Calend. Octob. Moritur WENCESLAUS Dux Saxoniæ Elector.

XVII.

XVII.

Rudolphus III. Elector Sax.

Anno 1419. 9. Junij Obiit RODOLPHUS III. Dux & Elector Saxoniæ Filius Major natu, Ducis WENCESLAI Elect.

XIIX.

Albertus III. Elector Sax.

Anno 1422. Mortuus est ALBERTUS Dux Saxoniæ Elector in Familia Anhaldina ultimus.

XIX.

Cecilia Duciß. Sax.

Anno 1429. Obiit CECILIA Relicta Vidua WENCESLAI Ducis Electoris Saxon. Filia FRANCISCI VICARII Imperialis in Padua.

XX.

Barbara Duciß. Saxoniæ.

Anno 1435. Feria post Cantate Mortua est BARBARA Duciſſa Lignicens S. & Brigensis Conjunx II. RODOLPHI III. Ducis Saxon. Electoris.

XXI.

In Templo Arcis.

Nomen huic templo est, omnium SANCTORUM cujus Fundator primus fuit.

RUDOLPHUS II. Dux & Elector Saxoniæ Bernhardi abnepos; qui, cùm à Philippo Pulchro, Galliarum Rege, Spinam quandam ex Coronâ, Salvatori impressâ: accepisset dono devotæ gratitudinis ergò, sacellum aliquod exstrui curavit: Anno 1360. Postea Elector FRIDERICUS III. Sapiens, Fundator Academiæ, sacellum illud in Templi hodierni splendidam formam eduxit, circa annum Domini 1490. Absolutum autem opus fuit noveni spatio, Anno 1499.

Inter Inscriptiones Templi hujus Sepulchrales, primùm se offert

FRIDERICI III. Electoris Saxoniæ.

Hæc quicunq;

Fridericus III. Elector Saxoniæ.

Hæc quicunq; vides oculo properante viator,
Ad sacra ne pigeat sistere busta pedem.
Ille ego Fridericus, Duce quo Saxonia felix
Ardua sacratum tollit ad astra caput.
Qui quamvis tota arderet Germania bellis,
Effecit pacem gentibus esse meis.
At senio tandem longis confectus ab annis,
Hic tegor exiguo conditus in tumulo.
Virtutum laudes & famam longa mearum
Posteritas semper sit modo grata feret.

DECESSIT ANNO CHRISTI M. D. XXV.
DIE V. MAII.
VIXIT ANNOS LXII.
MENSES III.
DIES XIX.
HORAS FERE IV.

Sub statua ænea muro inclusa hi versus leguntur.

Ante petet cursu Bojemica jura supino,
Unda in Saxonicos desinit Albis agros:
Inclyta quam possit meritorum fama tuorum,
Occidere in populis, Dux Friderice, tuis.
Aurea viderunt hæ gentes secula, regni
Dum tibi Saxonicis sceptra tenere datum est.
Pace frui placida campiq; urbesq; solebant,
Horrenda eximuit classica nulla nurus.
Bella alij ferrò, sed tu ratione gerebas,
Et sine vi victi sæpe debere manum.
Ingenio claros meruisti sæpe triumphos,
Militeq; haud ullo fixa trophæa tibi
Et pacis studijs florere ac artibus Urbes,
Contigit auspicio, Dux Friderice, tuo.
Fovisti sprctas hac tempestate Camenas,
Unicus & studijs præmia digna dabas.
Namq; tuo sumptu flavum schola condita ad Albim est,
Ut vita verum traderet illa modum.

Hic

Hic Evangelij primum doctrina renata
Detersa cepit pura nitere situ.
Indut hic veras vultus, aterumq; colorem
Accepit tandem relligio ipsa suum.
Et cum Germani sumsissent arma Tyranni,
Contra Evangelium sanctaq; jussa DEI:
Doctores tibi cura pios defendere soli,
Et Christi late spargere dogma fuit.
His tibi pro meritis gratâ praeconia voce
Posteritas omnis, virij, puerij, canent.
Nulla tuae unquam virtutes nesciet aetas,
Non jus in laudes mors habet atra tuas.

XXII.

Johannes Elector Saxoniæ.

Condita Saxonici sunt hic Ducis ossa Johannis.
Qui coluit verâ cum pietate DEum.
Et donec patriæ tenuit moderator habenas,
Tranquille custos pacis & autor erat.
Quanquam Evangelium dum spargi curat in orbem,
Insidiis vidit seq; suosq; peti.
Attamen hic semper vicit ratione, nec unquam
Bellica civili praetulit arma togæ.
Inter felices animas, te Christe precamur,
Ipsius manes ut tueare pios.

DECESSIT ANNO CHRISTI
M. D. XXXII.

Sub statua ænea ita scriptum est.

Tu quoque Saxoniæ Johannes inclute Princeps,
Non virtute minor cognite fratre tuo:
Eximiâ Christum pietate fideq; colebas.
Vita piæ mentis testis eratque tuæ.
Vindelicis coram tua Cæsare nuper in oris
Asseruit Christi lingua professa fidem.
Notior ut fieret divini gloria verbi,
Temporibus fulsit quæ rediviva tuis.
Utque Evangelij studium deponere velles,
Flectere non ulla te potuere minæ.

Ista tui incendit constantia pectoris hostes,
Attulit & passim multa pericla tibi.
Sed te difficili protexit tempore Christus,
Et gratam pacem pro pietate dedit.
At tua sæpe tamen moderatio profuit ingens,
Impia ne quisquam sumeret arma manu.
Hæc longè superas aliorum laude triumphos,
Hæc virtus magno Principe digna fuit.
Ergo tuum à nullo nomen delebitur ævo,
Nec meriti tanti est interitura tui.
Hic tua, dum Christus meliori corpora sorte
Restituet Justis, molliter ossa cubent:
Spiritus at vivat cœcique fruatur honore,
Interea Christi conditus in gremio.

DECESSIT ANNO ÆTATIS LXV.
DIE XVI. AUGUSTI.

Intimationem
ACADEMIÆ WITTEBERGENSIS
in funus
JOHANNIS, Electoris Saxoniæ.
hanc refert
BALTHASAR MENTZIUS, in Syntagm. Epitaphior. Witteberg. lib. I.
quam hic addere placet.

Exemptus est rebus humanis Princeps optimus JOHANNES Dux Saxoniæ, cui volumus, ut hoc postremum officium hodiè præstetis, ut funus deducatis circiter horam septimam antemeridianam. Convenientis autem omnes ad Templum Arcis. Quod Xenophon dixit. Bonum Principem bono Patri simillimum esse, id verè in hunc Principem conveniebat. Verè enim paternum animum erga suos omnes habebat. Tanta humanitas meretur, ut nos quoq; humani animi officia præstemus, & ejus funus pio studio deducamus & nostris precibus salutem universam DEO commendemus, quæ profectò hoc extincto magno in periculo est.

De-

XXIII.

Degenhardus Pfeffinger.

Ad Deum Omnipotentem.

Degenhardus Pfeffinger.

Suscipe defunctum clemens in sidera JESU:
Et dona requie meq; meosq; tua
Quod vivens precibus sum voce & mente secutus
Nolebam mortis non memor esse tuæ.

Obijt III. die Julij
M D. XIX.

XXIV.

Henningus Godenus, D.

HENNINGO GODEN Havelbergensi, JureConsultorum suæ Ætatis facile Principi, hujus Ecclesiæ Præpositо ac Beatæ Mariæ Erphurdiensis Scholastico Canonicoq; extrema ætate, sed Florentibus Honoribus Anno Christi 1521. 12. Cal. Februarij, hic Vita Functo Sepultoq; MATTHIAS MEIER Jure Consultus Cathedralis Hildensheimensis ac Prænominatæ Erphurdiensis Ecclesiæ Canonicus, ejus ultimæ Voluntatis, Primarius Executor Patrono optime Merito. Gratitudinis Ergo F. C.

XXV.

Petrus Lupinus, D.

Anno Domini 1521. In die Philippi & Jacobi Apostolorum Doctissimus simul & optimus Vir Dominus PETRUS LUPINUS Radhemen: Philosophiæ & Sacrarum Literarum Doctor hujus Academiæ: Reformator vigilantissimus, Vivere desiit & forti alacriq; animo Creatori animam reddidit cujus Corpus hic sepultum est & tu pie viator cogita te quoq; mortalem.

XXVI.

Martinus Lutherus, D.

MARTINI LUTHERI S. Theologiæ D. Corpus H. L. S. E. qui Anno Christi 1546. 12. Cal. Martij Eislebii in Patria S. M. O. C. V. Anno 63. M. II. D. X.

In vicina tabula hi versus extant.

Hic prope Martini rursus victura Lutheri,
In parvo tumulo molliter ossa cubant.

(In alia vicina Tabula hoc distichon initiale legitur)

(Continet hic tumulus Martini membra Lutheri
Nesse sat hoc fuerat sed tamen ista lege.)

(Cæteri Versus ijsdem sunt cum his sequentibus,
Eorumq; Autor dicitur Johannes Stigelius.

Quæ prius horrendis errorum pressa tenebris
Atq; operum obscurâ nube sepulta fuit;
Hoc monstrante iterum patefacta est gratia Christi,
Quæq; Deo acceptos nos facit esse Fides.
Namq; superstitio cum regnum cæca teneret,
Et premeret longo dogmata vera situ.
Ille Dei afflatu monitus verboq; vocatus,
Lucem Evangelij sparsit in orbe novam:
Instructusq; tubâ Paulinæ & fulmine linguæ,
Explosa cæpit vera docere dolo.
Utq; Agnum in mediâ Baptista ostendit eremo,
Qui pia pro populi victima labe foret:
Sic quoq; monstravit te, maximè Christe, Lutherus:
Cum totus tenebris obrutus orbis erat,
Et legis tabulæ, quas in Sinai de Moses,
Allisas fregit rupe Prophetа Dei;
Quid distent Evangelio, quod pectora sanat,
Conscia quæ culpæ terruit ira Dei.
Hoc prius amissum discrimen reddidit orbi,
Essent ut Christi munera nota magis.
Arguit Ausonij fraudes atq; impia regna
Pontificis, populo quæ nocuere Dei.
Pollutasq; monens vitare idola aras,
Ad verum adduxit corda levata Deum.
Magnanimumq; Deo cursum servante peregit,
Insidiæ contra multiplicesq; minas.
Tandem ex hac vita tranquillâ morte vocatus,
Ardua propitio venit ad astra Deo.

Senit

Sentit ubi coram felicia gaudia Christo,
Veraq; post obitum præmia vivus habet.
Grata Deo tanto sit pro Doctore futura
Ætas, quæ Christi dogmata vera sciet,
Atq; oret precibus Deus hanc quam præbuit orbi
Lucem Evangelij servet ut ipse suis.

Decessit in Patria sua Eisleben Anno A. Natali Christi 1546. die Februarij 18. An. Ætatis suæ 63. Academia Wittebergensis ut Filia Patri Dilecto F. C. Humi in ære, MARTINI LUTHERI S. Theologiæ D. Corpus h. l. s. e. qui Anno Christi 1546. 12. Cal. Martij Eislebij in Patria S. M. O C. V. Anno 63. M. II. D. X.

De Pompa Funebri B. Lutheri hæc lectu non indigna notavit Balthasar Mentzius.

DOctore *Martino Luthero* 18. Februarij, ipso die Concordiæ Islebij, in Domino beatè mortuo: postridiè hoc est die 19. Febr. hora secunda pomeridiana, funus Christiana cum solennitate, & Ecclesiasticis cantionibus in templum D. Andreæ ejus loci angustissimum, deportatum est. Deduxerunt illud Principes & Comites: Inter quos fuit illustris Princeps Dn. Wolfgangus. Princeps in Anhaldt. & cum eo generosi Comites ac Domini, *Philippus, Johannes, Georgius*, fratres, *Volradus Johannes & Wolfgangus*, itidem fratres: & Dom. *Albertus* omnes Comites Mansfeldenses. Item Comes *Gebhardus* cum duobus filijs, *Georgio & Christophoro*: Dominus *Johannes Henricus* Comes Schwartzburgensis, alijq; multi Proceres, cum magno cœtu nobilium matronarum: Deniq; & plebejorum hominum ingens multitudo. In templo D. *Jonas* orationem funebrem habuit ex loco quarto capitis epistolæ prioris ad Thessalonicenses. Hac finita discessum est, relicto corpore defuncti in templo cum decem civibus, ad custodiendum ipsum per noctem, adjunctis. Quamvis autem Comites Mansfeldenses Lutheri Corpus retinere & in sua ditione sepeliri cuperent: tamen cum id Dux Elector Saxoniæ *Johannes Fridericus* Witebergam reduci postulasset, ipsi gratificari maluernnt. Itaq; Sabbatho post natalem S. Valentini,

qui

qui erat dies vigesimus Februarij matutinam concionem habuit *M. Michael Celius*, ex dicto Esaiæ 56. Justus perit, & nemo considerat. Deinde post horam meridianam congregati sunt ijdem Principes & Comites, & Matronæ nobiles, quos supra notavimus: & cum illis magna plebis multitudo, qui omnes, eadem solennitate & pompa, quæ antea, funus rursum è templo per urbem deduxerunt, extra portam usq; non sine maximo luctu. Iddeinde avectum, eo die Halam perlatum est. Cæterum cum Halam veheretur, ex singulis pagis propinquis agricolæ ad nolæ sonum cum uxoribus & liberis occurrerunt, animi dolorem minimè fictum, præ se ferentes.

Deinde sub horam quintam vespertinam cum jam ad urbem propius accederetur, egressi multi cives & matronæ perviam lapidibus stratam longo itinere funeri obviam processerunt. Tandem ubi ad portam ventum est, occurrerunt Concionatores: hos secuti sunt plerique; omnes ex Senatorio ordine. Deinde Ludimagister cum universis suis discipulis, more consveto cantiones funebres decantantibus. Vulgus autem promiscuum ad exteriorem portam magna frequentia funus excepit. Viæ etiam civitatis à turba ita obsessæ, & currus advenientium tàm arctè cincti fuerunt, maximeq; ille, quo *Lutheri* corpus vehebatur, ut sæpius eis subsistendum fuerit, eoq; ad ædem D. virginis vix ad mediam septimam perventum est, ubi à tota multitudine Psal. de profundis non tam cantatus, quam fletu & verbis singultu interruptis expressius est. Fuisset etiam sermo factus ad populum, sed quia jam serò erat, corpus illico in Sacrarium, juncta custodia depositum fuit. Proxima sequente Dominica, quæ erat 21. Febr. ad horam Sextam matutinam, quando rursus advehebatur funus: Senatus, Concionatores & Scholastici cum eadem solennitate & ceremonijs illud extra urbem deduxerunt: quibus priori die exceperant.

Sub ejus diei meridiem, cum Bitterfeldium ventum esset, in confinio ejus Ditionis Dominus *Erasmus Spiegel*, Præfectus VVitebergensis, *Gangolfus* ab *Heilingen* Diebensis

Theod-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0484-3
DFG

Theodoricus à Taubenheim Bremensis, missi à Duce Saxoniæ Electore *Johanne Friderico* D. N. C. decenti reverentia & Christianis ceremoniis, DD Comites & reliquos, qui funus, sequebantur, exceperunt: Deinde à prandio *Kembergam* deduxerunt. Fuerunt autem hi Comites generosi Domini D. *Joannes* D. Joan: Hoyerus uterq; Mansfeldensis, qui cum Equitibus armatis circiter 45. Islebia funus comitati sunt, & postero die Lunæ id est 22. Februarij, Witebergam deduxerunt.

Cum Witebergam ad portam ab Elistra fluvio denominatam pervenerunt congregatos ex mandato Principis Electoris, *Joannis Friderici*, Dn. Rectorem, Doctores, Magistros & omnem universitatis cætum, cum senatu & toto populo: Continuò processerunt Evangelij ministi cum Scholasticis usitato ritu & ceremoniis, Christianas cantilenas per totam illam viam usq; ad templum arcis funeri præcinentes. Proximè ante funus equitarunt Præfecti, quos supra diximus à Principe funeri obviam missos fuisse. Deinde comites cum suis equitibus: tum quadriga supra quam defuncti corpus positum erat: quam statim in humiliori vehiculo secuta est Conjunx ipsius *Catharina* cum filia & alijs quibusdam matronis. Inde tres filij, *Johannes*, *Paulus* & *Martinus*: Item frater ipsius, *Jacobus Lutherus*, civis Mansfeldensis, *Georgius* & *Cyriacus Kauffman*, ex eadem civitate; fororis filij, & alij ipsius propinqui. Hos secutus est Magnificus Dn. Rector inclytæ illius Universitatis, & nonnulli Principum Comitum & Baronum filij, literarum gratia eò profecti. Deinde D. *Georgius Pontanus*. D. *Philippus Melanchton*. D. *Justus Jonas*. D. *Pomeranus*. D. *Casparus Crucigerus*, & cæteri grandæviores ejusdem ordinis. Inde reliqui Doctores & Magistri, tum Senatores omnes: Postea studiorum cætus florentissimus: ac civium universum agmen. Postremo maxima turba mulierum, matronarum, virginum, puerorum, qui omnes hujus viri mortem graviter lugebant, & lamentabili voce deplorabant. Incredibile est, quanta hominum turba, quàm confertim, in foro & omnibus vicis, tam brevi temporis spacio confluxerit. Multi certò

affirmabant se tantam multitudinem Witebergæ nunquam vidisse. Porro *Lutheri* corpus in templum arcis deportatum ad dextrum suggesti collocatum est. Deinde præmissis funebrib. quibusdam Cantionibus, venerabilis D. *Pomeranus* suggestum ascendit & coram aliquot millibus ibidem auscultantibus, dulcissimam & valdè piam concionem habuit.

Concione finita, D. *Philippus Melanchton* præclaram habuit orationem funebrem: Cum ut affectum & luctum suum testaretur: tùm ut Ecclesiæ dolores mitigaret. His ita peractis, Magisti quidam viri docti ad id officium electi, defuncti corpus in sepulchrum demittentes quieti dederunt.

Atq; ita in arce Witebergensi jacet terræ mandatum corpus Reverendi Patris *Martini Lutheri*, præstantissimum Spiritus sancti organon. Jacet autem propè Suggestum, in quo tot præclaras & sanctas concionesin præsentia Ducum & Electorum Saxoniæ totiusq; Ecclesiæ antè habuerat: Jacet inquam seminatus in infirmitate, ut illo die resurgat in potentia ut Apostolus loquitur. 1. Cor. 15.

Hanc descriptionem Pompæ funebris, D. M. L. ut ab illis, qui αὐτόπται fuerunt, bona fide in literas relata est, hic inferere volui: non tantum ut aguoscatur pietas & gratitudo istius seculi erga defunctum hoc præstantissimum Dei organon, sed multò magis, ut extet ad omnem posteritatis memoriam vera solida & perspicua refutatio mendatiorum, quę Adversarij veritatis Papistæ & Jesuitæ de morte hujus sancti viri impudenter conficta etiam publicis scriptis in vulgus spargere non erubuerunt.

XXVII.

Philippus Melanchthon,

PHILIPPI MELANCHTHONIS S. V. Corpus H. L. S. E. Qui Anno Christi 1560. 13. Cal. Maij, in hac Urbe M. O. C. V. Anno S. LXIII. M. II. D. II.

In

In tabula hi versus leguntur

Vitam fortunasq; suas studiumque laboris.
Quique opera sanctam consiliique fidem:
Impendit divina suis Ecclesia rebus.
Tegue pius variâ juvit & auxit ope.
Hac in parte sibi post mortem structa Melanchthon,
Communis luctu busta Philippus habet.
Quæ templi foribus magni vicina Lutheri,
E Regione solum quod tegit ossa videt.
Bretta hunc vitales natum produxit in auras,
Bretta Palatini limes amœnus agri.
Unde propinqua petens aditi bonitate suorum
Diverso Annidum templa sacrata loco.
Ludus eum puerum accepit Phorcenidos urbis,
Estelbergiaci max schola Gymnasij.
Doctrinæ hinc fecit juvenem alma Tubinga Magistrum,
Eximium laudis gessit ubi ille decus.
Inde triumphator monachorum Capnio jussit
Albudos cunc ripam visere Saxonici.
Tunc nova Dux Fridericus ubi collegia Musis
Romani fundans Ensifer imperii:
Undiq; conductis præstanti laude parabat,
Artis & ingeny reddere clava viru.
Hic socio ipso annis viginti octoq; Lutheri,
Wittenbergiacæ res fuit ampla Schola:
Quam septem his adhuc provexit deinde gubernans,
Fluctivagam ut vastum per mare nauta ratem.
Heu tempestates quas hic perpessus, & ad quam
Sevos hæc scopulos acta carina fuit.
Quantum externi odij, quantum invidiæq; suorum,
Ingratorum hominum'que maledicta tulit?
Ipse tamen quamvis restantibus undiq; ventis,
Directum est, retinens vera secutus iter.
Fortianea clamor latrantis pectora turbæ,
Nec vulgus strepitu movit inane suo.

Summa petit livor, nemo hunc superare, nec ipse
Posset, si studijs otia suppeterent.
Ista sub obliquo norunt quoq; Sole locati,
Quique sub opposito forsitan axe jacent.
Scripta sed illius memorabilia inter & acta
Plurima, quæ solidæ nomina laudis habent,
Unum opus eximium est fides Confessio sancta,
Ante tuos, Cæsar Carole læta pedes.
Languida quâ Christi jam dudum Ecclesia nitens,
Rursum audet vultus tollere læta suos.
Concurrant inimici omnes licet undiq; hic unus
Confutare potest improba dicta liber.
Sic tua nunc terris flores bona fama Philippe,
Vivit & æternum Spiritus ante Deum:
Corpus at exanimum tumulo hoc requiescit humatum,
Condecorant grata quem monumenta Scholæ;
Ille quod expletis senio curisq; gravatum
Sexaginta annis exuit atq; tribus.
Sic morbo ut paucis nisi debilitante diebus,
Muneris officium fecerit omne sui.
Atq; olim æthereas veniet revocatus in auras,
Integer & mortis liber ab inde metu.
Sancte vir & salve Pater optime, te tua semper
Nos soboles meritâ relligione colet.
Doctrina nobis vera tu ductor & autor,
Hæc tua clara tuæ munera lucis habet.
Salve iterum atque, tua nos immota manebit
Semper apud memores gloria, nomen, honor.

ACADEMIA WITEBERGENSIS.

PHILIPPO MELANCHTHONI Parenti & Præceptori opt. merito P. Joachimus Camerarius amico SS. M. F.

Ad dextrum latus ita scriptum est.

Natus est Dominus PHILIPPUS MELANCHTHON Anno Christi 1497. Mensis Februarij die 16. Post. 6. Horam Vespertinam in oppido Palatinatus Bretta.

Ad

Ad sinistrum.

Mortuus est Dominus PHILIPPUS MELANCHTHON, Anno CHRISTI 1560. Mensis Aprilis Die 19. Dodrante Horæ Post 6. Vespertinam Wittebergæ. Humi in ære, Philippi Melanchthonis S. V. Corpus H. L. S. qvi Anno CHRISTI 1560. 13. Cal. Maji in hac urbe M.O.C.V. Anno 63. M.II.D.II.

XXIIX.

Johannes Schneidevvinus. D.

IOHANNES SCHNEIDEWINUS, I.U.D. & hujus Celeberrimæ Academiæ Professor III. Nonas Decembris anno 1568. in CHRISTO IESU placide obdormivit anno Ætatis 49. Climacterico Septimo.

Inscriptio Momenti parieti affixi hæc est.

Clarissimi & ornatissimi Viri, pietate, doctrina, sapientia, virtute & autoritate præstantissimi D. IOHANNIS SCHNEIDEWINI, I.U. Doctoris & Professoris in Academia Wittebergensi Illustrissim. Principis ac Domini, Domini Augusti Ducis Saxoniæ Electoris &c. Consiliarij pia & celebranda memoria qvi in CHRISTO obiit, anno à CHRISTO incarnato 1568. 4. Decembr.

In vicina tabula ista leguntur.

Hæc gener & nati charo monumenta parenti
Schneidevvino officijs constituêre pijs.
Hunc fœcunda tulit venis Stolberga metalli,
Lumine sed verbi ditior ipsa sacri.
Charus erat Luthero tibi ceu filius, instar.
Hunc quoq; fovisti, docte Philippe, patris.
Religionis amans, veri studiosus & æqui,
Integer & vitæ vir fideiq; fuit.
Laudibus & dignus geminis, dum certat utring;
Iuris in hoc sanctâ cum pietate decus.
Lenceris hunc annos retinens Academia multos,
Ornata est meritis & probitate viri.
Sic tria lustra docens & binos insuper annos,
Semina Romani juris aperta dedit.

Consiliis aulas rexit Comitumq; Ducumq;
Justitiæ vindex, arbiter autor erat.
Hunc ad se terris ereptum & mole laborum,
Ipse DEus vitæ de statione vocat.
Nunc prope Lutherum placidâ cum pace quiescit,
Adventum expectans, optime Christe tuum.
Nunc etiam vivens cœlis perfectius in aula,
Percipit in Domino jura sacrata DEO.
Eunomia huic, Charites, Themis & cum Pallade Musæ,
Religio atq; Fides hæc pia justa ferunt.

XXIX.

Fridericus Brandt.

Anno 1548. Vicesimo quinto Mensis Augusti decessit ex hac vita FRIDERICUS V. BRANDT, de Lindo ætatis suæ Anno 63.

Ossa sub hoc recubant Friderici marmore Brandi
Qui fuit ore, manu consilioq; potens.

XXX.

Margaris à Wolckenitz.

Anno 1549. vicesimo octavo die Februarij decessit ex hac vita MARGARIS à WOLCKENITZ, GEORGII à WALWITZ à Doberitz chariss. conjunx.

XXXI.

Sebastianus à Walwitz.

Frigida in hoc tumulo conduntur membra SEBASTI
Qui de WALWICIA stirpe creatus erat.
Quem non sola suæ decorant insignia gentis
Solus & antiquæ nobilitatis honos.
Sed præstans virtute fuit, fic fortis in armis
Justitiæ vellet cultor ut esse simul.
Adjuvit justis pugnantes pannonas armis,
Hungaricis Turcos ut removeret agris.
Impia Westphalica cum dogmata in urbe vagantur,
Motaq; seditio pernitiosa fuit.
Hic ingens furor est oppressus vindice Christo
VVALVVICIO cum sunt prælia facta duce.

Fran-

Francius Ausoniis cum Rex Bella intulit arvis
Pro Domino fidus bellica signa tulit.
Ipsius & Regi Danorum est cognita virtus,
Laudata est dubio tempore firma fides.
Iustus erat judex & pœnas leniit æquo,
Oppida Saxonici dum regit ista soli.
Ortus Marchiaci de stirpe Albertus Achillis.
Contra vicinos dum nova bella movet.
Hunc Dux Mauritius patriis depellit ab oris,
Attamen accepto vulnere victor obit.
VValvvicioq; humeros dum tristi vulnerat ictu,
Tabe globus lenta pectora fide necat.
Sed te vere Deus casta pietate colebat,
Dona tenens Christi justificante fide.
Ergo animam tibi commendas, exordia vitæ
Hausit non dubiæ spéque fideque novæ.
Felix in Domino morientia membra relinquens
Vivit conspectu mens fruiturq; Dei.
Decessit ex hac vita Anno 1554. Die 24. Novembr.

XXXII.

Barbara â Schönberg, Conjunx Sebastiani Walvvicij
cujus Inscriptio hæc legitur.

Hic quoq; WALWICIO quondam conjuncta SEBASTO,
BARBARA SCHÖNBERGO, sanguine nata cubat.
Quæ Patris atq; viri genus ornans lumine morum,
Feminei sexus gloria rara fuit.
Cum vir rem gereret foris armis, illa regebat,
Cum licita partam rem ratione domi.
Forma, pudor, mores, industria gratia, virtus
Lingua in Consiliis, mitq; ope prompta manus.
In voce atq; animis sedet, & quæ prævia natis,
Lux est, exemplum posteritatis erit.
Ergo usura thori fuit hinc data plena leporis,
Stirps, in virtutes matris it atq; patris.
Hanc cum lacte suo virtutis semine pavit,
Et jussit meritis fidere CHRISTE tuis.

Cum-

Cumq; DEI ad lucem vir cessit ab orbe vocatus
In vidua mansit religiosa thoro.
In morbo fulsere preces: fiducia CHRISTI,
Virtus aequo animo tristia fata ferent.
Ergo credibile est saltem hanc requiescere terris,
Quae fuerat nullo tempore digna mori.
Filius hoc posuit monumentum utriq; parenti,
Ut quos junxit amor, jungat & una dies.

piè placideq; defuncta est Celendis Martij Anno reparatæ salutis nostræ

M. D. LXXVII.

XXXIII.

Georgius Major, D.

Reverendo & Clariss. Viro GEORGIO MAJORI S. Theolog. Doctori & Profess. sub hoc Marmore in Christo quiescenti defuncto laboribus curis doloribus & miseriis hujus vitæ Anno Christi 1574. die 28. Novembr. Ætatis 73 Conjunx & Liberi superstites hoc mon. P.

Quod vixi in fide vixi filij DEI, qui dilexit me & semet ipsum tradidit pro me.

Monumenti sive Epitaphii affixi muro septentrionali sub organo &c. inscriptio talis est.

Reverendus & Clarissimus Vir Dn. Georgius Major S. Theol. Doctor, natus Norimbergæ Anno Christi 1502. d. 25. Apr. Venit in has terras & in aulam Illustriss. Pr. Friderici III. Sax. Ducis & Elect. Anno 1511, postea in hanc Academiam Anno 1521.

Vixitq; hic studiorum causa Principis ac Senatus Norici sumtu annos 7. Anno verò 1528. ducta uxore virgine nobili MARGARETHA à MOCHAW, sequenti anno 1529. Magdeburgam missus à Rev. Dn. D. MARTINO LUTHERO, scholam ibi aperuit & rexit felicissime annos 7. cum dimidio. Inde in hanc Academiam regressus anno 1537. Ecclesiasten in hoc templo munus summa cum laude gessit, annos ibidem 7. Anno autem 1542. delectus in numerum Assessorum Judicij in hac Urbe Ecclesiastici muneri illi præfuit usq; ad vitæ suæ finem annos totos 32. Anno 1544. ornatus publico Doctorum in Theologia testimonio & gradu simul & in nume-

merum Professorum Collegij Theologici cooptatus est. Missus anno 1546. ad defensionem publicæ doctrinæ Ratisbonam ibiq; in colloquio una cum aliis Malvenda Hispano sophistæ oppositus. Motu bello Saxonico exilio aliquandiu cum conjuge & liberis viventibus decem hinc inde oberravit inter ingentia pericula, sed anno 1547. propè elapso, ab Illustriss. & Clementiss. Principibus Saxon. Ducibus MAURITIO & fratre AUGUSTO. Electoribus gubernationi Ecclesiæ Mersburgensis adjungitur: Ac recollecta tandem atq; instaurata denuò Academia anno 1548. in locum pristinum restituitur. Anno demum 1551. Ecclesiæ Islebiensis ac ceterarum in comitatu Mansfeldensi gubernatio atq; inspectio ei commendatur annuente Comitum voluntati Duce Electore MAURICIO præfuitq; ei muneri annum integrum, obrutus eo loci præter meritum calumniis, & clamoribus iniquissimis ac postea etiam à Flacio & sociis laceratus crudeliter. Anno ergo 1552. reversus in Academiam quod reliquum vitæ fuit in munere sibi demandato placidè hic transegit, ultus suorum insectatorum injurias, calumnias & rabiem patientia, silentio, precatione & in officio diligentia immutabili: defunctus honore Magistratus in hac Academia summi vicibus sex. Atq; anno Domini 1574. post totius penes triennij decubitum fractus & confectus morbo curis, casibus, adversis, & amissione suorum, aliisq; doloribus & miseriis hujus vitæ, in Academiam cœlestem evocatus est, in ardenti invocatione DEI placidissimè decedens. ac suis universis dulce desiderium relinquens, cum vitæ annos complevisset 72. Septimanas 31. præmisisset ex suis, filios masculos sex: natas quatuor: nepotes neptesq; 16. generos duos, nurum unam, relinquens post se præter conjugem sibi charissimam filias ex se natas 2. generos 3. atq; ex his nepotes neptesq; viventes 19. qui memoriæ ac gratitudinis ergo conjugi, Patri, avo soceroq; charissimo de Ecclesia deq; ipsis optimerito.

M. H. S. S. P. curarunt.

XXXIV.

Iohannes Schutz. D.

Anno Christi 1531. Vices Mart. Matut. 4. in hanc Lucem editus est Halæ Sax. R. & Cl. Vir Dn. JOHANN SCHUTZ, S.S. Theologiæ D. & Professor inclutæ Acad. Witeb. Cancel. hujus

Ecclesiæ Præpositus cujus Corpus hic depositum glorioſam reſuſc. expectat deceſſit 24. Julij circa Mat. 2. Anno Domini 1584. Ætatis 53.

XXXV.

Matthæus Weſenbecius, JC.

Hac Matthæ tenes te Weſenbece ſub urna,
Sed laus doctrinæ neſcit in orbe mori.
Obiit 5. Junij Anno Domini 1586. Ætatis 55.

Super inſigne Weſenbecij ad dextrum latus inſcriptum eſt ORA & LABORA, ad ſiniſtrum verò, IN LABORE PRÆMIUM.

XXXVI.

Raban à Canſtein.

RABANUS, MORDIANI F. à CANSTEIN, adoleſcens ex antiquiſſ. juxtaque nobiliſſ. in Weſtphalia familia oriundus, cum annum ætatis ſuæ 16. ageret, in hac Leucorea Academia variolorum morbo ſubitò correptus, piè obiit Anno 1588, Menſe Martio, die 14. poſt 12. horam.

JOB. XIX.

Scio vindicem meum vivere & poſtremo in terram ſurrecturum eſſe, & poſtea hoc ipſum meum corpus mea cute circumdatum iri, & me ex eo viſurum eſſe DEum, quem quidem ego ipſe viſurus ſum & meis ipſius, non alterius oculis aſpecturus.

XXXVII.

Georgius Tilenus, J. U. D.

Clariſſimo Viro ſapientia, doctrina, dignitate, conſilio, & omnibus virtutibus præſtanti DN. GEORGIO TILENO, Aurimontano Sileſio J. U. D. & Illuſtriſſ. Ducis Monſterbergenſis Conſiliario, de patria pietatis & literarum ſtudiis præclariſſ. merito, qui cum anno CHRISTI 1590. die 6. Febr. Uratislaviæ nuptias celebraſſet, ibidem die 27. poſt quæ fuit 4. Martij intra 12. & 1 noctis horam in ardentiſſima filij DEI invocatione ex hac vita diſceſſit, ſepultus in æde D. Eliſabethæ, magno cum totius Sileſiæ dolore, Anno ætatis ſuæ 33. die 22. Balthaſar Mencius Nimecenſis Saxo M. F. L. P. ſinceræ amicitiæ & jucundiſſimæ conſuetudinis ſanctiq; promiſſi non immemor

mor, amico chariſſimo opt. Max. de ſe & bonis B. M. hoc pietatis monumentum Witebergæ in acerbiſſimo luctu poſuit.

Cum ſceret Lacheſis te ſi fruerere ſenecta,
Æternum miſis vivere poſſe tuis:
Ingenij curſum properata morte morata eſt;
Et ſic rem vita falce cita ſecuit.
O ſic ante diem vatum ſpes magna jacebis,
Spes & amicitiæ magna, TILENE mea.
Natus in Eliſia terra, patre vera docente
Sacra DEI, auriferu, qua Catus errat agris.
Nunc iterum Elyſios fatis poſcentibus agros
Ingredere, ſuperi qua patet ora poli.
Ergo digreſſi veneramur nomina Vates:
Atq; ego ſed vates, Carmine; ego lachrymis.
Carminis auctori carmen debetur: amico
Par amor in fratris funere do lachrymas.

Pſal. CXII.

Bonorum Memoria Sempiterna.

XXXIIX.

Joſephus Engel.

Hoc Monumentum piæ religioſæq; conſuetudinis intuitu, fieri atque erigi fecere ejus, de cujus obitu præſens teſtatur tumulus, hæredes, ſpe glorioſæ reſurrectionis in ſanctiſſ. & nunquam intermorituræ recordationis teſſeram, Anno ſalutis humanæ 1588. die Michaëlis.

Hum vero talis inſcriptio legitur.

Anno Christi 1587 die Martij in Christo pie obdormiebat IOSEPHUS ENGEL à VVagram Stir. Auſtriacus.

En jacet hoc tumulo quem vix Academiæ ut auram
Libaſſet noſtræ, ſuſtulit aura poli.
Miſerat hunc claro natum de ſtemmate VVagram
Auſtria quo generi quæreret arte decus.
Sed ſibi quam patrij firmarant lumine mavis
Extera præripiunt ſpemq; fidemq; loca.
Quemq; expectabat peregrinis moribus auctum
Spe patriæ exulium prævenit aula poli.

Nec malè nam patrium quem præparat arte lyceum
Noſtra ſic cœli præparat illa Schola
Stira fugat gnatum, gnatum VVitteberga fugavit,
Ad patriam ſummi (ſorte parante) domum.
Hunc malus in vita vexabat Aniſus & Albis,
Sors jugulat; cœli rettulit illud amor.

XXXIX.

Johannes Limmerus, D.

IOHANNES LIMMERUS Lucenſis, I. U. D. ac Profeſſor in hac Inclyta VVittebergenſi Academia, Facultatis Iuridicæ Senior, Eccleſiaſtici nec non Curialis Iudicij Aſſeſſor, inter ardentes ad DEUM preces in CHRISTO IESU exſpiravit 6. Die Maji media Veſpertina, Ætatis Anno 43. ſalutis verò humanæ 1591. Sub inſigni verſiculus hic legitur.

1591

In vita & morte eſto tu mea CHRISTE ſalus.

XL.

Franciſcus Faber, D.

FRANCISCUS FABER, Freibergenſis trium Medicorum D. ANTHONII FABRI, D. FRANCISCI WORMANNI & IOHANNIS RENTMANNI Filius, Nepos & Gener, ipſeq; Facultatis Medicæ D. & Profeſſor in hac Incluta Academia Annos 13. nec non bis Univerſitatis Scholaſticæ Rector, ſub hoc Lapide in ſpe lætæ reſurrectionis quieſcit mortuus.

Anno Domini 1593. 7. Aprilis Ætatis 51. D. F. D. F. F.

1593

Nobilis ingenio ſtudiis, pietate, labore,
Vir gravis & præſtans arte Machaoniâ:
Mitibus in mites alijs qui flexerat herbis
Parcas ipſe ſibi flectere non potuit.
Omnia Morta rapit, virtus eſt ſola ſuperſtes,
Parcarum in mites deſpiciens calathos.

Magdalena, uxor, viro deſid. poni curavit.

XLI.

Petrus Otto.

Mihi eſt Chriſtus & in vita & in morte Lucrum.

HAc Petrus Ottonis recubat ſub mole ſepulchri,
Ille Mathematici ductor ad aſtra poli.

Dum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0496-5 DFG

Deum sacra Lencorij moderatur regna Lycæi,
Occubat & cœli patria regna migrat.
Qui teris hoc saxum in saxo durior hoc es,
Dices: His bene sit corporis exuviis.
Obiit 23. Aprilis Anno Christi 1595. hora noct. 11.

XLI.

Johann Georgius Volckmar. D.

Tumulus JOHANN GEORGII VOLCKMARI Lobenstein Varisci, S.S. Th. D. & ejusdem Prof. quondam publici.

Hic jacet exutis nimium cito VOLCKMARIUS annis,
Adjuga suggestus magne Luthere tui.
Hinc populum docuit cathedra de luce juventam
Ingenij mira judicioq; fide.
Si magis annosam licuisset condere vitam,
Ac scriptis animum notificare libris,
Tot verbis non esset opus hoc scalpere saxum,
Sufficerent quatuor: VOLCKMARIUS hic situs est.

Obiit piæ ætatis patientiæ & constantiæ exemplum 15. Martij Anno Christi 1596.

XLII.

Wolfgangus Diefstetetorus.

Sub Effigie Pueruli defuncti ad pedes ejus hi versus leguntur.

Ad te cum jubeas infantes Christe venire,
Talibus & tribuas dulcia regna poli:
Excipias WOLFFGANGI animam salvesq; teneßi,
Ex DIFFSTETERO qui patre natus erat.
Reddere te vitam cum norint Christe parentes,
Commendant sese filiolumq; tibi.

XLIV.

Michael Reichardus.

Clarissimus & Humanissimus MICHAEL REICHARDUS Ratisbonensis Oratoriæ Facultatis in Witebergensi Academia Professor Publicus & Collegij Philosophici Senior, de tota Academia, de Studiis Liberalibus, de viduis & pupillis meritissimus. Natus Anno S. LIX. Placide in Christo obiit An. Christi 1597. die 2. Sept. Hora 10. P. M.

XLV.

Andreas Schato. D.

1603

Hic situs est ANDREAS SCHATO Torgensis Medicinæ D. & Facultatis Senior in Academia Witebergensi per Annos 29. Raro exemplo variarum disciplinarum Mathematum Physices & Medicinæ Professor. omnibus Scholasticis honoribus perfunctus Magna cum Laude virtutis Doctrinæ sapientiæ & industriæ quibus etiam insigniaNobilitatis ab Imperatore meruit exemplum boni Viri, boni Professoris boni Christiani. obiit 17. d. Martij, Anno Christi 1603. Ætatis 64.

XLVI.

David Rungius. D.

1604

Hic situs est DAVID RUNGIUS Pomeranus SS. Theol. D. quam & 9. Annos publice privatimq; cum fide & laude summa, hic Professus est Trium Linguarum, Latinæ, Græcæ & Ebraeæ, sed & omnis Doctrinæ Liberalis pertissimus, magni ingenij pariter ac Judicij Disputator subtilis ac perspicax Candore, Modestia, pacis, Studio ac Morum suavitate omnibus Carus & æstimatus. Rostochium V. CL. Davidis Chytræi Successor serio seduloq; evocatus non ire, sed hic mori debuit, quod animosissime fecit non Quinctij Anno Ætatis 40. Christiano 1604.

XLVII.

Salomon Gesnerus. D.

1605

Pietati & Memoriæ Rev. & Cl. Viri, SALOMONIS GESNERI Boleslavia Silesij S.S. Theologiæ D. & Professoris, in Schola quidem Annos 12. Legendo & Disputando in Templo hoc 10. Concionando utrinq; fide & industria opt. mer. qui Ingenio, Doctrina, Judicio, eloquentia, Zelo Religionis & vitæ integritate, par summis Ævi sui Theologis Monumentis de Doctrina Christiana editis, nomini suo famam pietate domum Æternam sibi vivus Curavit. Heredd. hoc quod est è Saxo P.C. defuncto 7. eid. Febr. Ætatis suæ 46. Christi 1605.

XLIIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0498-6
DFG

XLIIX.

Johannes Zangerus, D.

1607

Pietati & Memoriæ JOHANNIS ZANGERI Brunſuicenſis Saxonis U. J. D. & Profeſſoris Decretalium in hac Electorali Witteberga per 26. Annos. Celeberrimi Aſſeſſoris Judicij Curialis nec non Eccleſiaſtici Conſiſtorij ibidem ut & Judicij Provincialis & Regij illius in Luſatia inferioris, ſpectatiſſimi Senioris & Capitis Collegij Juridici meritiſſimi. Viri meritiſſimi in hanc totam Academiam optimi maximi, qui non tam Ætate conſumptus, quam laborum pertinaci aſſiduitate fractus, inter ardentes ad Deum preces in Chriſto Jeſu placide exſpiravit die 6. Septembr. Hora 5. Matut. Ætatis ſuæ Ann. 50. Chriſti vero 1607. Heredes hoc debiti & ſinceri Amoris ſignum ex intimo pietatis affectu lugentes P.

XLIX.

Leonhartus Hutterus, D.

1616

LEONHARTI HUTTERI Ulmenſis SS. Theologiæ Doctoris ejusdemq; in hac Academia Profeſſoris Celeberrimi. Annis fere 21. Collegij Theologici Senioris, jam Quartum Rectoris, ætatis Anno 53. pie defuncti Anno Chriſti 1616. Sept. 23. Corpus hoc Monumento ſepultum eſt.

L.

Erneſtus Hettenbach, D.

1616

Chriſto Redemptori Sacrum. ERNESTUS HETTENBACH Mergethumeniæ francorum 1552. 6. Non Februarij natus, Medicinæ Doctor per annos 27. & Profeſſor Publicus. Facultatis & Academiæ Senior qui Non. Octobris hora veſper II. piè in Domino obdormivit An. Domini 1616. ſuæ ætatis 64. Menſ. 8. Marito ac Patri bene merito Conjux & liberi ſuperſtites Monumentum hoc P.C.

LI.

Benedictus Carpzovius, D.

1624

BENEDICTUS CARPZOVIUS J. U. D. Academiæ hujus quondam Profeſſor Publ. dehinc Electoris Saxoniæ CHRISTIANI I. viduæ P. M. Cancellarius & Electoris Saxon JOHANNIS GEORGII Conſiliarius. Natus 22. Octobr. Anno Chriſti 1565. pie obiit 26. Novembr. Anni 1624.

Carpzo-

Carpzovius senior cubat hic, ô flete relicti,
Hic simul Ars, Pietas, Suada Themisq; cubant.
Saxea Saxonia es sinon hæc funera desles,
Saxeus hinc quisquis siccus abire potest.

LII.

Balthasar Meisnerus, D.

1626 BALTHASARI MEISNERO Dresdensi S.S. Theologiæ D. & Professori Publ. Viro extra controversiam singulari, in quo ingenium cum industria, Doctrina cum Annis, pietas cum comitate semper certarunt. MAGDALENA Persona, cum liberis Quinque superstitibus conjugi incomparabili & supra quam dici potest amato, non tam Memoriæ, quam immortalem sibi ac perpetuam editis Scriptis comparavit, quam testandi sanctissimi affectus causa & ut reconditi Corporis locus indicaretur hoc Saxum Posuit.
Natus est Anno 1587. die 3. M. Februarij. Denatus Anno 1626. d. 29. Decembr. in ipso Tertio suo Rectoratu cum jam 13. An. SS. Theologiam Professus Publice non modo hanc Academiam sed universum orbem CHRISTIANUM in sui amorem & Admirationem converssset.
Occiduum quicquid circumtulit ac moribundum
Meisnerus, tumuli marmor id omne premit.
At quæ post cineres semper victura perennant,
Vel pia fama vehit, vel rutila astra tenent.

LIII.

Wolfgangus Franzius, D.

1628 WOLFGANGUS FRANZIUS, Theologus magni nominis & Ebrææ linguæ interpres felicissimus, Witebergæ mortalitatem exuit Anno 1628. d. 26. Octobris, cum vixisset annos 64.

LIV.

Erasmus Unruhius, D.

1628 ERASMUS UNRUHE. In Rabenstein J. U. D. Professor Publicus, summa Doctrina, Prudentia, singulari & magno rerum usu præditus, qui cum per Annos 23. Docuisset publice totidemq; tam in Provinciali Curia quam in Scabinatu Witebergensi dicundo pariter & Respondendo Juri Assedisset Ter. Rector

Rector, sæpius Decanus, in omnibus officiis Muniisq; ingenti cum laude, industriæ, Fidei Dexteritatis versatus esset Torgæ in Patria, ubi ante Annos 51. Natus erat in ipsis Comitiis quibus publico Academiæ Nomine intererat Anno 1628. die 10. Mens. Martij extinctus, & tandem hic reportatus à suis hoc ipso in Monumento conditus est.

Juris & innocui vates sanctissimus aqui,
Hac jacet Unrubius Doctor Erasmus humo.
Cecilia hunc conjuncta sua est, sata patre Lysero,
Ut torus ambobus unus ata & tumulus.

LV.

Bartholomæus Reusnerus, D.

BARTHOLOMÆUS REUSNERUS Uratislaviensis Silesius U. J. D. & Professor emeritus, Juridicæ Facultatis Ordinarius & Vicedecanus perpetuus, ac in Academia Senior, Serenissi. præterea Saxoniæ Electoris Consiliari⁹, Curiæ Provincialis & Dicasterij, nec non Consistorij Ecclesiastici hic Witebergæ & Supremi Appellationum Judicij Assessor Dresdæ. Obiit Anno Christi 1629. Mense Novembr. die 16. Ætatis Anno 64. Professionis 35.

LVI.

Georgius Weckerus, D.

GEORGIUS WECKERUS Philos. ac Medicinæ D. Professor P. & Academ. Senior, hic situs est, qui cum per 44. Annos Medicinam exercuisset feliciſſime per 40. in hac Academia Physicen esset Professus. Rectoratum bis, Decanatum sexies administrasset atq; cum priore Conjuge Gertrude Bergera Ann. 43. cum altera vero Mens 2. dies 18. Vixisset, inter media sani ac valentis Hominis munia, sorti Apoplexia oppressus exspiravit, Natus est Ilenbergæ An Ch. 1566. die VI. Febr. obiit Witeb. die 13. Octobr. An. Ch. 1633. Vixit Annos 67. Mens. 8. dies 7.

LVII.

Daniel Sennertus.

Calcare si quis hoc solum quondam potes, resiste, dum quid te velit Saxum Legas: hic situs est DANIEL SENNERTUS Uratislaviensis Silesius, qui exercenda docendoq; Medicinam 35. Ann. Publice, quoddam quasi Salutis egit augurium: eaq; de re inter Electorales Archiatros asscriptus in locum principem sua virtute aspiravit, Natus est d. 25. Novembr. An. 1572. obiit d. 21. Julij An. 1637. Gloria & Nomine, quod illustribus animi ingeniiq;, ac universam Europam, & sibi paravit vivus, & huic circumfudit Academiæ, superstes perpetuo ac immortalis. Patri incomparabili & de se etiam optime merito superstites Liberi Mœrentes, Lugentesq; P P.

LIIX.

M. Erasmus Schmidt.

D. O. M. S.

Hic interquiescens placide alteram vitam præstolatur, M. ERASMUS SCHMIDT Delitianus, Thomæ Conf. F. græcliter. nec non Mathem. Prof. Publ. qui quam diu in vita fuit singulare pietatis, modestiæ, probitatis ac innocentiæ exemplum omnibus luculentissimè præluxit, natus est publ. literarum bono d. 17. April. An. 1570. earundemq; maximè vero græcarum, quarum summus vates & vindex exstitit damno. Denatus 4. Septembr. Anno 1637. cum docuisset publicè 40. ipsos annos, Ephoriæ Alumnorum Elector. An. 37. visitationi Scholarum Illustr. Ann. 34. incredibili fidei atq; industriæ laude præfuisset vita quam cum alijs communem habuit Ann 67. Mens. 4. minus paucis diebus fuit, sed quam ingenio & excellenti eruditione ipse comparavit sibi immortalis est, nec nisi cum literarum gloria finienda Marito desideratiss. Patri optimo, Socero benemerito, Uxor. Filia, gener testandæ pietatis affectusq; causa P. C.

LIX.

Gregorius Nymmannus, D.

D. O. M. S. Nec non Memor: GREGORII NYMMANNI Philosophi ac Medici Ordinarij in quo ingenium studium doctri-

doctrina ars ut summa præcellentiaq; fuerint non eum tamen potuerunt eximere necessitati quæ omnes manet, quare cum ex lienis & hypochondriorum morbo atroci ac lento d. 18. Octobr. An. Ch. 1538. decessisset functus illatæ huc ejus reliquiæ sunt & sub hoc lapide in spem communem in solo Patrio conditæ & sepultæ, vexit Ann. 46. Mens. 9 d. 4. Medicinam docuit publicè exercuitq; nobiliter Ann. 21. ex Anatom. Botanicæq; Professore in primum Collegij ejus & summum locum virtutis ac eruditionis meritò provectus quarum fama ac laus immortalis est marito ac parenti opt. desideratiss. Superstitum pietas persuit dicavit.

LX.

Johannes Strauchius.

Hic situs est JOHANNES STRAUCHIUS: Qui Natus Wittenbergæ d. 26. Junij An. 1588 ductusq; à prima usq; Ætate per omnem eruditarum artium cultum. Jurisprudentiæ se dedit, atq; in eo Studiorum Genere indefessa Industria ita profecit nobiliter, ut Gradu assumto ad summos togæ honores ac dignitates aspirarit. Vixit Ann. 51. Mens. 3. & D. Totidem. dicundo Juri in suprema Curia Dresdæ. Consiliarius Electoralis operatus est Ann. 7. in Appellationum Curia Ann. 9. Totidem quoque Jura apud nos Publicæ docuit, & facultati Juridicæ ordinarium dedit ac caput: causasq; Ecclesiastici Fori dijudicavit. Decessit d. 29. Septembr. Ann. 1639. ex febri maligna, in ipso Rectoratu Secundo. quem propius finem adduxerat. Pietatis, Candoris, Justitiæ atq; modestiæ singularis laus. & absolutæ doctrinæ gloria, quam vivus sibi peperit. tam diu durabit in Terris, quam diu virtutis ac sapientiæ nomen non evilescet. CATHARINA BLUMIA suo & sex de septem superstitum liberorum nomine, Marito, Patriq; incomparabili. ac ea de causa desideratissimo, non sine ingentibus Lacrimis P. C.

LXI.

Jacobus Martini.

Hic Situs est D. JACOBUS MARTINI Profes. Theol. Primarius & Templi arcis Præpos. totiusq; Profes. Ordin. Senior. Acumine ingenij, judicij gravitate, doctrinæ Copia & Excellentia

lentia meritorum cum summis seculi viris comparandus, in suo Genere postponendus Nemini. Natus est ad d. 17. Octob. in Agro Halberstad. An. 1570. Decessit ad d. 30 Maij. An. 1649. Quod excurrit Theologiam ex orthodox: nostram Religionem pro Cathedra, pro suggestu, in publica luce, qua voce, qua scriptis docuisset non tantum & illustrasset Nobiliter; verum asservisset quoq; magnifice, idq; toto Christiano orbe victuram Gloriam & immortale nomen sibi peperisset, Uxor novissima & utriusq; Matrimonij liberi Nepotesq; Superstites Marito, Patri, avo opt. Desideratissimo. P. C.

LXII.

Wilhelmus Lyserus.

1649

Christo Redemptori Sacrum & Bonæ Memoriæ WILHELMI POLYCARPI LYSERI & Elisabethæ Cranachiæ F. Lyseri: qui ingenio, Judicio, & Theologica eruditione juxta atq; prudentia ut paucos habuit pares, sic de Ecclesia & Academicis Studiis, Paternæ avitæq; gloriæ vestigijs insistens, non sine efficaciss imæ industriæ Exemplo illustri optime clarissimeq; meritus est. Annor 18. Adolescens Philos. Magister Creatus plerasq; Germaniæ academias adiit, Præcipuas insedit, hinc Belgio, Gallia, Britanniaq; Lustratis cum nondum 30. Ann. fecisset Summo Theolog. gradu ornatus simulq; Torgensi Ecclesiæ Ducatus Antistes est, ex ea Provincia sexto post Anno in Acad. Wittenberg. venit interq; Professores Ascriptus 25. Ann. Sacras literas cum magna laude docuit publice Ecclesiæ Misenensi ingenuæ inter Canonicos Ann. 1. Decanus præfuit 2. Ann. Academicum Magistratum gessit Quater, in novissimo Ad 6. id. Februar. An. Ch. 1649. obiit diem qui 6. Cal. Novembr. An. Ch. 1592. Brunsuigæ Natus fuerat. Catharina Bosia Liberiq;, cum ex priore Uxore, Regina Tintzelia, tres; tum quinq; ex illa superstites, Marito & Patri optimo desideratissimo, non sine amarissimis lacrimis P. C.

LXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0504-4
DFG

LXIII.

Jeremias Reusnerus.

D. M. Æ. S. & BB. MM.

JEREMIÆ REUSNERI JCti & in Academia Wittenb. Antecessoris Ordinarij ac Senioris, Consiliarij Electoralis Saxonici, Curiæ Provincialis, Scabinatus & Consistorij Ecclesiastici Assessoris, qui Leorini Silesiorum natus Anno Christi 1590. ad 4. Nonas Majas 9. Cal. Novembr. Anno Christi 1628. Clariss. Virgini ANNÆ MARIÆ SCHROTERIÆ Nuptus atq; ex ea Pater 9. liberorum binorum Masculi cæterorum sequioris sexus factus, cum in honoribus & oneribus publicis, Deo pietatem, proximo æquitatem, sibi sobrietatem approbasset, satis annorum vitæq; satur plenus fidei plenus spei excessit Anno Christi 1652. propridiè Cal. Octobres qui D. Michaëli sacer erat, ejus quod claudi potuit heic recondi, & quicquid istud monumenti est Marito ac Parenti incomparabili & exemplis omnibus nobilissimè de se merito vidua liberiq; superstites perpetuò mœrori damnati P.C.

Have lector & abi Mortalitatis tuæ & æternitatis memor.

Summa Inscriptionum, quæ in Cœnobio Franciscanorum & in Templo ad arcem reperiuntur. 63

INSCRIPTIONES

Quæ

In Templo Parochiali reperiuntur.

I.

Udalricus Erbarus, D.

Quæ me cum multis genuit pia mater alumnis,
Hæc mihi nupta fuit, hæc mihi nata fuit,
Hæc peperit patri natam per vulnera mortem,
Qui tulerat moriens nocte mucrone foro.
En hic Udalricus, si nescis, Rector & idem
Philosophus, Medicus condor in hoc tumulo.
Ὁ τάφος οὐδάλρικον ἔχει ἀρχηγὸν ἰατρόν,
οὗτος κηδεύομαι τραύματος ὁμιλητοῦ:

 Hic

Hic lapis Udalricon habet Medicumq; Monarcham,
Conditur is duro vulnere discipuli.

UDALRICUS ERBARUS, cum anno 1512. Rectoris Magnifici officio fungeretur, à Nobili quodam occisus est, quemadmodum ex fastis Academicis Balthasar Mencius annotavit.

II.

Martinus Pollichius Mellerstadius, D.

Anno A Nat. Domini 1514. 6. Kl. Januarij Præstantissimus, Dn. MARTINUS POLLICHIUS, Mellerstadius, artium Philosophiæ Medicarumq; Doctor, Sacræ Theologiæ Magister hujus Gymnasij Rector Primus & Parens diem ext. clausit.

Hic jacet extinctus proh Mellerstadius ille
Martinus Pollich, gloria magna virùm.
Philosophus, Vates, Medicusq; Theologus ille,
Proh jacet hic nostræ Duxq; parensq; scholæ.
Quique reformator Vice Cancellarius omnes
Sustinuit casus; spiritus astra subit.

III.

Iohann. de Osten.

Musisq; Imaginibusque clarus Patriis,
Ecclesiæ quæ devotus caminiæ
IOHANNES de OSTEN, Eques Pomeraniæ
Florem Deo juventæ periit consecrans:
Valere dic Viator manibus pium.

Obiit prid. eid. Januar. Anno 1519.

Bene merenti posuit ALEXANDER de OSTEN, frater.

IV.

Iohannes Rhagius, D.

Laurea Germani viridans tibi cæsaris una est,
Altera Romulei munere Pontificis.
Tertia Sacrificâ plexa est de Numinis arâ:
Cingunt docticomas Laurea serta comas,
Rhetoricen. Sophiam, Vatum, monumenta professus,
Annis viginti plusvé minusvé tribus.
Danubius, Rhenus testatur & odera & Albis,
Spirasq; cum doctâ Sequana Gallus aquâ.

Jam

Jam sexagenos complecti vividus annos,
Nec scis quo loculo quavé cubabis humo.
Sic tibi non census, fastus, possessio, fraudes,
Sed pax, libertas, gratia, chara fuit.
Extra fortunam est carmen, quod lamina corpus
Signat, ubi positum quavé tegatur humo.
Ut si quem tanget pietas, miseratio, casus,
Ingemat & fati sit memes ille sui.

IOHANNIS RHAGII, Æsticampiani Lusani, Poëtæ Laur. & Theol. Doctoris Epitaphium hoc & ipsum laminæ æneæ in muro orientali ad sinistrum Altaris inscriptum est.

Desiit vivere pridie. Kal Jun. Anno Dom. 1520.

V.

Casparus Lindemannus, D.

Anno 1536. Mense Septembr. die sexta exemptus est rebus humanis CASPAR LINDEMANNUS, Medicinæ Doctor.

Hic sita Lindmanni sunt frigida Casparis ossa,
Qui Medicâ clarus Doctor in arte fuit.
Et quoniam insigni doctrinæ adjunxerat usum,
Saxonici Medicum contigit esse Ducis.
Tantum ipsi peperere decus moresq; fidesq;
Egregiâ quantum laudis ab arte tulit.
Quare perpetuum tali ratione favorem,
Judicio meruit Principis ille boni,
Pectore non sicto Numen cœleste colebat,
Te fontem medicæ Christe professus opis.
Ergo animæ ipsius concedas maxime Christe,
In gremio ut vivat non moritura tuo

VI.

Christophorus Breitenbach.

Hoc sita CHRISTOPHORI, tenui sunt ossa sepulchro
Qui genus à magnis nobile traxit avis.
Nam fuit è veteri Mysorum sanguine natus,
Qui Breitembachi nomine clarus erat.
Tristia terribili quo tempore bella tumultu
Moverat Albiacis Mars violentus agris.

Flo-

Florida Christophori, fugiens hæc bella juventus,
Ex hoc decessit carcere, ad astra Dei.
Dum vixit Studiosus erat pietatis amator,
Instructus vera cognitione Dei.
Virtutem coluit, Musas dilexit, honestus
Moribus ornavit stemmata clara bonis.
Quare nunc fruitur vitæ cœlestis honore,
Et capit in CHRISTI gaudia vera situ.

Decessit anno 1546. die 12. Octobris.

VII.

Laurentius Zochius, D.

Proximus hic tumulus LAHRENTI continet ossa,
Qui veteri ZOCHA stirpe creatus erat.
Juris erat Doctor, nec tantum curia vocem
Ipsius & solita est tota probare fide:
Verum etiam casti mores & justa voluntas
Ipsius & pietas vera probata DEO est.
Luxerunt ipsum nati conjunxq; socerq;,
Qui juris nostro tempore lumen erat.
Qui cognomen habet Schurffi, quod laude perenni
Ornat doctrinæ institiæq; suæ.

Decessit Anno 1547. die 27. Mens. Februar.

IIX.

Caspar Cruciger, D.

1548. 15. Novembris. CASPAR CRUCIGER, Theologiæ Doctor, Magna Ingenij præstantia, ornatus, Linguarum, Mathematum & universæ Philosophiæ cognitione instructus ex hac mortali vita pie decessit ætatis suæ 45.

IX.

Christophorus Schrammius.

Anno 1549. d. 11. Maij Lipsiæ diem suum obiit CHRISTOPHORUS SCHRAM, Senator & Bibliopola Witteberg.
Felices animæ, vitæ cum fine sub ipso,
In CHRISTI claudunt fata suprema fide.
Schrammius has inter cœlesti sede receptus.
CHRISTOPHORUS, fidei præmia digna capit.

Con-

Consiliis cives texit, juvitq; senatum,
Iustitia, ingenio, viribus, arte fide.
Hanc sedem cinerum servans: de stirpe relicta,
Hæredes regni collige Christi tui.

X.

Elisabetha Rothia, Christ. Arndt. D.

ELISABETHÆ SEBASTIANI ROTHII, filiæ Conjugi dilectissimæ Christophori Arndt, U. J. D. DD.
Hanc quisquis cernis picturam huc dirige vultum
Atq; meas breviter perlege quæso vices.
Lipsia nascenti vitalem præbuit auram.
Cum primum cœpi hac edita luce frui.
Me Robius genitor multis virtutibus auctus,
Quiq; Machaonia clarus in arte fuit.
Christophoro hac ipsa ingenio qui floret in Urbe,
Et legum fontes non sine laude docet.
Connubio junxit dulci ex quo filius ortus
Qui mihi curarum dulce levamen erat.
Sed Deus ex hac me terrena sede vocavit.
Nondum ut erant vitæ bis duo Lustra meæ
Hæc mihi dilectus struxit Monumenta Maritus
Gaudet at æterno mens mea læta Deo.

Obiit anno 1555. die 25. Decembris in Festo Natalis Christi Mane hora 7.

XI.

Johannes Forsterus, D.

JOHANNES FORSTERUS S. Theologiæ Doctor & Ebrææ Linguæ Professor in Academia Witebergensi, in Christi invocatione placide mortuus est Anno 1556. 8. Decemb.

Vivam salvi pars
Et celebris Sacra Doctor
Quisq; Palestinæ docuit
Forsterus sancta vir pietate

Huc moriens corpus posuit sed Sp.
Perpetua gaudens luc 1. rst. t.

quia inscriptio admodum contrita & corrupta liquidò satis cognosci nequit, ideò fragmenta saltem, qualia hodiè extent, subjeci.

XII.

Johannes Bugenhagius. D.

Anno Domini 1558 20. die Aprilis, Ætatis suæ Anno 73. Mortuus est Reverendus vir, Doctor JOHANNES BUGENHAGIUS Pomeranus Pastor Ecclesiæ Witebergensis Annos 38.

Ossa sub hoc tumulo Doctoris sunt Pomerani
Condita, sed superas incolit umbra domos.
Pastor in hoc templo multos perfidus in annos,
Eximiâ pavit sedulitate gregem.
Bis duo lustra suo Sol jam perfecit in orbe,
Octoq; annorum præteriere dies:
Leucoream quando hanc peregrinus venit in urbem,
Arx quæ nascentis relligionis erat.
At nunc grandævus multo fractusq; labore
Absolvit vitæ fata suprema suæ.
Quando senex decies septem & tres vixerat annos,
Jamq; erat ingratum vivere, dulce mori.
Debita si capiti est unquam reverentia cano,
Ille senex certè dignus honore fuit.
Non sibi divitias, sibi non quæsivit honores,
Propositum, Christe ut te celebraret, erat.
Ore stiloq; tuum Christe illustravit honorem.
Detexit Satanæ Pontificumq; dolos.
Errorum tenebras quoq; te ductore fugavit
E templis, cultus restituitq; tuos.
Magnaq; ut hoc fieret subiisse pericula vitæ,
Illum Saxonici littoris ora probat.
Illud testatur patriæ, Pomerania, tellus,
Dania idem meminit Rege beata suo.

In

In qua Evangelij nascentis semina primum
Non parvo sparsit sacra labore suo.
Quanta animi integritas fuerit, probitasq; fidesq;
Quantum doctrinæ cum pietate decus;
Illius hoc semper post fata fatebitur ætas,
Si quis adhuc candor posteritatis erit.
Oderat ex animo cassantes turpia lites,
Et semper pacis mens studiosa fuit.
Ingenij lux recta fuit, verumq; colebat,
Pectore in ipsius non mica fraudis erat.
Justitia nulli, nulli pietate secundus,
Vitaq; non ulla labe notata fuit.
Non læsit quenquam, non obtrectabat amicis,
Protulit ingenio scommata nulla suo.
Non illum tenuit dominandi sæva cupido,
Gloria nec, stultis quæ solet esse comes.
Vir sapiens, gravis & doctus, castumq; pium q.
In quo candoris laus celebranda fuit.
Magnanimus primum Christo auxiliante Lutherum
Ausonij fregit vimq; dolumq; lupi.
Contulit huic mox se Doctor Pomeranus ad ipsum,
Ut citius captum proveheretur opus.
Lux Evangelij est terrarum sparsa per orbem,
Sedulus ut doctas scripsit uterq; libros.
Ceu David Jonathan fidum dilexit amicum,
Sic fuit hos inter non simulatus amor.
Sedibus ætheris vivunt nunc ambo recepti,
Præmia quisq; suo & digna labore capit.

Georgius Cracovius Doctor. F. C.

XIII.

Georgius Major. fil.

EPITHAPHIUM.

GEORGII MAIORIS, filij Reverendi Viri, GEORGII MAIORIS Doctoris Theologiæ:

HAc requiescis humo post fata peracta GEORGI
MAIOR habens clari nomen utrumq; patris.

Præstantis pietate senis, sermone diserti,
Exculti studijs ingenioq; gravis:
Qui similis facie referens, quem pectore, fratres
Ipse tuos natu maximus inter eras.
Quæ puer imbiberas doctrinæ semina Christi
Non sine fruge tui cordis alebat ager.
Cum patre cœlesti cum flamine, numen adorans
Æterno genitum de genitore λόγον.
Te Mediatoris credebas propter honorem
Et data cum precibus λύτρα, placere Deo:
Per Mediatorem vitæ tibi dona perennis
Restitui nôras, non dubitante fide:
Teq; regi sacro consolatore petebas,
Rore salutifero qui pia corda rigat.
Quin & doctus eras: puer utq; vocare solebas
Mitibus ac studijs tempora multa dare.
Sic adolescenti tibi docta volumina Juris
Atq; fori leges discere cura fuit.
Sic in judicijs causisq; forensibus usus
Jam juvenescentis ceperat esse tui.
Adde quod eloquio non es petulanter abusus,
Turpibus os vanum prostituendo reis:
Justitiæ sed amans, veriq; tenax & honesti,
Qua decet hac miseris parte patronus eras.
Ad reliquas laudes accedis & hoc decus, unde
Non minus egregiæ nomina laudis habes.
Te viguit sine labe quod & sine lite marito
Sanctus honor casti certa fidesq; thori.
Fœminea una quater fecit te prole parentem,
Quæ tibi casta Dei contigit uxor ope.
Quinq; sed ut vitæ tribus annis aucta fugacis
Lustra peregisti, vita peracta fugit.
Vita paracta preces fugit, inter & optima verba,
Voce quibus celebras deficiente Deum.
Obrepit placido similis tibi, morsq; sopori:
Nil animæ, corpus præter inane, jacet.

Spiri-

Spiritus æthereâ lætatur in arce superstes
Contuitu CHRISTI colloquioq; fruens.

Decessit 8. Maij, Anno 1558.

XIV.

Georgius & Christophorus Major.

EPITAPHIUM.

Anno 1558. die 8. Maij GEORGIO & CHRISTOPHORO An: sequenti eodem die duob. fratrib. ex hac vita evocatis in his cubiculis dormientib. filijs carissimis. GEORGIUS MAIOR Theol. D. FF.

Hæc sunt ô Nati luctus monumenta Paterni
Quos anni spatio sustulit una dies.
Spemq; senectutis carumq; levamen ademit
Et desiderium liquit inane mihi.
Sed levo spe luctum certa mox affore tempus
Lætior amplexus cum mihi vester erit.

℞

Siste Pater lacrymas nec enim sors nostra dolenda est
Erepti terris vivimus ante Deum
Vivit enim noster devicta morte Redemptor
Qui tribuit vitæ gaudia vera pijs.
Felix hæc anima est morientia membra relinquens
Quæ Christum novit non dubitante fide.

Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me etiamsi mortuus fuerit, vivet.

XV.

Caspar Schultetus.

Urbs jacet ad ripas Istri quæ limitis instar
Separat à Rhætis Norica rura jugis
Hæc tibi nascenti tribuit cunabula CASPAR
Qui de SCHILTELIA nomina stirpe tenes.
Sed cum Leucorea Musis addictus in urbe,
Imbiberes artes cum pietate bonas.
Invidit Patriæ tantum mors pallida lumen,
Et juvenem terris abstulit ante diem.
Nam moreris lenta consumptus viscera tabe,
Ut rosa quæ succo deficiente cadit.

Sed veluti granum Tritici quod creditur arvis
Cum putruit, verno Sole resurgit humo:
Corpora sic terris quæ nunc putredo resolvit
è patulo tollent membra novata Solo.
Vita homini CHRISTUS cui qui confidere novit,
Ille vel in media vivere morte potest.
Hac spe non alia, Nato Monumenta Parentes
Hoc ipso posito constituere loco

Obyt 24. Julij Anno 1558.

XVI.

Gregorius Baro à Lamperg.

EPITAPHIUM.

Genetoso Domino, Domino GREGORIO, BARONI à LAMBERG & Domino in Saustein, Haugsdorf & Manpreis &c. Scriptum à Cognato Domino HENRICO DN. à STARENBERGK & Dn. in Wildberg.

Quem florere vides vides hodiè, cras occidit ille
Quid sumus ah miseri, pulvis & umbra sumus.
Pulvis & umbra sumus, metam properamus ad unam,
Qui bene desierit vivere, salvus erit.
Sic quoq; GREGORIUM lumen vitale reliquit
Qui LAMPERGIACO sanguine natus erat.
Vivus ad ætheream migravit spiritus arcem
Ejus in hoc tumulo molliter ossa cubant.

GREGORIUS BARO à LAMPERG Morituru.

Dum te CHRISTE, sequor, cupiens tua dogmata recte
Discere, & è puris fontibus illa peto.
Tu quoq; me sequeris, medioq; in flore juventæ
Abripis, ut doceas in meliore Schola
Ergo lubens moriar, fiat tua sancta voluntas
Sim semper tecum, perpetuoq; tuus.

Vitus Winshemius Senior.

Distichon in Memoriam obitu.

Ex ista vitæ secessi valle Calendis
Augusti, Salvus vivificante Deo.

1558. d. 1. Augusti.

XVII.

XVII.

Anna Camerar. Rudingeri.

Die. Mem. S.

ANNÆ JOACHIMI CAMER: Pabeperg. f. fœminæ spect. piet. & diligentiæ ingenio præstanti & omni Matronali laude atq; virtute muliebri ornatæ quæ anno M. 4. ante filiolo elato & d. 11. filia una filiola & viro superstit: postquam acerr. morborum cruciatus animo constante pertulerat, perseverans in precibus ardentissimis & religiosis: invocatione filij Dei, seq; ipsam & alios confirmans salutarib. verbis ita felici fine clausit vitam in terris S. An. æt. 30. Conjugij 10. CHRISTI JESU 1558. 16. Cal. Octobr. in hac Urbe Wittenberg. quo venerat cum Marito ESROMO RUDINGERO Pabeperg. Accersito ad doctrinam Acad. publ. cui hic Uxori Carissimæ, deq; S. O. M. extra hoc templum sepultæ in luctu ac mœrore gratus & memor H. M. P. C.

Beati mortui Q. I. D. M.

XIIX.

Johannes Krebs.

Hoc monumentum carissimo suo filio JOHANNI KREBS piè in CHRISTO defuncto hic Witebergæ, die 5 Februarij Anno 1560. honesta & pia matrona APOLLONIA KREBSIN. fieri curavit.

XIX.

Caspar Nimeck.

Anno Domini 1562. post Fest. Omnium Sanctor. die Sabbathi Obijt CASPAR NIMECK cognomento Kelner Civis Witteberg. Anno ætatis suæ 45.

Tetrastichon.

CorporIs eXVItur VInCLo CasparVs. Vt VnDIs
ConDItVr eoVs BaLtheVs ensIferI:
Uxor in extinctum velut ante benigna maritum
Ultima cum lachrimis hæc monumenta dedit.

XX. M.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0515-5 DFG

XX.

M. Johannes Sturio Diaconus.

EPITAPHIUM.

Vivi Reverendi & Clarissimi viri, M. JOHANNIS STURIONIS, fidelis ministri Ecclesiæ Witebergensis.

Urbe Variscorum natus, quæ Curia fertur,
Hic positus tenui STURIO dormit humo.
Ingenium, virtus, pietas, doctrina, fidesq́;
Spectata est urbi Leucoreæq́; Scholæ
Doctrinæ vocem sonuit bis quatuor annos
In templo Sacras jussus obire vices.
Hic fidei ad normam Scripturæ sensa referre,
Et rectè potuit verba secare Dei.
Nec pia libertas, quam poscit lingua docentis,
Facundisvè aberat lucidus ordo sonis.
Arte potens vario naturæq́; abdita scrutans
Ægrotis medicam sæpè ferebat opem.
Integritas candorq́; animi studiumq́; juvandi
Nota fuere alijs: notæ fuere suis.
Deniq́; cum præses studiorum publicus esset,
Sublatum immiti funere Parca tulit.
Sed merita & pietas, qua Christum hominesq́; colebat.
Hunc terris faciunt & superesse polo:

Uxor & Liberi F. F. 1562.

XXI.

Sara Bugenhagia Cracovij.

HEic propè dilectum sunt condita SARA Parentem,
Qui BUGENHAGIJ nomine clarus erat
Exteriore loco templi mea sculpta figura est
Additaq́; ætatis tempora certa meæ.
Quæ fuerit vitæ ratio, quiq́; exitus hujus:
Hæc brevibus numeris significata lege
Per tria CRACOVIO Doctori Lustra Marito
Fida thori consors junctaq́; costa fui.
Ingenio & Sanctis præstabam moribus uxor,
Displicuit caro nec mea forma viro.

Qua-

Quatuor ex illo peperi, CHRISTO auspice, natos.
Ter quoq; fœminea probe beata fui.
Septimus ille labor Lucinæ sustulit ægram
Claudentem in Christi fata suprema fide.
At me non ficto complexus amore Maritus
Constituit luctus hæc monumenta sui.
Tu quisquis transis vitæ, non immemor hujus
Dic, nihil est firmum, perpetuumq; nihil.

XXII.

Melchior Fendius, D.

MELCHIORI FENDIO Viro Clariss. Philosophiæ & Medicinæ Doctori ac Professori eximio, qui natus in urbe Imperiali Rhetiæ inferioris Norlinga, venit in hanc Academiam Anno Christi 1513. atq; in ea docendo & meditando gloriam immortalem consecutus vitam in terris finiit 5. Idus Novem. An. salutis Nostræ 1564. completis Annis vitæ octo & septuaginta, socero Charis. JOHANN HERMANNUS Philosophiæ & Medicinæ Doctor & Professor Gener ingentium beneficiorum memor, quibus ab eo affectus est, hoc monumentum observantiæ erga benemeritum & gratitud. suæ Testif. causa P.

XXIII.

Franciscum Oldenhorst, Hamburgensis.

HÆc Tibi Gambrivia JANUS MOLLERUS in Urbe,
Dum tu Leucorea conditus urbe jaces.
Hæc FRANCISCE tuis monumenta paravimus umbris,
Legitimo Soror est cui tua juncta thoro
Te clarum ingenio clari genuere Parentes
Virtute officijs, Religione fide.
Horum igitur cum tu virtutis semina haberes
Auxisti studijs mor tamen illa bonis.
Utq; forent olim rebus communibus usu
Firmasti exemplis & patris & Patriæ.
Nec tamen hæc summum statuebas esse saluti
Finem quo dici vita beata queat:
Vera tibi virtus sacris è fontibus hausta est,
Quæ credit verbis optime CHRISTE tuis.

Ergo erat hic longe donis majoribus auctus
Quam vel Aristides, vel sacer esse Numa.
Nam lux ipse Patris λόγος hoc in pectore veram
Virtutem accendit, notitiamq; Dei.
Ergo Creatorem venerans & debitor hujus
Transegit castos, & sine labe dies,
Ac ut erat flatus sacri mens vivida sedes,
Sic rexit mores hic sine labe suos.
Hei mihi quæ spes est Patriæ prærepta quod illam
Officijs poterat, req; juvare sua.
Sed melior Cœlum Patria est, ubi luce perenni
Splendidus æterni conspicit ora Dei.
Corpus humi dormit, sociæ dum reddita massæ
Mens sit perpetuis læta futura bonis

Mortuus est FRANCISCUS OLDENHORST Hamburgensis, Calendis Januarij Anno Christi 1565. Ætatis suæ 21.

XXIV.

Johannes Draconites, D.

Qui vatum in foliis Christum & velamine Mosis
Quæsijt, Isacijs fontibus ora lavans,
Luce Draconites clarâ jam conspicit ipsum
Plenius, è vivo sacraq; fonte bibit.

Placidè in Christo obdormivit JOHANN DRACONITES S. Theol. D. die 18. Aprilis Anno 1566. Egressus 72. Ætatis Annum.

XXV.

Canutus Schrammius.

EPITHAPHIUM.

Nobilissimi Adolescentis CANUTI SCHRAMMII, PETRI SCHRAMII, Equitis Aurati Filij.

Qui satus est celebri CANUTUS stirpe Parentum
Quâ Daniæ tractus Scandia nomen habet
Hic lue continuæ febris contumptus, ut ævi
Vix egressus erat bis duo lustra, jacet.

Huic

Huic Pater in Procerum conventu & Corpore regni
Præcipuo positus jura dat æqua loco.
Utilis & belli rebus terraq; mariq;
Auratiq; Equitis Nomina clara gerens
Illustris Regni columen, splendorq; decusq; est
à cujus pendent optima consilijs.
Inq; Mari summam rerum concredidit illi
Rex Daniæ genitor Rex Friderice tuus
Præfectusq; tuæ classi. tibi sæpe probavit
Virtutem, ingenium, fortia corda, fidem.
At Matrem pietas commendat, & ardor honesti
Et morum gravitas, & sine labe pudor.
Hæc quoq; præcipuè Crabborum stirpe creata
Condecorat morum nobilitate genus.
Semina virtutum ducens ab utroq; parente
Angebat studijs filius illa bonis.
Et phyliræ ludum visit, quemq; alluit albis
Nobilis ingenio, moribus, arte, fide.
Jamq; nova intulerat Domui ornamenta paternæ,
Et Patriæ rebus spes nova factus erat.
Cum mors atra tulit juvenem, quem tempore nullo
Passa foret virtus, ingeniumq; mori.
Nunc procul à patria jacet, aspectuq; Parentum
Cui Cœlum patria est, & Pater ipse Deus.
Obijt die ultimo Junij Anno Christi 1566. Ætatis suæ 21.
Canutus Schram Danus.

Mihi vita Christus est, & mors lucrum Phil. 1.

Humi in lapide Sepulchrali.

Natus in Illustri Danorum gente Canutus,
Corporis hic posuit frigida membra sui.
Petrus erat Pater huic cognomine Schrammius, auro
Nobilium insigni condecoratus Eques.
Spiritus angelicis adjunctus cœtibus unà
Exultans grata voce Deum celebrat.
Quemq; fide coluit. Christum precibusq; vocavit,
Nunc coram aspiciens audit & alloquitur.

XXVI.

Elisabetha Palsmanina, Durnhoferi.

CAra Dei requies Hebræo nomine dicta
HELISABE dulci læta quiete fruor.
Torga Solum natale mihi Witeberga sepulcrum
Munia sed templi sacra Maritus obit:
Nomine LAURENTEM referens & pectore firmo,
Qui decio templi ferre negabat opes.
Illi juncta thoro, bis septem puriter annos
egimus, & concors vita duobus erat
Pignoraq; in lucem sexus utriusq; ferebam
Undecimi partus fracta labore sui.
Ut Baptista tuæ referentem nomina Matris:
Sic quoq; sum mores sis imitata fidem
Ergo curarum requies medicina dolorum
Jam mihi mors facta est tu pie Christe Salus.

ELISABETHÆ PALSMANINÆ Torgensi, spectata fide & Matronali virtute fœminæ, quæ cum Marito hujus Ecclesiæ Ministro, in conjugio pio vixit ann. 14. relictis liberis ternis, uno filiolo & filiolis duabus superstit, postquam decies peperisset, undecimo partu fœtus trimestris extinctæ anno ætatis 34. JESU CHRISTI 1567. die 20. Julij & in Domino mortuæ, atq; extra hoc oppidum sepultæ. M. LAURENTIUS DURNHOFER Noribergensis Maritus superstes Conjugi Carissimæ in luctu & mœrore H. M. P. C.

XXVII.

Bartholomæus Vogelius.

Epithaphium honesti & prudentis viri D. BARTHOLOMÆI VOGELII, Bibliopolæ & Senatoris Vitebergensis qui piè obijt Anno Christi 1569. 13. Aprilis qui erat dies Mercurij post festum Paschatos.

Hæc est effigies in imagine BARTHOLOMÆI,
VOGELII & charæ conjugis ac sobolis.
Patria VVolckstenium nascenti præbuit ortum,
Lencoream petijt mox puer inde Scholam.

Impe-

Impedit cursum studiorum angusta facultas,
Mutato est factus Bibliopola statu.
Primus curavit summi monumenta Lutheri,
Sumtibus excudi publica scripta suis.
MARGARIS Uxor erat prior, ex qua pignora septem
Nata statim rapuit mortis avara manus.
Filia Doctoris STELII fuit altera Conjunx
BARBARA, quæ partu pignora quina dedit.
Quindenos annos fuit hac gravis urbe senator
Tutatus leges, cumq; pudore fidem.
At postquam tredecim vivendo lustra peregit,
In Domino clausit fata suprema Deo.
Hæc monumenta viro statuit fidissima Conjunx
Vogeliaq; simul tota propago domus.

XXIIX.

Matthias à Schulenburg.

Epitaphium.

Vera nobilitate, pietate, omni virtutum genere, & eruditione præstantissimi MATTHIÆ à SCHULENBURG, JOACHIMI in Locknitz, Lübenau, Penckun, Liebross, Zybezyn Zauch, &c. Domini & Castrum Westerburg, in Diœcesi Halberstadiensi pignoris jure detinentis filij, Anno Salutiferæ Nativitatis Christi 1569. die Augusti Mensis 7. ad dimidium quadrantem post Sextam horam matutinam, cum ardenti invocatione filij Dei placidè defuncti.

MATTHIA dilecte Deo (nam nomen Ebræis
Sic sonat) hic sacra conditus æde jaces.
Quem SCHULEBURGIACÆ gentis florem invida parca
Heu præmaturo funere mersit humo.
Cum tua te virtus & corpore major, & annis
Evehere in cœlum laudibus inciperet:
Tantus amor superum, tanta observantia legum.
Et vitæ integritas, & sine labe fides.
Ac in judicio candor gravitasq; virilis,
Ac in fronte pudor, mente pudicitia.

Iste non virtutis erat simulatio, & umbra,
Namq; λόγος rexit pectora justa fide.
Ergo Deo dilectus erat pietate paratur
Ante homines pariter gratia & ante Deum.
Si quid erant cera Majorum opulentia, virtus.
Ingenium, probitas, gloria, forma, fides.
Ex his unum aliquod debebat fata morari.
Cuncta tibi in summo quæ micuere gradu.
Nec sola hæc stabant, sed erant decimatus aucta
Præsidijs Sophiæ, notitiaq; Dei.
Omnis enim virtus, omnis sapientia mundi.
Absq; Deo, quamvis magna, inimica Deo est.
Ut pietas rexit vitam sic finit illam,
Ut prece capta fuit sic prece clausa fuit.
Fœlix morte tua es: namq; inter & oscula & ulnas
Christe tuas summi conspicis ora Patris.
Qui natum Patri JOACHIMO vedder, ut olim,
Urbe Naim Natum nostra recepit Anus.

Hodie Michi
Cras Tibi.

Humi in lapide sepulchrali ista leguntur.

MATTHIAS jacet hac magnus Schulinburgus in urna
Qui genus a veteri nobilitate trahit.
Igne sacro flatus lucebat plurima virtus
Quam rexit Christi cognitione fides.
Mens recti veriq; tenax & amica Sacrorum
Integra, labe carens, æqua, pudica, gravis.
Nobilis hic domus vivens ut nobilis esset
Post mortem hic celebri conditus ipse loco est.

XXIX.

Elisabetha Schrammia.

Dicta Dei requies hic ELISABETHA quiescit
Winsiaca ad Viadrum quæ fuit orta domo.
SCHRAMMIUS huic conjunx edi sacra scripta paravit.
Dictus ob id vero nomine Christophorus.

Bis duo lustra sui vivens, post fata mariti,
In viduo mansit relligiosa thoro.
Infantum Medica assistens, uterumq; ferentum,
Casta, gravis, prudens, sedula, larga, pia.
Conjugis ære fuit sedes hæc empta quietis:
Nunc vera ELISABE plena quiete Dei est.
Famam igitur natis, desideriumq; reliquit,
Matronis, terræ membra, animamq; Deo.

1569.

XXX.

Paulus Eberus, D.

D. PAULO EBERO Patri Charissimo qui obiit 4. id Decembr. Anno 1569. 4. Quadr. Ante Hor. 10. Prand. cum vixisset Annos 58. d. 32. Witeb. Fuisset Annos 38. Ecclesiæ hujus Pastor Annos 10. Liberi Mœsti P.

Σωμάτιον Παύλου σαπρὸν ἐνθάδε κεῖται Ἑβήρου,
ὦ πόνος ἦν ποιεῖν χρηστὰ λέγειν τε βρότοις.

—— —— jacet Pauli hic contractum corpus Eberi,
Qui studuit facere & dicere recta alijs.

*Cum præter spem alia atq; alia ad Paulum Eberum spectantia intermissa h. l. sunt, qua propter dimittet Lector ad sequentia signa *.* oculos sub* SSS.

XXXI.

M. Petrus Ezelius, Diaconus.

PETRUS in hac recubat defunctus EZELIUS urna
Vivus in hac Præco ceu fuit æde Dei,
Cui pietas populiq; Salus & gloria Christi
Et curæ ante alios semper egenus erat.
Lustra ministerij tria cum complerat & annum
Dilectus pariter civibus atq; Deo.
Transijt ad superos ubi mente superstes in ævum.
Gaudia quæ docuit viva, beatus habet.

Placidè decessit anno suæ 42. Calendar. Maij Anno 1570.

Uxor & Liberi FF.

XXXII.

M. Sebastian Froschelius Archidiaconus.

Hoc sita FROSCHELII recubant senis ossa sepulchro
Qui docuit cætus ter tria lustra pios.

Et

Et vitæ ſeptem atq; octo prope luſtra peregit
Deq; fide & CHRISTO publica ſcripta dedit.
Mortuus in Domino hic quod erat mortale reliquit
Viveret ut melior pars meliore loco.
Sancta ubi ſemper habent animæ commercia lætæ
Cum CHRISTO, vivis agminibusq; patrum.
Anno CHRISTI 1570. die 20. Decembr. M. SEBASTIANUS FROSCHEL Ambergenſis, cùm fideliter huic Eccleſiæ per annos 45. Diaconi loco inſerviiſſet ex hac mortali vita piè deceſſit.

XXXIII.

Thomas Heylinger.

Qui gravis & prudens hujus tulit Urbis habenas
Hic Heilingeri Conſulis oſſa jacent.
Nil magis optavit quam civibus eſſe ſaluti,
Conſilio varijs præveniente malis.
Verum ubi ſex decies & ſex exegerat annos,
Particulam tellus poſcit & æthra ſuam.
Omnis homo cinis areſcens & cæra liqueſcens
Flos levis, umbra fugax, bulla caduca, nihil.

I. M. D.

Mortuus 27. Aprilis 1571.

XXXIV.

Marcus Hohenfelderi.

Oſſa arida audite verbum Domini, hæc dicit Dominus Deus oſſibus his, Ecce ego intromittam in vos Spiritum & vivetis Ezech. 37.

Ut tener è viridi flos pendens decidit ulmo
Imbris ubi validi vis inimica ruit:
Haud ſecus in primo vernantis flore juventæ
MARCUS Pieridum ſpesq; decusq; cadit.
Hic HOHENFELDRORUM generoſo ſtemmate natus
Magna ſoli Auſtriaci fama futurus erat.
Verùm aliter viſum eſt Domino qui cuncta gubernat,
Cujus ad arbitrium vitaq; morsq; venit.

Flos

Flos ergò cecidit: Sed rursum surget in altum
Afflatu tactus vivificante Dei.
O quam læta dies quo corpus & ossa virescent
Arida quæ succo nunc pereunte jacent.
Tunc vivent iterum mens & caro juncta per ævum
Sentiet & cœli gaudia totus homo.
In Christo vita est: didicit qui fidere Christo,
Hic etiam in media vivere morte potest.

Vitam in terris suam clausit 4. Nonas Maij Anno 1571.

***

REverendus & clarissimus Vir Dominus PAULUS EBERUS Sacræ Theologiæ Doctor & Professor, natus in urbe Franciæ Kittinga honestis Parentibus Anno Christi 1511. d. 8. Novembris, infelici quodam casu equo excussus, & ab illo longè lateq; raptatus corporis decus, staturam ac robur amisit puer, anno Christi 1524. ætatis tredecimo; vidit anno sequenti tristem Patriæ calamitatem, ortam à seditiosissimis multibus rusticorum, tota passim Germania commotorum postea Noribergâ audito aliquandiu viro Clarissimo D. Joachimo Camerario, & jactis eruditionis solidæ fundamentis felicissimis, venit in hanc Academiam Anno Christi 1532 ætatis 21. ubi diligentia & assiduitate summa audivit annos quatuordecim Lutherum & Philippum & ut erat ingenio & doctrinarum avido & capaci, & ad summa omnia facto, intra hoc tempus cognitis omnibus Philosophiæ partibus, sic enitere atq; inclarescere cæpit, ut anno 1544. in senatum Professorum cooptaretur ac præcipuam in docendo laudem omnium testimonio demereretur. Vidit & hujus Academiæ & oppidi calamitates & liberationes Anno 1547. & obsidionem animo excelso & magno partulit. Anno vero 1558. propter pietatem, doctrinam, prudentiam & fidem excellentem, consentientibus Academiæ & Senatus Oppidani suffragijs, ad gubernationem Ecclesiæ in hoc Oppido vocatus, & gravissimo judicio Illustrissimi & inclyti Principis & Domini, Domini Augusti Saxoniæ Ducis & Septemviri munere illo judi-

catus est dignissimus cui præfuit viligantia, sollicitudine & fide summa. & quidem in ter manifesta & illustria præsentiæ ac benedictionis divinæ testimonia annos undecim. adhibitus inspectioni Ecclesiarum in his regionibus, colloquijs item & Synodis Ecclesiasticis aliquot, inquibus præcipuè prudentia, virtus, pietas, fides & integritas ejus perpetua enituit, eumq; charum fecit Principi, Academiæ, Ecclesiæ, & bonis ubiq; universis. Anno autem 1569. die 10. Decembris, ætatis 58. fractu non tàm ætate, quàm dolore, quem ex disfidijs Ecclesiastic percipiebat acerbissimum, & domestica postremi illius ani sui calamitate, cum paulò ante tria familiæ suæ funera extuli set, in quibus & Conjugis fuit HELENÆ KUTNERINÆ, quàm d lexit tenerrimis in ardenti Dei invocatione placidissimè d. scessit, prospiciens ac præsagiens animo mutationes tristes, quæ non multò post in hac Schola evenerunt: Huic de quatuor denis liberis superstites duo filij, & duæ natæ, ut Patri suavissimo & charissimo, gratitudinis & pietatis ergò monumentum hoc suo sumptu fieri curarunt.

XXXV.

Abdias Prætorius.

Epitaphium Reverendi & Clariss. Viri Dn. ABDIÆ PRÆTORII Soltquellensis, Witebergæ piæ defuncti 9. die Januarij Anno 1573. Anno vero ætatis suæ 49.

QUO duce Francfurti quondam præclara fuerunt
Cis Viadrum celebris docta lycea scholæ:
Ejus in hoc tumulo jam mollior ossa quiescunt,
Mens subijt superæ templa beata domus.
Scire cupis quisnam fuerit Prætorius ille,
Cui vivo Abdiæ nomen & omen erat.
Pugnando veræ pro religionis amore
Non metuit curas sustinuisse graves.
Ingenio quanto linguas vulgaverit, hujus
Aurea testantur publica scripta viri.
Ergo volvetur donec vertigine cælum,
Perpetuo illius fama superstes erit.

XXXVI.

XXXVI.

Margarita Majorina.

DIC. MEM. S.

MARGARITÆ MAIORINÆ. Drachſtadiæ fœminæ opt. quæ Matronali laude & virtute præſtans in Conjugio pio cum Marito FRIDERICO DRACHSTADIO &c. Vixit an 20. octonorum liberorum Mater, ex quibus quaternos. Reliquit ſuperſtites. cumq; vixiſſet annos 40. Menſes, 7. d. 9. H. 6. in fide ſancta diem ſuum obijt. Ann. Jeſu Chriſti 1573. Tert. Cal. Febr. cui in area æis hujus ſepultæ maritus Fr. DRACHSTADIUS uxori chariſs. in luctu & mœrore hoc mon. poſ.

XXXVII.

Fridricus Drachſtadt.

Viri clariſſimi & Conſultiſſimi D. FRIDERICI DRACHSTETS. Conſiſtorij Electoralis Eccleſiaſt. Wittebergæ Aſſeſſoris Ordinarij: ibidem ſcabinatus & judicij aulici ſupremi Saxonici Protonotarij ad annos 48 digniſſimi 8. die Maij. Anno ſeculari 1600. cum vixiſſet annos 71 piè defuncti.

Veni Domine Jeſu Chriſte, veni & noli tardare. oviculæ certè tuæ nos ſumus ſanguine tuo redemptæ de tuis humeris nos pendentes in æterna gaudia tecum transferto.

Hac Fridrice Dracoſtadij grandæve ſub urna
Mortuus in Chriſto contumulate jaces.
Poſtquam magnorum proavorum ſtemmate claro
Et virtute tua nobilitatus eras.
Poſtquam Conſilijs prudentibus optima quæq;
Curaſti Ducibus Saxonicisq; dijs
Ut te aſſeſſorem ſacra Conſiſtoria haberent
Ob tenſu eximium judicioq; gravem.
Ut te ſincerum Cultorem Eccleſiæ Chriſti,
Foverit in gremio ſanctificata ſuo.
O quam dulce cubas corpus quam dulce quieſcis
Expectans alios qui ſine fine dies.
Illic æterno ſplendore ornaberis illic
Incipies vitæ participare novæ.

Qualem non oculus vidit non audijt auris
Qualis spe nobis, re tibi lata datur.

Margaretha Majorin — Frider. Drachst. — Maria Stetnerin.

XXXIIX.

M. Martinus Salbach.

EPITAPHIUM.

Reverendi & Clariss. viri M. MARTINI SALBACHII Wittebergensis, piè defuncti 31. Julij Anno Christi 1573. Anno ætatis suæ 37.

Hic sua MARTINUS posuit SALBACHIUS ossa,
Divinis in Patria præco ministerijs.
Artibus & lingvis & docto carmine præstans
Civibus & doctis carus amicitia.
Quod Studium veri cum pace quietus amavit,
Confessus pura Religione fidem.
Nunc Christi merito vitæ promissa beatæ
Salvus in æterna præmia luce capit.

Katharina Freindin Conjunx P. C.

XXXIX.

Anna Hetzerina.

Monumentum hoc poni curaverunt cognati honestissimæ Matronæ, ANNÆ HETZERINÆ Torgensis, Conjugis viri prudentissimi CHRISTOPHORI NIMECII Consulis, Anno 1573. die 18. Maij pie defunctæ.

Abdita dum venis inquirens æra profundis
Pannona CHRISTOPHORUS rura NIMECIUS adit.
Disjunctus à cara consorte, & Leucoris urbe,
Externo posuit membra caduca solo.
Felix si fasces & certa negotia vitæ
Gessisset sorti non aliena suæ
Namq; & jura suis norat dare civibus æqua,
Ac omni in vitæ parte modestus erat.
Sed sum est cunctis error, certisq; relictis
Interdum dubiæ mentes sequuntur opes,

Casta

Castadomi interea rem fecit & Anna mariti
Sustinuit casus sorte fide q; sua.
Viventiq; Dei templum mens credula Christo,
Mansit in officio firma tenaxq; suo.
Namq; pios motus accendit munere verbi,
Qui patrio & nati numine flatus abit.
Utq; suam vitam ad norma rationis inivit
Illustre exemplar conjugis instar habens.
Sic Christi meritis innitens clausit eandem,
Et mentem cœlo reddidit, ossa solo.
Sed cineri comites junctæ probitasq; pudorq;
Quoq; DEum atq; homines jungit amore fides.
Communem hic reditum expectant in lumina vitæ,
Dissita nunc cœlum corpora junget idem.

XL.

Johann. Abrah. à Bernstein.

JOHANNES ABRAHAMUS à BERNSTEIN, Viri Nobilitate, generis atque virtute præstantis IOHANNIS CHRISTOFORI à BERNSTEIN, in Porten filius. Nascitur ex ELISABETHA HIRSFELDIA, Domi Paternæ Decembris D. 3. Anno 1563. Mittitur à Parentibus Anno nono ætatis cum fratre IOHANNE SIGISMUNDO, liberalium artium discendi gratia in Lipsensem Academiam, ubi fermè biennium fideli ac diligenti M. REINERI REINECCII, Præceptoris sui institutione usus, cum iisdem Witebergam proficiscitur, cum nondum annum integrum egisset placida morte obiit in ædibus D. CASPARI Crucigeri. Februarij D. 19. Anno 1575.

XLI.

Casparus Eberhardi. D.

CASPAR EBERHARDI, Schneidebergensis Sacræ Theologiæ Doctor & Professor Pastor Ecclesiæ Witebergensis verbi divini ac Lutheranæ doctrinæ defensor constantissimus obiit 21. Octobr. anno 1575. cum vixisset annos 52. Scholas vero & Ecclesias rexisset an. 30.

Saxonicas cum Dux regeret Fridericus habenas,
Vindice quo cecidit fraus scelerata Papa,

Natales hausit niveis in montibus auras.
Et Christo in sacro nomina fonte dedi.
In regnum ut subiit Janus, Confessio sub quo
Tradita Dive tibi Carole sacra fuit:
Obtulit Aonidum castris me cura parentum.
Et verbo agnovi salvificante DEum.
Tempore quo invictus fidei constantibus ausis,
Vernerat patria, Jan-Friderice, parens:
Pierio ingeniosa choro me turba cooptavit,
Ingenio fuisse liberiore frui.
Inde ubi Mauritius terror Regumq; Ducumq;
Imperij ferret sceptra potente manu;
Nomen honorificum accepi titulumq; Magistri,
Cum posita est capiti laurea prima meo.
Felices tandem cum pace superstite gentes
Augusto exciperent aurea sicla Duce.
Fructum etiam merito pro mille laboribus hausi,
Et fuisse nostris purpura honesta comis.
Hoc vivo moriorq; libens sub vindice verbi
Salvifici, ac Christo spes mea fixa Deo est.
Saxonicam aeternum serventq; pia Numina stirpem,
O Auguste, DEus te, sobolemq; tegat.

LXII.

Carolus à Schleinitz, Lib. Baro.

Ut tener è viridi flos pendens decidit ulmo
Imbris ubi validi vis inimica ruit.
Haud secus in primo vernantis flore juventæ
CAROLUS aonidum spesq; decusq; cadit.
Hic de SCHLEINIZIA prognatus gente Baronum
Magna sui generis fama futurus erat
Verùm aliter visum est CHRISTO quem totus amavit
Cujus ad arbitrium vivimus & morimur.

XLIII.

Georgius Schweickerus.

Hoc Monumentum clarissimo Fratri suo erudito & honesto Adolescenti Domino GEORGIO SCHWEICKERO, piè in

in CHRISTO anno θεόγονίας 1581. die 24. apr. qui fuit D. Georgio sacer, hic Wittebergæ defuncto: humanissimus & doctissimus Vir D. ANTONIUS SCHWEICKER Medicinæ Candidatus Poni Curavit.

Quisquis ades, Tabulæ ne sic mirere colores
SCHWEICKERI studiis ut moveare parum:
Hujus ad Exemplum Patrios tempsisse Penates
Discito divitias spernere disce puer
Hic tibi vel Juvenis, verum pietatis imago
Hunc sequere in studiis sedulitate tuis.
Atquè ita SCHWEICKERO veluti tibi dextera sedes
Athereas sortem Judicis urna dabit.

XLIV.

Hermannus Winterkamp.

Obiit HERMANNUS WINTERKAMPIUS, Lubecensis 12. die Aprilis Anno reparatæ sal 1582. cum vixisset annos 17. Mens. 7 dies 12. annis dignus Nestoriis.

HERMANNUM, cui nomen hyems cum pectine fecit.
Urbs Lubece dedit, Leucoris ora capit.
Copia doctrinæ, & virtus maturior annis
Persuasit morti, ut crederes esse senem.

XLV.

Nicol. Seidlitz. Nobil.

NICOLEOS jacet hic raptus sub flore juventæ
SEIDLICIA ducens Nobile stemma domo.
Leucorei cultor Ludi translatus ad astra,
Doctoris Christi pendet ab ore sacro.
Quisquis mente inhiat ad commercia vitæ
Tædia præsentis spemq; sequentis habet.

Obiit 15. Septembr. Anno 1582. ætatis suæ 30.

XLVI.

Gregorius Matthæus.

Amplissimi & prudentissimi Viri, Dn. GREGORII MATTHÆI, Illustrissimorum Ducum Monsterberg. in Silesia an. 6. Consil & oppidi Witeberg. an. 28. Senatoris & 15. an. Consul Syndiciq; an. ætatis suæ 61. Christi verò 1584. Cal. Octob. piè mortui, conjunx & liberi mæstiss. H. M. P. C.

Anti-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0531-4
DFG

Antique hic fidei & virtutis imago, sepulchrum
MATTHÆUS fatis lege peremtus, habet.
Consulis obtinuit laudabile munus, & æqua.
Jura dabat civi Leucoris alma tuo.
Notitiam legum studiis cœlestibus auxit:
Desipit, æthereas qui sine luce sapit.
Fruge fidem ornavit: testificatur egena
Turba querens patrem jam cecidisse suum.
Ergò olim Christo redeunte æterna capesset
Præmia. Nam cœli sideris instar erit.
Talia non illis fas est sperare. DEorum
Qui dona in fraudes perniciemq; locant.

M. B. M. N.

XLVII.

Johannes à Zettritz.

Ego sum vita veritas & vita.

Diem suum placidè in Christo obiit Witteberge, Nobilis IOHANNES à ZETTERIZ. & Neihausen de Waldenburg Silesius. 9. Die mensis Iulij An. 1585.

XLIIX.

Vitus Winshemius, D.

Dominus VITUS ORTEL WINSHEMIUS, Pater Medicæ Artis Doctor & Græcæ Linguæ Profess. P. de hac Academia opt. meritus pie in Christo obiit An. Domini 1570. 3. Non. Januar.

Exprimit hæc Vitum patrem natumq; tabella,
Et patre Pontano, Stymphelioq; satum.
Quarum quæ prior est lecto conjuncta pudico,
Ante diem sine spe prolis adempta fuit.
Quæ fato in vacuum successerat Anna cubile,
Auxit Vitæ suum sorte ferace genus.
Sex nati superant Christoq; tegente supersint,
Et patrias artes officiumq; colant.
Parca duas natas & natum sustulit unum.
Fila quibus vitæ non diuturna dedit.
Exuxta matris curam levat Anna parentis,
Nam matrem in natæ moribus esse videt.

Nomen

Nomen Wittebemiis patrum virtute paratum
Et partu matris, nescit in orbe mori.

XLIX.

David Voitus. D.

Vir Reverendus & Clarisſ Dn. DAVID VOITUS, SS Theolog. Doctor & Professor Publicus, Ecclesiæ Wittebergensis Pastor & Elect. Saxon. Superintendens, in Domino obdormivit anno 1589. die 26. Novembr paulo ante horam 4. matutin. cum ad complendum ætatis Annum 60. Menses duo deessent.

L.

Thomas Calixtus.

THOMÆ CALIXTI, Schmelen. Viri ornatissimi & spectatissimi, Juris Consulti præstantissimi, de tota Patria optimè meriti, qui piè obiit Anno 1591. Decembris die 9. hora 7. matutina, cum vixisset annos 68. in matrimonio cum honestiss. & castiss. matrona

Norma boni DEus est solus: lex sanctio sacra
Lege vigente DEI lex sacra sartamanet.
Sic quia dispensat cunctis sua jura CALIXTUS
In Christum credens jura salutis habet.

LI.

Salomon Albertus.

SALOMON ALBERTUS, Septemviralis in Aula Dresdensi Medicus.

In grariam suorum exspectantium beatam illam spem & illustrem illum adventum gloriæ magni illius DEI & Servatoris nostri JESU CHRISTI hoc Monim. ff.

Hic posuit SALOMON ALBERTUS, quatuor umbras:
Uxorem, Matrem, Filiosq; duos
Surgere nemo potest divinæ lucis ad auram,
Qui non mortali ponitur umbra solo.

LII.

Johannes Richardus.

JOHANNES, CHRISTOPHORI RICHARDI, Notar. Publ. in Sup. Lusatia. filius, Stud, & nota publ. moritur

anno Christo 1594. Mense Maji die 16 Anno ætatis 29. Budisini natus anno Christi 1565. M. XB. die 5. in hac Urbe vita functus.

CHRISTE tua vitam mihi morte & funere fœnus,
Reddis proq; solo est nunc polus illa salus.
Illa salus vera est, tibi mens mea reddita: reddes
Sic aliquando meis meq; meosq; mihi.

IOHANNES RICHARDUS, obiit bis quinta nitente
Post nonas Maij lux ut in orbe rubet.

LIII.

Fridericus Tilemannus, D.

HÆc Tilemannus habet vacui cavæ panda sepulchri,
Sed cava non omnis hac Tilemannus habet.*
Omnis & humani simul hinc miracula sensus
Ad latus exuvias deposuere suas.
Naturæ Sophos & varia pallentia linguæ,
Et non exhausta gurges in historia.
Et legum ac jurum vigor aureus, osq; venustum
Quod Charites dignis expoliere suis.
Et pietas, & prisca fides, & quicquid honestum,
Heu quam non magno funere quanta jacent.
Hic lapis est durus, mors dura est, durus & ipse es,
Qui potes hinc siccis lector abire genis.

Obiit Anno Christi 1598 die 9. Junij cum vixisset annos 29. Menses. 3.

A. A. M. M

Mihi vero sufficit Domine emoriar ut συντέλειαν ἐχούσῃ prehendam.

LIV.

Jeremias Neve.

D. I. M. M. S.

Dotibus ingenii præstans & stirpis avitæ
Patriq; meritis clarus atq; patrui.
Quos Asclepiadis Germania protulit ambos
E lateralis septimusq; fratribus.
Quorum de numero Themidis Respublica, quinos
Binosq; laudat assecias apollinis:

JE-

JEREMIAS tumulo situs est hoc NÆVIUS actæ
Ætatis ab quarta suæ vix ennade.
Heu breve vita bonum: summis quam rara senectus
Truncante fila prorogatur Atropo.
Majorum negat æs titulos ac ferre sepulti
Terra ossa condidit, fama servat gloriam.

Wittebergæ Anno ab O R. 1598 D. 2. M. Decembr. Iulian. circa hor. 8. vespert. C. V. Anno 36. Mens. 4. min. dieb 3. Nat. Anno 1562. D. 5. Mens. Augu H. 8. pom. JEREMIÆ NÆVIO. Dresden. I. V. perito Fratri cariss. memoriæ ergo Frs. & Srs. Superst.

H. M. P. P.

LV.

Georgius à Miltitz. Nobil.

In obitum cum virtutis & doctrinæ tum Generis Nobilitate conspicui Adolescentis GEORGII à MILTITZ, piè defuncti Witebergæ 14 Martij anno 1600. ætat 17.

O vitam invitam! o spem exspem! sortemq; gemendam
O fata tristia! commoda atq; incommoda.
Vita fugax hominum est, volucriq; simillima somno
Et omnibus breve est, & irreparabile.
Tempus: purpureum florem mors atra juventæ
Carpit, senectam demetitq; marcidam.
Mente vigescentem rarâ gente atq; vigentem
Cara (heu) dies Speculum juventæ atra abstulit.
MILTIZIUM morale: decus Patriæq; perenne;
Alter mihi hoc non carior; non rarior.
At citius moriens, citius, petit ætheris aulam
Elysium & ipse cum beatis incolit
Christicolis; præmisse haud periisse putetis,
Et cum Deo tenere regna cælica.

LVI.

Ægidius Hunnius, D.

ÆGIDII HUNNII. Theol. D. & in Academiis Marpurg. per ann. 16. Witeb. 11. Professoris Ecclesiæ hujus Pastoris & in Elect. Saxon. Superintend. corpus sub hoc tumulo sepultum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0535-7

est qui natus ann. Christi 1550. die 21. Decembr. piè in Domino ann. Salvatoris 1553. die 4 Aprilis obdormivit cum vixisset ann 52. Menses 3. dies 14.

LVII.

Lucæ Cranach.

Memoriæ & Spei æternæ.

LUCÆ CRANACI, Lucæ illius Germani Apellis F. ingenio & arte æmuli. Natus fuit Wittebergæ 4. Non. Octobr. ann. Christi 1515. inter Cives Reipub. hujus primarius & tandem etiam Consul. fide, Auctoritate, Comitate item & liberalitate eximius Concordiæ, si alius quisquam, semper studiosus: Adsertor Religionis constantissimus viva imago seculi sui, hoc est LUTHERANI quod habuit mortale, deposuit, die Conversionis, Pauli, quam historiam extremum etiam artis suæ specimen reliquit anno 1586. Hæredes fieri fecerunt.

LIX.

Barbara & Magdalena.

Memoriæ & pietati!

BARBARÆ & MADALENÆ, CRANACHIARUM, quarum illa GEORGII PONTANI, Elect. Saxon. Cancellarij è LUCÆ CRANACHIO, secundo nupsit anno 1541. quatuor Liberorum Mater, ex quibus unus, Patri cognominis superstes obiit 10. Febr. ann 1550. Altera AUGUSTINI SCHURFFII, Profess. Witteb. & Elect. Sax. Medici F. nata ann. 1520. 11. Aug. 19. Nupsit anno 1551. Marita ann. 33. peperit filios duos, tres filias quarum una ELISABETHA Matri superstes POLYCARPO LYSERO, Elect. Sax. & Acad. Theolog. Primario nupserat. Nepotes reliquit plurimos pronepotes quinq; vidua ipsos 20. annos 4. Non. Ian. animam Christo Servatori reddidit ann. 1606. Hæredes poni curarunt.

LIX.

Georgius Milius, D.

Hic situs est GEORGIUS MYLIUS, S. Theolog D. Ecclesiarum Elector Sax. Superintendens Generalis & Academiæ Witteb. Professor (quondam etiam Jenens.) Primarius autoritate, constantia, zelo, pietatis, Eloquentia admirabilis hostium

hostium Christianæ Religionis terror Magni Lutheri spiritu & veritate Magnus Discipulus cum luctu & desiderio bonorum omnium Mortalitati ereptus ætatis suæ An. 59. Christiano 1607. cui Heredes hoc quicquid est è Saxo Monumentum P. C.

LX.

Samuel Selfisch.

Deo Sacrum.

Vir integerrimus & prudentissimus Dn. SAMUEL SELFISCH Bibliopola, hujusq; urbis per 46. annos Senator & Consul optimè meritus. Natus est Erfurdiæ Anno 1629. pridie Martini Patre JOHANNE & Matre CATHARINA Wetzenstorum. Contraxit Matrimonium cum MARIA RUHELIA Anno 1557. die 20. Januarij, ex qua 12. procreavit liberos; eaq; defuncta, denuò sibi junxit MARGARETHAM RUBINIAM Anno 1583. Mense Novembri, duarum filiarum factam Matrem. Denatus est die 8. Januarij Anno 1615. cum vixisset annos 85. Mensem 1. Dies 25. Sex liberis defunctis, ex utroq; Conjugio filios & filias reliquit superstites 8. viditq; vivens Nepotes 72. Pronepotes 14 atq; in universum à 123. liberis, Nepotibus, Generis & Nuribus; Pater, Avus, Proavus, Socer & Prosocer fuit salutatus. Ejus Memoriæ hoc Monumentum, Hæredes superstites posuere; cujus anima sit in benedictione.

LXI.

Fridericus Balduinus, D.

Deo opt. Max. & Æternæ Memoriæ FRIDERICI BALDUINI S.S. Theol. D. & Prof. Publ. ut & Ecclesiæ Hujus Antistitis Viri vere Apostolici & non nisi cum Maximis laudibus nominandi usq; adeo ipsum absoluta eruditio summa pietas inusitata vitæ innocentia Morumq; supra seculi captum probitas admirabilem omnibus fecerant & Maximorum Theologorum Gloriæ æquarant Sophia Barvvasserа Filijq; superstites amissione desideratissimi conjugis Patris indulgentissimi bene meritissimi quotidiana ejulatione Damnati S. P. Natus est Dresdæ Ann. 1575. d. 17. Novembr. obiit Witebergæ

Ann 1627. die 1. Maij, quum 12. Annos Theologiam in hac Academia docuisset publice 20. Annos rexisset Ecclesiam.

O mors quantum virum extinxisti!

Sed bene habet.

Virtus Balduini immortalis est.

LXII.

Lucas Becmannus, D.

LUCÆ BECMANNO J.U.D. Sereniſſimi Electoris Saxoniæ & aliorum S. Imperij Principum Consiliario Professori Publico in hac Academia & tam Ecclesiastici quam secularis Consistorij Assessori, qui natus Hamburgi 1570. Mense Decembr. Witebergæ cum per Annos 26. Jurisprudentiæ studia doctrina publica illustrasset non sine multorum desiderio & lacrimis Anno 1624. d. 7. Febr. obiit Hered. hoc mon. P.C.

LXIII.

Johannes Lentz.

D. O. M. S.

JOHANNES LENTZ Vir Consultiſſimus, Consul hujus Urbis Patriæ suæ ampliſſimus Curiæ Electoral. Advocatus integerrimus, Theatrum orbis ingreditur d. 21. Februar. Anno 1565. pietatem, juris scientiam, experientiam, fidem, candorem deq; Repub. Urbica bene merendi Studium bonis omnibus approbat non uni vero desideratus egreditur 19. Julij Anno 1627.

Parenti suo ut quam de se optime merito, ita heu quondam longè amantiſſimo, Liberi mœstiſſimi quicquid hoc Monumenti.

Apocal. XIV.

Beati Mortui qui in Domino moriuntur à modò, jam dicit Spiritus ut requiescant à laboribus suis. Opera enim sequuntur illos.

LXIV.

Barbaræ Summiæ Joh. Lentzij.

Triuno Sacrum

BARBARA SUMMIA Uxor Viri Ampliſſimi JOHANNIS LENTZ Consulis Wittenberg, Matrona honestiſſima cui & veritas

veritas & vicinitas nullam non sequioris sexus virtutem adscribebant. Nata Ann. 1565. in Matrimonium elocata An. 1589. Denata Ann. 1624. Mortale quicquid circumtulit incertam resurrectionis spem hic deposuit magno sui & Marito & Liberis desiderio relicto

Genetrici dulcissimæ optimè meritæ pietatis & gratitudinis hoc monumentum Liberi superstites P. C.

Job. XIX.

Scio quod Redemptor meus vivit & in novissimo die de terra surrecturus sum.

LXV.

Fridricus Venus.

Defunctus Vir Nobilis. Strenuus & Magnus FRIDRICUS VENUS von Graupen, Witebergensis Castri Præfectus. Ipse loquitur:

Hic galeam atq; ensem salvumq; hastile relinquo
Expugnanda armis terra, sed astra fide.
Hæc sequitur plures quos bello nactus honores
Quæ cœlo restat, gloria sola manet

Natus anno Christi 1566. die Dom. Palmarum Anno Christi 1634. d. 1. Octobr. Mortuus & 9. hujus Sepultus hic Witteb. anno ætatis suæ 69.

LXVI.

Paulus Roberus.

PAULUS ROBERUS S.S. Theol. Doct. & Profes. Publ. nec non ejusdem Facult. Senior, Consistorij Ecclesiastici Assessor, Pastor Wittenbergens. Ecclesiæ, Cæterarumq; in Territorio Electorali Superintendens Generalis.

Hic situs est,

Qui pro uberrimi Ingenij capacitate præter divinarum literarum scientiam, eruditarum Linguarum varietatem non modo; sed omnemprope modum liberales artes complexus animo. Poetæ, Musici, Methematici, nec non Historici Philosophiq; laudes Æquaverat.

Natus est Wurcenæ Misniæ oppido ad d. 6. Februarij Anno Christi 1587. decessit Wittenbergæ ad d. 18. M. Martij. an. 1651.

cum

cum vixisset Annos 64 Ecclesijs Præfuisset 37. in Academia docuisset 24. publice, pietate, modestia, humanitate & innocentia maxime clarus.

MARIA HAHNIA & Tres de senis superstites Liberi, Marito Parentiq; optimo, sanctissimo, desideratissimo cum infinitis Lacrimis P.C.

In Imaginem in Templo positam.

Qui legis hos vultus, Tarsensem concipe Paulum.
Cumq; hoc divorum lumina cuncta Patrum:
Sic tibi ROBERUS. fidei succurret imago,
Et pariter vitæ regula justa piæ.

Sanctæ memoriæ benemeritissimi præsulis.

F.

Johannes Ericus Ostermannus P. P.

LXVII.

Bogislaus Fabricius.

SEPULCHRUM.

Dn. BOGISLAI FABRICII Philos. & Theol. Studiosi, qui natus est Stetini Pomera. 6. Octobris Anno 1633. Denatus vero Witebergæ 13. Novembris Anno 1651. Humatus tandem 7. Decembr. Anno jam dicto.

Phil. I.

Christus mihi vita Mors mihi lucrum.

LXIIX.

Dorothea Sophia Lenzia.

Christo Servatori S.

&

Bonæ Memoriæ.

DOROTHEÆ SOPHIÆ STRAUCHIÆ. Lenzijs avis Consularibus Parentibus Cancellariatu claris, in admirationem juxta & exemplum sexus natæ in qua altitudo mentis cum pari modestia, prudentia cum sanctitate cum comitate gravitas, ita semper certarunt, ut soli pietati æquitatiq; ejus cuncta decederent. Nata est Quedlinburgi d. 14. Maij An. 1621. Expiravit à novissimo Puerperio ad d. 8. ejusd. Mens. An. 1655. Senum liberum Mater trium in Mascula stirpe totidem in altera.

Augu-

Augustinus Strauchius, Antecessor Ordinarius, Consiliarius & inpræsenti Legatus Saxonicus, Maritus superstes incomparabili Conjugi, Juctu ac desiderio æterno confusus.

H. M. F. C.

INSCRIPTIONES

Quæ

In Cœmiterio Templi Parochialis reperiuntur.

LXIX.

Ursula à Bernitz.

Anno 1537. Mens Octobri die 26. exempta est rebus humanis Ursula à Bernitz, gravida uxor Ambrosii, quæ optimè præparata & contumulata ad mort. p. m. fide Jesu Christi cum maxima laude & fortitudine decessit.

Hoc tumulo mœstus posuit tua frigida membra
Ambrosius Conjunx Ursula casta tuus.
Et Christum, magna quem tu pietate colebas,
Ut tibi det cœli gaudia vera, rogat:
Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale.

LXX.

Margarides Metia.

Qui credit in Filium, habet vitam æternam Anno 1538.

Ipse Jubes ad te pueros ô Christe venire,
Atq; hos perpetua morte perire negas.
Hac spe Margaridos posuere hic ossa parentes,
Nobilis ex Metia, quæ sata gente fuit.
Et tibi qui gemitus audis ac vota piorum,
Commendant natam maxime Christe suam.

LXXI.

Hagna Schurffia.

Hic Augustini Schurffii, castissima Conjunx
Condita cum natis bis tribus, Hagna jacet
Quæ quoniam toto te pectore, Christe colebat;
Concedas animæ gaudia vera piæ.
Obiit 27. Januarij, 40.

LXXII.

Barbara Marschalckin.

Anno Domini 1541. Undecima Februarij, obijt BARBARA MARSCHALKIN à Biberstein, Uxor Doctoris Melchioris Kling Juris Consulti.

LXXIII.

Augustinus Schurffius, D.

HIc Augustini conduntur frigida membra,
Cognomen Schurffi nobile cujus erat.
Qui Medicus multis aliis præstantior unus,
Ingenio pollens, arte, fideq; fuit.
Pectus erat sapiens & publica commoda curans,
Multum igitur toti profuit ipse Scholæ.
Et quia cognovit cælestia munera Christi,
Justificâ coluit te Deus alme fide.
Corpore at hic posito, quod spe votisq; petebat,
In cœlo fruitur mens bonitate Dei.

Decessit Anno 1542. die 9. Maij.

LXXIV.

Elisabetha Karpenführerin.

Hicpia Matthiæ Conjunx est Condita Elisa
Qui meruit nomen Carpophori officijs.
Ipsius mores capi, & sine labe fuerunt,
Justifica coluit te quoq; Christe fide.

Decessit Anno 1549. die 22. Augusti.

LXXV.

Johan. Nicrus, famulus Philip. Melanchthonis.

Johannes Patrij Nicri discessit ab undis
Huc accersitus voce Philippe tua.
Quem comes exilij juvit precibusq; fideq;
Nam vere gnato credidit ille Dei.
Ipsius hic Dominus sepelivit corpus inane
Vivit conspectu mens fruiturq; Dei.

Decessit anno 1553. die 3. April.

LXXVI.

Antonius Waltherus.

Waltherus tumulo situs est Antonius isto,
Editus ad ripas, clare Mosella, tuas.

Exi-

Eximias cujus dotes en candide lector.
Descriptas studio simplicitatis habes.
Ingenium, pietas, castæq; modestia vitæ,
Copia doctrinæ maxima, pacis amor.
Virtutes nativæ illi fucoq; carentes,
Et decus & vitæ norma fuere viro.
Artibus ingenuis tenerumq; amando juventam
Traduxit spacium temporis omne sui.
Teq; Dei gnatum constanti voce professus,
Serviit in cætu, maxime Christe, tuo.
Nunc mens juncta Deo cæli lætatur honore,
Ossa cubant summo vivificanda die.

Decessit ex hac vita ANTONIUS WALTHERUS Græcæ & Latinæ Linguæ, in Academia Witeberg. Professor Anno 1557. die 13. Mensis Januarij.

LXXVII.

Catharina Krappina Conj. Philip. Melanchr.

Proximus hic tumulus CATHARINÆ contigit ossa
Quæ CRAPPO quondam Consule nata fuit.
Conjugio casto fuerat quæ nupta Philippo
Ex scriptis cujus nomina nota manent
Virtutes habuit donatas numine Christi
Matronæ Paulus, quas docet esse decus
Hic absente viro sepelivit filia corpus
Vivit conspectu mens fruiturq; Dei.

Decessit Anno 1557. die 11. Octobr.

LXXIIX.

Appollonia à Gunderoda.

Corpus Apoloniæ cubat hoc mortali sepulchro,
Quæ fata Gunterodæ sanguine gentis erat.
Nuptaq; non humili celebratis laude maritis,
Ante tibi Cruciger, deinde Fasolde tibi.
Casta Deo studuit vera pietate probari,
Exemplum studuit conjugis esse bonæ.
Sedula, frugalis, verax, moderata, benigna,
Desidiæ, litis, luxuriæq; fugax.

Quatuor hæc natas, tria masculа pignora lecti.
Te peperit Cruciger facta parente parens.
Teq; Fasolde duas peperit genitore puellas;
Militæ novies fida ministra suæ:
Imbuit & sobolem pietatis lacte tenellam,
Unde fides animis affluit unde salus.
Tres natæ, puer unus adhuc monimenta prioris
Conjugij vivunt de bonitate Dei:
Parva superstes adhuc blanditur & una Fasoldo,
Legitimi pignus filia dulce thori.
Hanc reliquam sobolem, tibi Christe, piumq;, maritum
Commendans precibus jam moritura pijs:
Commendans animam fugientem, exordia vitæ
Hausit, non dubia speq; fideq; novæ.
Ergo Redemtoris gremio susceptus Jesu,
Vivit Apolloniæ Spiritus ante Deum.
Lætaturq; sciens fore rursus ut excita Christus
Jungat & exuvijs vestiat ossa suis.

Carissimæ ac innocentissimæ filiolæ
Infantis Catharinulæ parentes,
Apollonia, Melchior Fasoldus,
Dulcis filiolæ tenella membra,
Leni morte soluta condidere
Hoc, ut tecta quiescerent sepulchro,
Donec voce resuscitata Christi
Supremum venientis ad triumphum,
Vitæ lætitiæ beatioris,
Claro & conspectu Dei fruantur.

Obijt Anno 1557. die 30. Januarij ætatis 49.

LXXIX.

Georgius & Christopharus Major.

Anno 1558. die 8. Maij, GEORGIUS, & sequenti anno eodem die CHRISTOPHORUS, fratres, filij Reverendi D. GEORGII MAIORIS Sacræ Theologiæ Doctoris ex hac mortali vita evocati, his duobus cubiculis inclusi, expectant Redemptorem resuscitaturum mortuos in Domino ad æternam vitam & lætitiam.

LXXX

LXXX.

Catharina Rosin.

1558. die 22. Septembr.

Obiit honesta Matrona CATHARINA Conjunx M. Andreæ Rosæ.

O Catharina DEus cum te requiescere jussit
Exigua hic terræ condita mole jaces.
Quæ Christum verbis fassa es quem corde fovebas
Atq; fides factis usq; probata tuis.
Tu requiem captes donec de pulvere corpus
Suscipiat Christus & super astra vehat.
Ut te Leucoream de valeq; traxit ad urbem;
Sic & ad æterna Leucoren ipse trahat.

LXXXI.

Philippus Neidelius.

Hac placide saxi sub mole quiesco PHILIPPUS,
Qui sum NEIDELIO de genitore satus.
Sanctorum mors est somnus: sic transige vitam,
O homo ut in CHRISTI vivere morte queas.
Qui moritur CHRISTO, vivit, tibi sum quia Christe
Mortuus, ergo mihi vivere Christe dabis.
Obiit 6. Cal. Novembr. An. 1558. Conrad. pa. F. F.

LXXXII.

Jacobus Milichius, D.

Anno 1569. die 10. Novembr. decessit Vir Cl. JACOBUS MILICHIUS. Doctor artis Medicæ, eruditione & virtute excellens, cujus labores studiis doctrinarum profuerunt ut & scripta ejus ostendunt.

LXXXIII.

Johannes, Magdalena & Agneta Cranachiorum.

IOHANNI nato ex prima Uxore BARBARA Doct. PONT. filia, & mortuo Anno 1548. MAGDALENÆ natæ ex altera filia Doctoris SCHURFFII, mortuæ anno 1554. & AGNETÆ mortuę anno 60. tribus dilectis liberis suis hunc lapidem posuit LUCAS CRANACHIUS.

Funera quid frustra lugetis nostra Parentes?
Hic nam sub saxo molliter ossa cubant.

Spiritus at nostra fruitur cœlestibus auris
Ergo tuas lachrymas fundere mitte pater.

LXXXIV.

Magdalena Winshemia.

Hoc mea sub tumulo carissima conditur Uxor
Complexu rapuit quam fera parca meo.
Annos bis septem mihi cum conjuncta fuisset
Conjugij duras pertulit usq; vices
Corde DEum puro semper venerata pioq; est.
Et prompte didicit dogmata Christe tua
Usq; semel casto sibi quem conjunxit amore
Officijs fovit prompta volensq; suis
Et moriens liquit casti sex pignora lecti
Quæ specimen nostri semper amoris erunt.
Illius hic positum corpus nunc vite quiescit
Spiritus at verum conspicit usq; DEum.
Laudibus hunc celebrans veris hando; irrita fundens
Vota quibus natis prospera cuncta petit.

Obiit die 21. Junij Hor. 9. P. M. Anno 1560.

M. Sebast. Theod. Winsh. Cariss. Conjug. suæ. F.

LXXXV.

Basilius Matthæi.

Epitaphium BASILII MATTHÆI, Senatoris Wittebergensis decessit ex hac mortali vita in vera Dei agnitione 7. Martij 1561.

LXXXVI.

Margaretha Matthei.

Honestissimæ Matronæ MARGARETHÆ MATTHÆI, Conjugis D. MARTINI KELNERI, decessit 27. Augusti anno 1562.

LXXXVII.

Garbetta Mollerin.

HENRICO sati MOLLERO GARBERTA quiescit
Hoc tumulo Patriæ spes generosa domus.
Sed Fatum invidit: fato meliore rependit
Damna tamen. Cœli nam facit arce frui.

Decessit 18. Octobr. ann. 1562.

An-

LXXXVIII.

Andreas Morison.

EPITHAPHIUM.

Hac propè dilectos positus sub mole parentes
ANDREAS MORISON, post sua fata cubat.
Qui cum semper erat Christi sermonis amator
Sic placidè summum clausit in orbe diem.
Conjunx mœsta viro nati, posuere parenti
Cum lachrymis lectis hæc monumenta suis.
Ipse sed in Christo vero quem corde colebat
Vivit, & in cœlis gaudia vera capit.

Decessit 10. Febr. anno Christi 1563. ætatis ferè 60.

LXXXIX.

Sara Bugenhagia.

Anno 1563 d. 17. Decembr. mortua & sepulta est hoc loco honestissima Matrona SARA, filia Reverendi V. Doctoris Bugenhagii Pomerani & Conjunx Georgii Cracovii J. U. D. & in hac Academia Professoris.

XC.

Timotheus Eberus.

TIMOTHEI tegit hoc saxum breve corpus EBERI
Spiritus angelico cum grege lætus agit.

30. Januar. Anno 1564.

XCI.

Josephus Froschesserus.

JOSEPHO FROSCHESSERO, Argentinensi, Iacobi F. quem in ipsa ætatis flore ex oculis hominum mors eripuit Anna Lucartis, Mater acerbo in officio diligens, hoc monumentum pro munere extremo cum lachrymis p.

Vixit annos 21. dies 6. Obiit 3. Cal. Maji anno 1564.

XCII.

Anna Fendia.

Anno 1565. ANNA Cla. Dn. D. Melchioris Fendij Conjunx veræ pietatis & Mariti amantissima, cum quo in Conjugio annos supra 30. piè vivens, præmissum in æternam vitam 3. mense piè decedens, est secuta die 26. Januarij.

Mar-

XCIII.

Martinus Lutherus. Martini F.

Hac Martinus humo dormit post fata Lutherus,
Cui pater Helias tertius ille fuit.
Nomen idem cum patre, eadem cum patre manebat
Nixa fides, meritis, maxime Christe, tuis.
Isij Heilingero natum de Consule ducens
Annam legitimo junxit amore sibi.
Hinc celebrem laudem laudata à virgine duxit,
Mens erat his eadem, par amor, una fides.
Nil stabile est terris, vix quinq; peregerat annos,
Mors rupit grati vincula conjugij.
Sed nunc arce poli vivit, terrisq; morante
Pro socero & charâ conjuge vota facit.
Lætanturq; die quo reddita corpora vitæ
Convenient Christi judicis ante thronum.
Æternumq; Dei vultu & sermone fruentur,
Splendida luce novâ justitiæq; Dei.

Obiit anno Christi 1565. die 3. Martij.

XCIV.

Susanna Moschwicia.

SUSANNÆ MOSCHWICIÆ. Clariss. Viri D. JACOBI MILICHII, Philosophi & Medicinæ Doctoris & Professoris publici Ordinarij. Conjugis & relictæ viduæ monumentum, quæ in Domino piè obdormivit anno 1567. die 23. Junij.

XCV.

Valentinus Wendlerus.

Anno 1568 die 23. Maji in Christo obdormivit Vir pietate, doctrina ornatiss. verâq; doctrinæ cœlestis studiosiss. D. VALENTINUS WENDLERUS, Penicensis, cui Deus sit propitius.

XCVI.

Barrholomæus Vogelius.

Epitaphium honesti & prudentis Viri Dn. BARTHOL. VOGELII, Bibliopolæ & Senatoris Witteberg. qui piè obiit ann. Christi 1569.

Bar-

Bartholomæus in hoc tumulo Vogelius ossa
Condita habet, vivit Spiritus ante DEum.
Sumtibus hic primus summi monumenta Lutheri
Edidit, æterni munera magna Dei.
Leucorea prudens & fidus in urbe senator
Et legum custos, justitiæq; fuit.
In Christo tandem, tredecim cum lustra peregit,
Finiit hic vitæ fata suprema suæ.
Qui vitam claudunt ô terq; quaterq; beati
Inq; fide & vera cognitione DEI.

XCVII.

Bartholomæus Vogelius, inf.

Mollis adhuc infans prognatus patre VOGELO,
Conditus hac dormit BARTHOLOMÆUS humo.
Felicem puerum, quem Christi Sanguine tinctum
Mors cita venturum præripit ante malum.

XCIIX.

Catharina Burchardina.

Beati in Domino mortui confestim, & jam: dicit Spiritus
APOCAL. XIV.

Beatæ animæ & depositis hic eandem ad spem corpusculi exuviis CATHARINÆ BURCHARDÆ, D. FRANCISCI BURCHARDI, Wiuariensis filiæ, anno ætatis 37. Conjugij 12. hoc ipso ubi nata erat loco 26. Augusti anno 1569. pie defunctæ conjug. castiss. & opt. supra complures abortus, duorum filiorum & totidem filiarum & superstites liberi VICTORINUS, CATHARINA & ANNASTASIUS, dolentes M. P.

Conjugis hoc tumulo posuit Wesenbecius ossa
Vita cui ut nomen pure pudensq; fuit.

XCIX.

Albertus Alector.

Optimo & honesto Juveni ALBERTO ALECTORI Embdensi Frisio opt. art. & Medicinæ Studioso, qui anno Christi 1570. die 23. Octobr. hora 7. antemer. placidè in Christo obdormivit: hoc monumentum parentes mœstissimi posuerunt.

C.

M. Sebastianus Matthæi.

Viro pietate, virtute, sapientia & doctrina præstanti Domino M. SEBASTIANO MATTHÆI, Reipublicæ Wittebergensis Judici vigilantissimo in Christo Jesu defuncto. Conjunx superstes Marito carissimo in luctu & mœrore hoc Monumentum parari curavit. Obiit 8. Aprilis ann. Domin. 1571. ætat. suæ 55.

CI.

Caspar Princkius.

Hoc ego sub gelido requiesco marmore CASPAR
PRINCKIUS. ut tristi funera sorte tuli.
Quem quodcum sociis malesidis navibus rem
Mersit insanas naufraga puppis aquas.
Atq; ibi vi multa validus rapit æquore vortex
Nec quod me sub aquis sustinuisset erat.
Quod licuit solum vitæ ipso in limine Christus
Firmiter arrepta est anchora sacra mihi.
Cujus ego hic nixus meritis ac vulnere vitam
Deposui plenus spe, side, nova.
Anxius interea genitor virtutibus urbem
Qui replet patriam consiliis, bonis.
Anxius at frustra hæc speratum credidit arte
Instructum patria me fore præsidium.
Nil mea mireris potius tua respice fata
Illaq; dum legis hæc posse venire puta.
Omnia sint invisa homini terra, æquora, venti
In cælo patriam discat ut esse suam.

CII.

Philippus Jacobus Hallerus.

D. O. M.

MEMORIÆ

PHILIPPO JACOBO HALLERO. à H. CHRISTOPH. HALLERI ab Hallerstein, Sparneck & Waltstein, Com. Pal. Eq. aur. Carol. V. à consiliis & Ser. Dn. Philip. Allobrog. Duc. Domus præfect. filio obedientiss. ap. Belgas nato & enutrito opt. spei adol. qui jurisprud. Aug. Vindel. primo, mox senis, ubiq; autem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0550-9
DFG

tem locorum opti moribus præditus, clarisq; virtutibus ornatus pietati operam dedit. Epatisq; inflammatione correptus, Witebergæ, cum magno totius Acad mœrore placidissimè extinctus fuit die 12. Octobris anno 1572.

CIII.

Johannes Widebramus, Friderici fil.

Natus JOANNES WIDEBRAMO, patre superstes
In terris menses quinq, novemq; puer
Liber ab arumnis, & Christi morte renatus
Cœlestis patria gaudet habere patrem.
Ossa tegit tellus, animam sinus almus Abrahæ
Ambo brevi jungat tempore summa dies.

Obiit 7. Martij, anno Christi 1574.

CIV.

Edvardus Mejerus, Bremensis.

Conditus hoc tumulo florentibus occidit annis
Eximia præstans, qui pietate fuit.
Quiq; suum omnigena formarat pectus ab arte
Nec minus excultis moribus auctus erat.
Patria Brema fuit celebri vicina Visurgi.
Qua Heroum genitrix Saxonis ora jacet.
Nobilibus virtute viris & fortibus ausis.
Ejus erat summa laude probata fides.
Nam Cronobergiaca Gualterum stirpe creatum
Bernardumq; domus Werlebia erudit.
Astræa Themidos cultor fuit acer, & æquus
Quæ Lanus Hassiaci perlut arva soli.
Jamq; bipertiti sinuosa volumina Juris
Legerat ingenio judicioq; pari.
Quando ad Leucorei se contulit Albidas urbem
Vitâ ubi mortalis fata suprema tulit.
O spes fallaces nam si te passa fuissent
Implere ætatem fata Edvarde tuam.
Patria quæ insignes tibi clara spe spondit honores.
Et stabilita tua & tuta fuisset ope.
Nunc tamen abscedens terris hac laude superstes
Vivis, vita tibi quod fuit acta bene.

Et qnibus amorum currens vigilante fuisti
Quod constante tuum nomen honore colunt.
Dicendus merito es felix hoc nomine, sed plus
Quod Christum agnosti non dubitante fide.

Petrus Albinus, Nivemontius.

Ornatissimo, pietate ac eruditione præstanti D. EDVARDO MEIERO, Bremensis, qui diem obiit Witteberge anno 1575. Idibus Martiis. F.C.

CV.

Johannes Franciscus, Jegerdorffensis Silesius.

Hoc sita JOHANNIS FRANCISCI membra sepulchro
Æternum vivit spiritus ante DEum.
Quem genitore pio Carnovia protulit atq;
Artibus erudit cum pietate bonis.
Fovit & in studiis quinos hunc Leucoris annos
Doctrina unde tulit cum pietate decus.
Sedulus arripuit veterum præcepta Sophorum
Quæ linguam & mores ingeniumq; colunt.
Cumq; decem fragilis vitæ geminaverat annos
In Christo subita febre perustus obit.
Hæc pietas ipsi fratris monumenta locavit
Hic manes adventum Christe benigne tuum.

Obiit 31. Augusti anno 1575.

CVI.

Nicolaus Hancko.

EPITAPHIUM.

Exiguum peragens (pereunt sic optima) vitam
Hic NICOLAUS HANCKO corpus intulit.
Miserat Albiacis quem Uratislavia Musis
Clarum scientiæ, & pium necat febris.
Flebilis ille suis quia fratribus occidit, urnam
Hanc Abrahamus sumtibus locat suis.
Tu enicunq; vigor medio est ætatis, inhoras
Grassatur haud certas, age sis mortis memor.

Obiit Anno Christi 1576. 26. Septembris.

Jaco-

CVII.

Jacobus Grobius.

In hoc Dormitorio, quiescunt ossa JACOBI GROBII bonæ spei pueri M. Jacobi Grobij & Elisabethæ Odorinæ filij 16. Cal. April. Anno 1577. inter parentum vota placidè mortui.

Prima fui Patris Soboles & chara sed heu!
In terris parvo tempore chara fui,
Nam mors me primo nimis invida sustulit anno,
Inter vagitus, naniolasq; rudes.
Non posset genitor tantum perferre dolorum
Jungeret & fatis sors sua fata meis:
Corpore nos olim jungi ni sciret uterq;
Cum dabit horrificum buccina diasonum.

M. B. M. N.

CIIX.

Paulus Grosserus.

Dn. PAULO GROSSERO Onolsbachensis. Domini Christophori Grosseri J. U. D. filio; juveni splendore generis, virtute eruditione & morum suavitate ornatiss. filio suo suaviss. Witebergæ, piè defuncto Cordula Roetzelia, mater mœstiss. h. m. f. c. Obiit ad 12. Cal. Julij, Anno Christi 1577. cum vixisset annos 22. Menses 2. dies 17.

CIX.

Johannes Fluthius.

JOHANNI CONRADI FLUTHI Pharmacopolæ filiolo, qui natus anno 76. prid. Cal. Septembr. Obijt anno 77. prid Cal. Septemb. parens fieri jussit.

Sapientiæ IV.

Rapti sunt, ne malitia mutaret intellectum eorum, nec falsa doctrina animas eorum deciperet.

CX.

Gertrudt Geyerbergera.

Sic etiam longis arbor consumitur annis
Cui tamen ante annos vis juvenilis erat.
Qualis in hoc mulier senio confecta sepulchro est
Geyerberge prius quæ tibi juncta fuit.

Nam cinis est hominum finis, brevis omnibus ætas,
Cujus imago levi germine tota latet.
Cæpit heri, crescitq; hodie, cras herba labascet
Si super ira noti ducta frementis erit.
Vita quid est? Mors est: quid mors? est vita piorum
In vita labor est in nece tuta quies.

I. M. Doct.

Obyt Anno 1577. die 26. Sept. anno ætat. 74.

CXI.

Johannes Schurstab.

JOHANNI SCHURSTABIO Noribergensi L. L. Studioso in ardentiss. numinis divini invocatione piè mortuo, Barbara Pfintzingerina, mater mœstiss. filio amantiss. non sine lacrymis H. M. P. C.

Annis florebam, sed vis nimis invida lethi,
Spe citius vitam ponere jussit humo.
Parce tamen genitrix lachrymis, tibi in æthere reddat
Et tecum æternæ tempora lucis agam.
Præcessi, sequere. & veterem testantia amorem
Oscula dilectis accipe, redde, genis.

M. B. M. N.

Obyt anno Chri 1578. 16. Decembris.

CXII.

Walpurgis Lindnerina.

Epitaphium honestæ ac piæ matronæ Walpurgis, Magni Person, quondam civis Witeberg, relictæ viduæ 3. Cal. Febr. Ann. 1579. in Christo placidè defunctæ.

Quæ jacet hoc tumulo Matrona recondita mœsto,
Lindnero claro sanguine natæ patris.
Nupta duobus erat sociali lege maritis
Pingendi eximia claruit arte prior.
Vendentis alter Scotiæ qui littora liquit,
Religionis amans mercibus æquus erat.
Ex hoc natorum bis ter cum tacta fuisset
Mater supremum clausit in orbe diem.
Ossa tenet tumulus sed ad æthera vecta resedit
Mens ubi læta videt cælica templa Dei.

CXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0554-2
DFG

CXIII.

Valentinus Espich.

D. O. S.

Hoc Monumentum VALENTINO ESPICH Witebergensi, qui paucis post mensibus, quam editus in lucem est, eam iterum reliquit in Christo mortuus. Parentes filio dilectiss. cum lacrymis posuere Vixit mens. 3. dies 2. horam 1. Obijt. d. 6 Jan. Anno 1580.

Quæ brevis hic, cœlo vita perennis.

CXIV.

Johann Hertveg, Zolosij Ungari,

Dum studijs inhiat, procul à natalibus oris,
Ungariæ pubis laus non postrema JOANNES.
Subdita quem trucibus tellus Szolosia Turcis
Progenuit: patriæ cum jam relevare ruinas
Ingenio posset, fato properante peremtus
Corpore mole sub hac, sed in æthere mente quiescit.

Obyt hora prima ante lucana diei Aprilis 18. Anno 1580. ætatis suæ 28.

Joh. Lit. Danet.

CXV.

Michael Teuber V. I. D.

Anno Christi 1581. MICHAEL TEUBERUS J.U.D. fil. dilect. p. c. Intrinsecus in dextra tabula.

Tu quicunq; meos ab Imagine discere vultus
Expetis en mentis discito verba meæ.
Cum prece sub media mundi de face recedam
Ex precio Christi sidera clara petam.
Interea tumulo mea molliter ossa quiescant
Donec in adventu judicis ora levem.

In sinistra.

Indicat infelix operosi cura sepulchri
Quanta mihi misero spes sit ademta patri.

CXVI.

Georgius Schweigkerus.

TUMULUS.

Honesti, eruditi acpij juvenis GEORGII SCHWEIGKERI Mona-

Monacensis, pietatis & Artium Studiosi. placidè in Christo 24. April Anno 1581. defuncti.

Schweickerus vivum Christi de corpore membrum
Una hic cum reliquis contumulatur humo.
Flos tantùm ætatis primæ spectatus in illo est,
Et jam tum magnæ spes data frugis erat.
Sed cito sublatum terris Deus intulit astris,
Victa ô spes hominum sæpe potiore fuit!

Frater Antonius, amoris ergò poni curavit.

Christus vita, mors lucrum.

CXVII.

Dorothea Bernutzin.

Hoc tumulo Ambrosij, placidè Dorothea quiescit
Uxor Bernutii casta, pudica, piæ.
Vivere quæ poterat multos dignissima in annos:
Ante diem & tempus, mors fera falce fidit.
Mens habitat cœlos: recubant hic molliter ossa
Donec cum Christo sint rediviva suo.

Johann. Mencius Pastor Eck.

Obiit d. 20. May 1581. ætat. suæ 64.

CXIIX.

Georgius Metzgerus,

Anno salutis 1581. 1. die Augusti piè defunctus est Georgius Metzgerus Rotenburgensis Fr. Studiosus, anno ætatis suæ 20. G. M.

CXIX.

Huldricus Motzius.

D. O. M. S.

HULDRICO MOTZIO Juris & opt. art. Studiosiss. in inclyta Witebergensium Schola cum eruditionis ornamenti, gaudij qui spem magnam patriæ, parentibusq; feciſſet, in ipso flore vitæ inter amplexus C. I. D. Præceptorum Witebergæ piè sanctèq; defuncto Anno Christi 1582. Januarij die 8. ætatis suæ an. 22. filio charissimo B. M. pietatis & amoris causa Sebaldus Lauinganus civis H. M. P. eidem resurrectionem vitamq; beatiss. comprecans. *Abacuc. II.*

Justus sua fide vivit.

CXX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0556-3
DFG

CXX.

Ludemildi Friedeßin.

D. O. M. S.

LUDEMILLA FRIDESINA ALBINA prisca Matronarum virtute ornatissimæ uxori unanimi, concordi, fideli, dulcissimæ. cum qua sine lite vixerat PETRUS ALBINUS Nivemontius Conjunx desolatissim mœroris indefess. M. P. vixit Anno 22. Mens 5. Obijt 2. puerpera Cal. Mart. Anno 1582. Corpus terra, meliora cœlum possidet θύμε βλέψον ἄνω.

Vitam, ego, te, geminam vixi, vivente fuisti;
Supra hanc, quam vivo tu quia vita mihi.
Morte tua exanimis vivam, nam conditur una, hic,
Maximæ, tecum, animæ, pars LUDEMILLA, meæ.

Salvatur mulier per filiorum generationem si manserit in fide, dilectione, sanctificatione & modestia

Securus moritur, qui scit se morte renasci
Mors ea nec dici, sed nova vita potest.

CXXI.

Johann Petrus Albinus.

JOHANN PETRUS, Petri F. Albinus, obijt Anno 1582. ætatis die 25. hor. 20.

Magnus amor, per magna fides quam maxima virtus
Alterius vitam morte parare sua.

In tumulo hoc legitur
Depositum.

Johannis Petri Albini, Petri Hivemontij.

F.

CXXII.

Augustinus Ritter.

Nobilissimæ Musarum Soboli AUGUSTINO RITTERO Gorlic. Lusat. inter assidua opt. art in quin. in Academia An. studia piaq; vota animam Christo Servatori, an ætatis suæ 23. tradenti, monumentum hoc filio suaviss. Valentinus Ritterus parens Gorlic. Cons. ac in lætiss. spem resurrect. mœrens posuit Anno reparatæ salutis 1582.

Ardua dum vigili contemplor sidera mente,
Me jubet æternam Christus adire Scholam.

Obijt 24. Martij Anno 1582.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:ghv:3:1-76399-p0557-9 DFG

CXXIII.

Marthæ Heiligerin.

Hoc tumulo medium, quæ vix heu vixerat annum
Parva HEILINGERI filia MARTHA jacet.
Vita bonum fragile est, palma non longius una
Palma velut verti sit quoq; vita potest.

I. M. D.

Obiit 8. Aprilis ann. 1583.

CXXIV.

Andreas Madinus.

Ascania ANDREAS genitus MADINUS in urbe
Hic sua telluri membra fovenda dedit.
Non sine laude pium, qui Depositoris obibat
Munus Leucoreæ sunt ubi sceptra Scholæ.
Corporis exuvias posuit tellure sub ista
Spiritus in cœlis regna beata videt.

Obiit 24. Martij Anno 84. ætatis suæ 26.

CXXV.

Johannes Fridricus à Weihe.

Depositum hic est spe certissimæ resurrectionis corpusculum IOHANNIS FRIDERICI à WEIHE, J.C. filioli chariss. qui dum in hoc mundo, annum 4. menses 16. dies consumserat, ipse sontico morbo consumtus & mortuus est 8. Junij. 1574.

Felix ô nimium futurus olim
Est cui sic citius mori placebit
Quam mundo malè serius perire.

P. P. M. F. C.

CXXVI.

Andreas Teuberus.

Hic situs ANDREAS TEUBERUS, flora juventæ
Expectat florem vere sequente novum.
Unica spes generis post fratrum fata manebat,
Sed mors ante diem spem juvenemq; tulit.
Cumq; fide vera Christum sub morte vocaret
Mors ratio ad vitam, Christus ad astra via est.

Obiit 23. Junij Anno Dn. 1574.

CXXVII.

Catharinæ Limmerinæ. Hic

Hic sata LIMMERO Catharina parente quiescit
Dumq; fide Christo est insita, surget humo.
Nascitur 8 Jan. Obiit Anno 1584. die Sept. 20.

CXXIIX.

Catharina Tangerina.

Erepta est CATHARINA tibi data vita caduca
Sed nova per Christum reddita vita tibi est.
Liquisti quod erat mortale aeterna prehendens
Haec vitae & mortis sint monumenta suae.

Obiit anno 1584. aetatis.

CXXIX.

Johann. Bezholdi.

Ornatissimo, pietate ac eruditione juveni, JOAN. BEZHOLDO, Rotenburgo Tauberano Franco. Witebergae bonas literas discenti 29 Aprilis anno Christi 1585. pie defuncto: filio plurimum dilecto memoriae ergò parentes haec posuere lugentes

Quem tibi commisit studio Witteberga, fideli,
Tubaris exundans Franca per arva vadum:
Musarum ut castris edoctum celsa per astra
Evolveres Patriae non sine honore suae.
Invida Pierii in Parcarum falce recisum
Justi, carnivoris vermibus ire cibum.
Barbaris hunc plorat, plorat Rotenburgica tellus
Et cruda matris nomen habere jubent.
Vindicias tu exurge novis & sedula nutrix,
Quae nunc commisit germina blanda fove.
Sic tibi, quae dixere prius maledicta, fatiscent,
Omnibus atq; oris sedula mater eris.

CXXX.

Michael Voitus.

Micat semper virtus ut Sol.

Hic situs est MICHAEL VOITUS, cui Norica tellus
Patria chara fuit: nunc polus est patria.
Obiit in Christo ea nocte, quae secuta fuit diem 27. Maij anni

VenI ô IesV, VenI Vt LIberes nos eX DaMnIs.

CXXXI.

Georgius Roll.

Rollius hic recubat tener annis indole pollens
Olsnenſis cujus Conſulit aula patrem.
Si Patris ac gnati eadem eſt perſona recumbit
In ſcrobe, quæ natum condidit, ipſe pater.
Crede Pater gnatus paſcenti corpore vermes.
Nam cor ibi eſt ſenſu, res ubi cara ſibi.
Proles una fuit, quæ cum relinqueret auras
Rellictum eſt patri nomen inane, patris.
Jam ſpes una levat luctum, quod in æthere tandem
Unio cum ſobole eſt priſca futura patri.

Anno 1585. d. 2. Julij hor. 7. veſpertin obijt doctiſſimus & ſummæ ſpei juvenis GRORGIUS ROLL Olsnenſis, Nobilis Clariſſimi Viri MICHAELIS ROLLII Illuſtriſs. Principum Monſterbergenſium in Sileſia Conſiliarij filius anno ætatis 20.

CXXXII.

Martinus Goltzpryſius.

Unicus hic proles Martinus tabe peremtus,
Goltzpryſius patria contumulatur humo.
Cultor erat pietatis, erat ſtudioſus hic æqui,
Arcadia doctus ludere ſuave chely.
At nato unigenæ pro tædis quæ dedit urnam
Debuit orba parens occubuiſſe prius.

Obijt d. 26 Auguſti Anno 1585. ætatis ſuæ 21.

CXXXIII.

Euphroſina Rauchbarina.

EUPHROSINÆ filiola ANDREÆ RAUCHBAR J. U. D. & Profeſſoris, cum nondum ætate duas expleviſſet menſes, moritur 11. Decembris Anno 1585.

Hac jacet EUPHROSINE Tenberi neptis in urna
Filia Rauchbaro, quæ patre prima fuit.
Vidit in hoc mundo vitiis, pericula mundi
Nam cita mors longis eſt medicina malis.
Si patribus nobis ad cœlos ire cupido eſt,
Ne doleas natam morte præiſſe tuam.

I. M. D.

CXXXIV.

CXXXIV.

Euphrosyna Pauls.

EPITAPHIUM.

Honestiss. Matronæ EUPHROSINÆ Cl. viri D. Michaëlis Teuberi, J. U. D conjugis cariss. piè defunctæ 6. Iulij. ann. 1586.

Hic jacet Euphrosyne, Benedicti filia Pauls
Quæ pia Teuberi conjugis uxor erat.
Corpore parva quidem fuit, at in corpore parvo
Mens imbuta Dei magna timore fuit.
Sum hinc dum vixit cum sedulitate studebat
Posse placere Deo, posse placere viro.
Occubuit placidè ceu vixit si cupis ergò
Vivere, sic, mori, discè timere DEum.
Nam malè non moritur, sed vitæ pro brevis usu
Æternam vitam qui bene vixit habet.

CXXXV.

Michael Teuberus, D.

Epitaphium Clarissimi Viri MICHAELIS TEUBERI, JC. celeberrimi piè defuncti 15 Septembr. anno 1586.

Ante dies septem decies heu morte solutæ
Hic prope Teuberus conjugis ossa cubat.
Justitiâ clarus, nulli pietate secundus,
Doctior haud quisquam jure in utroque fuit.
Nec tamen hunc pietas, Themis aut doctrina valebat
Morte levare, licet vivere dignus erat.
Sed post sex decies agitur dum certus annos,
Morte datur vitâ nunc meliore frui.
Nempe mori didicit vita dum fila trahebat;
Ergo quisquis amas vivere disce mori.

CXXXVI.

Johannes Kniphoff.

Anno Domini 1586. die 22. Decembr. Obiit IOHANNES KNIPHOFF, Hildesiensis Saxo LL. Studiosus suæ ætatis Ann. 22.

CXXXVII.

Gregorius Rudolphi.

Hic sita GREGORII requiescunt ossa RUDOLPHI,
Dum Deus hæc menti jungere ut ante suæ.

Aduce cui ratio frumenti tradita cessit
Qua fidei specimen justitiæq; dedit.
Ejus & externis industria luxit in oris
Atq; datas obiit sedulitate vices.
Officij cultor gestuque modestus in omni
Seq; pium ante homines gessit & ante Deum.
Namq; fidem in Christum vera virtute probavit.
Exitus & vitæ factus origo novæ est.
Gratia natorum decoravit carmine patrem.
Quem cœlo pietas ornat & alma fides.

1598. 4. Januarij.

CXXXIIX.

M. Johannes Breitnerus.

Requiescit sub hoc saxo, pietate, virtute & eruditione ornatiss. Iuvenis, Dn. M. IOHANNES BREITNERUS Schorndorffensis, Melchioris Breitneri Reip. Schurndorf. Consulis filius, lætam expectans resurrectionem. Piè in Christo obdormivit die 14. Ianuarij hora 6. vespert. ann. salutis 1588. ætatis suæ 23.

CXXXIX.

Casparus Mostelius.

Mole sub hac lapidis CASPARI molliter ossa
Mostelij recubant, spiritus astra tenet.
Plavia quem genuit, formavit Curia, rexit.
Quæ caput ad cœlos fert Witeberga suum.
Is cum ter senos annos vixisset & unum,
Heu prematura morte peremtus obit,
Mox ubi defunctos tumulis revocabit Jesus,
Surget, & æterna sorte beatus erit.

Obiit anno 1588. Febr. die 16. h. 5. vesp.

CXL.

Dorothea à Weihe.

Genere & pietate lectissimæ & scitissimæ virgunculæ DOROTHEÆ à WEIHE, D. Eberhardi à Weihe, I. C. & Professoris &c. filiolæ carissimæ natæ an. 1584. 26. Julij piè & placidè mortuæ ann 1588. 18. April. in spem certissimam resurrectionis, posuerunt mœstissimi parentes.

Nil

Nil meum quod debui reddidi, quod per me perdidi per Christum recepi.

CXLI.

Ambrosius Bernutzius.

Obiit 1588. die 22. Aprilis Ambrosius Bernutzius, ætat. suæ 71.

Mortuus hic recubat clausis Ambrosius annis
Bernutius, patriæ fama decusq; domus.
Cui rapto septem post acta decennia. Janus
Hæc monumenta gener Mentius instituit.

CLXII.

Clara filiolæ M. Iohann. Galli.

CLARA fuit terris prænomina luminis usu,
In Cœlis Christi clara perennis evo.
Clara sub hoc tumulo Jani dulcissima Galli
Filia præpropere funere rapta jacet.
Angelicas inter turmas jam lumine claro
Clara micans verum nominis omen habet.

Obiit 27. Aprilis Anno 1588.

CXLIII.

Laurentius Matthiæ, Holsatus.

Obiit LAURENTIUS MATTHIÆ, Holsatus Husensis, anno 1588. 22 die Maji, & sub hoc Saxo requiescit.

CXLIV.

Hartmannus Hübschmann.

HARTMANNUS qui HUBSCHMAN, terra requiescit in ista
Cui qui Thuringus vivere Saltza dedit.
Ast ubi Leucorides sequitur sua numina Musas
Occubuit repetens æthera grata pius.

Obiit die 18. Junij hora 8. matutina anno 1688.

CXLV.

Johannes Matthæi, D.

Reverendi Viri JOHANNIS MATTHÆI, Smalcaldensis D. Theologiæ & tandem post varia exilia in hac Academia S. S. Literarum Professoris fidelissimi A. S. 1588. Septembr. 18. Magno cum Studiosæ Juventutis mœrore elatum corpus beatam resurrectionem hic expectat.

Mm-

Munde neges sedem tamen hæc mihi tumba quietem
Non negat, aut cœlum gaudia, munde vale.

CXLVI.

Anna Stympfelia.

ANNA STYMPFELIA D. VITI WINSHEMII F. V. I. D Prof. & Consil. Saxon. Uxor. carissima obijt Anno Christi 1588. id Febr.

CXLVII.

Elisabeth Person.

Hic ternis tumulata cubo cum fratribus infans
Person Elisabeth Immanuele sata.
Venturis prærepta malis, damnisq; nefandis
In Christi gremio Jubila sancta cano.

1589.

CXLIIX.

Christianus Schlebingius.

Molliter hac hospes recubat Schlebingius urna
à Christo primum nomen ut omen habens.
Christo etenim sacra baptismatis insitus unda
In Christi vixit. Christi obijtq; fide.
Lucem ipsi primam dedit Osnabruga favente
Nomine Westphalici nobile sidus agri.
Patris aves forsan vitam cognoscere & artes
Ut nati hinc noscat certius ingenium.
Nominis ille fuit similis famæq; celebris
Passim in Saxonicis Westphalicisq; Scholis.
Hannovera id loquitur Brema, atq; Hervordia quamq;
Westphalici dixi nobile sidus agri.
Ille ubi Palladiam pubem pietate fideq;
Sincera ac Clarijs artibus excoluit.
Quin etiam sacris templorum accitus habenis,
Æterni sonuit dogmata pura Dei.
Transijt in sobolem simul hæc cum semine virtus,
In nato eluxit patris & ingenium.
Hinc ipsi quamvis afflictis viribus esset
In studijs ætas tota peracta fuit.

Jhena

Jhena Ipsum integra docuit Trieberide & Albim
Sex tantum menses vidit & ingemuit.
Ingemuit nulli fatales parere Parcas.
Cumq; malis æqua falce secare bonos.
Indormit 28. Aprilis Anno Christi 1590. ætatis 22.

CXLIX.

Catharina Burchardin.

CATHARINÆ Johannis Burchardi, Davidis Voiti Theologi & Pastoris Witebergensis Conjunx quinquagenaria obiit decendio post mortem Mariti, ad 4. Decembr. anno 89.

Sanguine Burchardi & Voiti pietate mariti
Virtutumq; omni fœmina clara choro.
Hic Catharina cubo vitamq; expecto beatam
Quam nova vivet homo, qua vetus vixit humo.
Sunt tamen hic inter lacrumas extincta meorum
Atq; brevi ob fata morte secuta virum.
Parraq; non valuit tumulo viduare propinquo
Quæ potuit thalamo me spoliare viri.
Quisquis es ora pium citerem ne ladito: namq;
Nil nisi sub tumulo hoc terra cinisq; jacent.
Terra cinisq; jacent fateor sum facto sed ante
Cui fausta palo, quam cinis hausta solo.

CL.

Cyriacus Engelke.

CYRIACO ENGELKE, Patricio Elbingensi Borusso præclaro nato: cui pietas singularis & virtutum eximiarum alacre studium insignem gratiam honoremq; conciliarat. Cui S.S.LL.M. quam jam felici diligentia sua ostendebat accurata cognitio eximiam laudem paratura, deq; patria optimè medendi occasionem datura fuit quod Deo tamen visum aliter est in Christo pientissimè his Witebergæ summo cum matris amantissimæ dolore, multò patriæ aliud sperantis gemitu, anno Christi 1590. 6. Cal. Octobris, ætatis suæ 20. de mortuo.

H. P. EST. M.

Heic spes Elbingæ & fida unica cura parentis
Deposui gelida funeris ossa domo.

Patria cui voluit Legum sanctam esse Magistram,
Lencorin hunc tumulum, jusserat esse DEus
Factum utrinq; bene est nam Consul avusq; paterq;
Non mihi sed patrio me genuere solo.
Haredem laudisq; suæ pulcriq; laboris
Quæ mutat certa Curia nostra vice.
Crescebam & Patriis se offendit rebus arista
Verùm maturos non habitura dies.
Protinus in terram sirco vernante relapsum
Abdidit etiam nunc longa moratur hyems.
Olim autem æternas surgam redivivus ad auras
Ver ubi perpetuum nobilis auster aget.
Sic vixi benè sic obij si illustria vitæ
Mors noninvito tempora præripuit.

Cyriacus Engelcke, Elbingensis Borussus.

CLI.

Michael Varadinus Ungarus.

Dum bene sperata virtutum laude placeret,
Varadij Michael patria cura soli.
Mortuus in priscas olim reditura figuras,
Nuper in hac sterili membra reliquit humo.
Dum tamen exuvias retinebit corporis urna
Hospita sidereum pars colit ipsa polum.
Quisquis es & gelida positum spectabis arena,
Expectes vitæ tu quoq; fata tuæ.

Cætus Ungaricus posuit, emigravit ex hac vita, salutis Anno 1590. die 7. Mensis Octobris ætatis 24.

CLII.

Agatha. Thom. Fridsij.

D. M. S.

In Christi Jesu agnitione vera, placidè obdormivit matrona pia AGATHA integerr. viri Thomæ Fridsij relicta vidua, anno Salutis 1591 mens. Septembr. die 9. hora post 5. mater. cum vixtsset annos Conjugij X. viduitatis 34. curriculi totius ærumnosi ferè 80. relictis & superstitibus Thoma, Augustino I.U.D. Jona deq; Ludemilla piæ memoriæ nepte Albina, cui

in

in memoriam resurrectionis sanctorum liberi mœrentes monimentum P.C.

PSAL. IV.

In pace requiescam & dormiam, quia tu Domine solus confidenter me habitare facis.

CLIII.

Iohannes Grunius.

EPITAPHIUM.

Pij & eruditi juvenis JOHANNIS GRUNII, qui placidè in Christo obdormivit 12. Cal. Januarij hora 12. nocturnâ anno post natum Christum 1592.

Huic tumulo lacrumans nati miserabile corpus
Suppositi senij stem columenq; mei.
Jam lustris quatuor binos adjecerat annos
Doctrina ambiguum est an pietate prior.
Ardua Pimplæi superaverat, illius ergo
Fronti intentabant laurea serta Deæ.
Hic operum medio retrò ad interiora coacta
Frigoribus scabies cor juvenile necat.
Ut sentit tacitam labi per viscera mortem
Christe ades ait, hoc me carcere solve, refert.
Jam mihi munde vale, Frater cariq; parentes
Atq; sodalitij turba valete mei.
Me DEus ipse vocat jam me cœlestibus oris
Invitat, salvo, quod mihi dulce fuit.
Talibus expirat, me fac quoq; maxime Christe
Tam placidâ humanum claudere morte diem.

CLIV.

Andreas à Seidwitz.

Hæc mihi supremum benè fusa viator habeto
Christe tibi vivo, Christe tibi moriar.
Christe cutem quoniam geris ob nos de cute nostra
Simnè revictura hac decute falsus ego.
Sic moriar quamvis hic immaturus; at illic
Non immaturè Christe tibi assotior.

Andreæ à Seidwitz, Georgij in Buschwitz, Pulzwerda Filius, ætat. 23. ann. Obiit 14. Febr. Anno 92.

CLV.

Maria Salbachin.

EPITAPHIUM.

Honestæ Matronæ MARIÆ SALBACHIÆ. Conjugis M. Iohannis Knorij Franci piè in Christo defunctæ, &c.

Ergonè tot lacrimis Maria es deducta sepulchris
Salbachia ô magnum connubiale decus.
Hac vix ter, denos ac tres exegeret annos,
Triste puerperium tristia fata tulit.
Hæc quoniam sobolem peperit dilecta marito
Septeno in partu morte soluta cadit.
Non cecidit sed & hæc in Christi Sanguine vivit
Vulneribus vivit Christe redempta tuis.

Decessit die 22. Novembr. hor. 2. post merid. Anno Christi 1593. ætatis verò suæ 33.

CLVI.

Christophorus Cegledius, Ungarus.

Mente adiit cœlum, hæc posuit sed corpus arena
Cui benè de Christi nomine nomen erat.
Pannoniæ Patachi, hæc etiam quod misit in auras
Artibus ingenijs tempora prima dedit.
Hic procul à patria telam dum texit eandem
Ingenio præstans, nec pietate minor.
Annos bis denos ac vix transmittit, & unum
Deliciæ matris, spes cadit atq; patris.
Heu quam vernantis citò languent lilia campi
Tam citò summa dies cuilibet una venit.

Parentes mœstiss. p.

Vita defunctus Immanuele nostro inter h. 7. & 8. matut. d. 28. Novembr. anno Epochæ Christi 1593.

CLVII.

Petrus Wesenbecius.

PETRO Nobilissimi Matthæi Wesenbecij, filio in lucem susceptο anno Dom. 1570. C. April. postea vera in Christum fide magno-

magnoq; cum desiderio ad Patriam cœlestem evocato 3. non Jan. Anni 1599. Viro cum pietate erga Deum, tum mansuetudine erga Cunctos præstanti, Monumentum hoc posuit mœsta Mater Martha Puchnerin.

CLIIX.

Melchior Breus.

Christo Servatori Sacrum.

Egregiæ indolis ac spei adolescens MELCHIOR BREUS Fribergensis Eliæ filius, natus 2. Augusti anno 73. cum in hanc Academiam venisset pietatis & artium opt. studiosissimus semestri vix interjecto præmatura morte extinctus, commune & immutabile debitum naturæ Deoq; persolvit anno ætatis suæ 20. Christi 98. M. FF. B. F. E. B. 25.

CLIX.

Salomæ Mollerin.

Quam mihi terra dedit Salomen Witebergia natam
Hujus in hoc tumulo contigit ossa rogo.
Pone jacent soceri de, primo fœdere Reschi
Pulvere contigui subruta membra loci.
Redde mihi, quæ mors tibi reddidit utraq; cœlo
Expectata diu pignora redde mihi.
Spiritibus jungenda suis, jungenda beatis
Cœlitibus, sunt hoc membra reposta loco.

Georgius Mylius D. fecit & posuit filiæ ac socero piæ recordationis ergo 2. Febr. 1594.

CLX.

Casparus Winshemius.

DIIS MANIBUS.

CASPARI WINSHEMI, VITI WINSHEMII JCti F.
Si quis nobilium, si quis virtutis amicus,
Non moriturus erat, non moriturus eram.
Sed nihil hæc: scenâ fracta quia corporis omnes
Ultima nos vestis putrida terra manet
Nec moror, hoc fretus patritaq; privaq; virtus
Quod nomen lethæ surripuere meum.

Et postliminiò quod Christo vindice corpus
Integrum gelidus qui modo pulvis ero.

Decessit Casparus Vinshemius Anno salutis 1595. d. 22. Martij hor. 2. pom. ætat. 27.

CLXI.

Samuel Calixtus.

Christo Servatori Sacrum.

Fensburg Holsatus moribus & literis sanctissimis præditus 20. Jun anno orbis redempti 1594. ætat. suæ 23. dum obijt.

Ossa sub hoc tumulo Samuelis clausa Calixti
Et patris patriæ spesq; decusq; jacent.
Occidit ante diem primo sub flore juventæ
In medio Clarij tramite fixus agri.
Sed nihil ut terris perfectum fata relinquunt
Sic etiam hunc fieri non voluere senem.

Memoriæ causa Johannes Calixtus V. D. minister filio suo dilectissimo mœrens posuit.

CLXII.

Adamus Mollerus.

Anno Domini 1594. 16. Octobr. pius & doctus juvenis Dn. ADAMUS MOLLERUS Furstenvvald. suæ ætat. 20. an. placidè obdormivit.

Aspice quæso nitens marmor quod pulvere factum
Disce legens quis sim, quis fis & omnis homo.
Aridus est terræ pulvis, miserabilis exul,
Mortalis, fœnum, labilis umbra, nihil.
Vix studiosorum gustaram gaudia vitæ.
Surreptus cœto nunc ego pace fruor.

Hiob 1.

Dominus dedit Dominus abstulit sicut Domino placuit, ita factum est.

CLXIII.

Emanuel Schot.

D. O. M.

Heic jacet Emanuel Personi nominis hæres,
Nuper fraterni copula quinta jugi.

Hunc

Hunc Themis, hunc pietas, hunc plebs, hunc curia laudant,
Fletq; Marita virum mascula trina patrem.

Obijt VViteb. Anno Christi 1695. 13. Junij.

CLXIV.

Christoff à Berga.

D. E. V. S.

EPITAPHIUM.

Nobilissimi nec non ad ardua quæq; nati juvenis Dn. CHRISTOPHORI à BERGE Silesij, qui piè ex hac demigravit vita Anno 96. Maij d. 4. hora die 11. ætatis suæ anno 21.

Dum plantandus eram per summa cacumina montis,
Cum de monte mihi nomina clara data.
Ut flos purpureus spina dejectus ab alta
Flatibus adversis Austriacoq; malo.
Huic ergo tumulo trado mea membra caduca,
Spiritus at cœli culmina summa tenet.

Joh. 16.

Confidite, ego mundum vici.

D. V. W. D. V. K.

CLXV.

Johannes Canutus.

EPITAPHIUM.

Docti & honesti juvenis JOHANNIS CANUTI Husensis Holsati 12. die Julij piè defuncti Anno Christi 1596. ætat. suæ 23.

Hac ego vitali privatus luce Canutus
Deposui luteæ viscera pellis humo.
Mens traducta polo viget enthea: Musa beatos
In terra manes fontis honore colit.

CLXVI.

Jacobus Rungius.

Hoc loco quiescunt exuviæ JACOBI RUNGII, qui natus 14. Septembr. anno 1596. pater Davido Rungio SS. Theol. Doctore & Professore publico. Obijt 13. Decembr. eodem anno.

Marc. X.

Talium est regnorum cœlorum.

CLXVII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0571-6
DFG

CLXVII.

Johannes Sommer Torgenſis.

JOHANNES, filius Balthaſaris Sommeri Doctoris Medicinæ, hic quieſcit, expectans lætum adventum Jeſu Chriſti, diſceſſit anno 1598. Mens. Julij d. 21. h. 6. P. M

Summerum rapuit juvenem mors horrida, vitam
Chriſtus juſtitiæ Sol facer ipſe dabit.
Hic tandem in cineres ubi flamma reſolverit orbem
Lætitiæ, capiet proprietate decus.

B. M. N.

CLXIIX.

M. Bartholomæus Stenius.

TUMULUS.

M. BARTHOLOMÆI STENII. Rev. & Clariſs. Viri Barth. Superintend. Heckſtad. F.

Ecquis in hoc poſuit ſua mortua membra ſepulchro
Ah juvenis ſpondam Stenius ille valens.
Qualis erat? Claria ſpectabilis arte Magiſter,
Sincerus, conſtans inſuper, atq; pius.
Unde erat? Heckſtadio: moriendo qualiter ævi
Extremum clauſit? cognitione λογῦ.
Sub mole his igitur corpus modo inane quieſcit,
Mens aſt in Chriſti gaudet ovatq; ſinu.

Obyit d. 23. Octobr. h. 6. veſpert. An. D. 1598. ætatis ſuæ 27.

CLXIX.

Jeremias Nævc.

Sub hoc lapide conditæ ſunt exuviæ JEREMIÆ NÆVII Dresdenſis, juris utriusq; periti nati Ann 1562. die S. Auguſti circa 8. veſpert. ac denati circiter eandem horam veſpertinam Anno 1598. die 2. Decembr. Juliani, expectantis cum omnibus electis lætam reſurrectionem ad vitam æternam ſub adventum Servatoris ſui Chriſti Jeſu.

CLXX.

M. Chriſtian Salbach.

Pietate, doctrina ac virtute ornatiſſimo Viro M. CHRISTIANO SAL-

SALBACHIO Scholæ Senatoriæ Rectori vidua relicta Catharina. H. M. P.

Momenti exigui vulgores esse putatur
Infantum teneros erudisse greges.
Quanta sed est terra cives generare poloq;,
Tanta quoq; imberbes rite docere Scholæ.
Præstitit hoc mira Salbachius arte fideq;,
Pulpita Gymnasij pulverulenta regens.
Undecim in hoc ludo dum Paedotriba per annos
Lustrat, ac cœli plantat & ornat opes.
Incola sidera nunc arcis, ubi orbe relicto
Splendida quam colit præmia messis habet.

Piè obijt die 14. Martij Anno Christi 1599.

CLXXI.

Veronica im Hoff.

Hic sita est fœmina.

Genere pietate omnibusq; corporis & animi dotibus præstantissima VERONICA patricia Noribergensis, uxor Clariss. Viri Dn. Bartholomæi Hierovij Thorunienſis Borussi Med. Doctoris & Acad. hujus Profess. p. Nata fuit anno Salutis 1579. Patre amplis. ac senatorio D. Jer. im Hoff, Matre Wirbeccia Witebergensi, mense tertio à nuptijs correpta fuit dysenteria epidemica, obijtq; sanctissimè anno Christi 1599. die Augusti 19. ætatis suæ anno 20.

CLXXII.

Christianus im Hoff.

Situs est & hic CHRISTIANUS im HOFF frater ejusdem germanus SS. LL. Stud. qui cum simul V. Augusti eod. fluxu tentari cæpisset mortuus est beatissimè. Anno ætatis 19. die ante Sororis, obijt 6. quia verò in omni vita imò & morbo ac morte, ipso admiraculum usq; conjunctissimi fuere, ne vel jam post funera sejungerentur uno hoc eodemq; tumulo contecti sunt. Nil ultra verum ; nunc chare viator & precare his sanctis exuvijs sacram quietem cœlestisq; decus perenne vitæ, & tu vive piè moriq; disce.

CLXXIII.

Melchior Reich.

Hic situs est MELCIOR REICH, Hanoveranus Saxo; Erici Patris patriæ Honoratiss. F. doctis summæ indolis adolescens Jurium studiosus, qui cum agebat annum undevigesimum, Christo Servatori spiritum terræ corpus tradidit.

In Tumulum.

Nil mihi Fortuna mihi nil virtusq; negabat
Nil nunc defuncto funere terra negat.
Nil animæ cœli negat inclyta patria cujus
Spes una & vivi & deficientis erat.

Anno Sal. 1599. 8. Septembr.

CLXXIV.

Lucas Leiserus.

Christo Sacrum.

LUCÆ LEISERO In inclyta hac Academia Patria pietatis & literarum Studioso filio chariſſimo, qui 2. Maij Anno 1583. natus atq; 23. Augusti ipso die Bartholomæi Anno 1599. hora noct. 11. dysenteria morbo tum epidemio extinctus, vera in Christum fide & precum ardore piè placideq; expiravit Parentes superstites Polycarpus Leyserus Sacræ Theolog. Doctor Elisabetha Lucæ Cranachij Consulis filia, hoc Monumentum indicium amoris, levamen mœroris, fulcimentum spei testimonium fidei, de beata carnis hujus resurrectioni ad vitam æternam posuerunt. Sit anima ipsius in benedictione & Requie sempiterna Amen.

Ad Ostij Parochialis dextram marmori porphiriaco inauratis literis incisum, sed in templum translatum muro sacrarij occidentali inclusum, & sequens monumento impositum est.

Dormit in hoc tumulo Lucas Lyserus, at eheu
Ipse sub ætatis verè virtute jacet
Ut tria lustra recens cum binis egerat annis
Texit cum tenui pulvere mollis humus.
Te Polycarpe satus puer est Lysere parente
Elisabeth genitrix Cranachiana fuit.

Justus

Justum uterq; parens pater amisterq; disertus
Et mater vitæ regula tanta suis.
Castalidum fontes fuit admiratus & undas
His sua fœcundis ora rigavit aquis.
Haud majus lucrum duxit quam vivere Musis
Tempe Leucoridos visere amœna suæ.
Maxima sperávit pater accrescentibus annis
Maxima quæ patri mors inopina tulit.
At benè cum Lucæreor actum quippe, suavis
Amplexu fruitur colloquioq; Dei.
Inter & electos habitat sanctos & in ævum
Inter syderiæ vivit in arce domus.
Et quamvis corpus putri retinetur in urna
Id tamen illa dies ultima restituet.

CLXXV.

Anna Fluthun.

MEMORIÆ

Lectissimæ fœminæ ANNÆ FLUTHIÆ Clarissimi Viri BENEDICTI CARPZOVII JCti & Prof. Ordinarij, quondam Maritæ, quæ ut Sexus potioris binos alterius totidem liberos pepererat, quintum parturiens unà cum fœtu occubuit Anno Conjugij 9. ætatis 26. Christi 1599. d. 6. Decembr. Hoc Monumentum Maritus superstes & gratus. P. C.

TUMULUS

Præstantiss. fœminæ Annæ Flutenæ Benedicti Carpzovij J. C. & Professoris Publ. quondam maritæ.

Hic ego post fatum Carpzovias Anna quiesco
Dicta fui specimen nobile conjugij
Quintum parturiens dum proli cogito vitam
Eripitur proli vita simulq; mihi.
Terra meum facta est ego prolis facta sepulchrum,
Nonnè sepulturæ tristis imago meæ?
At Deus in cœlo est, qui solvet utrumq; sepulcrum,
Et decus & vitam reddet utriq; suam.
Qui transis nete lacrumis impende: Sed æstum
Fati nosce mei, disce timere tui.

Occubuit unà cum fœtu anno ætatis suæ 26. Corpigij 9. Christi 1599. 4. Decembr.

CLXXVI.

Emanuel Perſon.

Chriſto Immanueli ſcriptum.

NatVs erat qVI ter ſeptena LVCe noVeMbrIs
HICCe pVer beLLVs poſt ſua fata CVbat
Cui Pater Emanuel Perſon tam munere vitæ
Functus adhuc patrium nomen habere dabat.
Quiq; dehinc matri Ruhelino ſanguine natæ,
Solamen vidui dulce doloris erat.
Aſt febre oppreſsVs graſſante potItVr olyMpo
IVnIVs Vt qVInos tVrbat ab aXe DIes.

CLXXVII.

Martinus Colerus D.

Clariſſimo JCto MARTINO COLERO, Patria Cizenſi quem apoplexia ſubitò correptum Deus ex hac ærumnoſa vita placidiſſimè evocavit 21. Novembr. anni 1601. cum nondum quadrageſimum ætatis annum compleviſſet viro cum pietate tum vitæ integritate conſpicuo marito ac patri dilectiſſimo hoc monumentum relicta vidua trinaq; Soboles amoris & pietatis ergo poſuerunt.

CLXXIIX.

Ambroſius Reuterus.

Memoriæ

AMBROSII REUTERI, Norib. qui fortuna uſus varia adhuc adoleſcens ſub initium reformatæ Eccleſiæ Luthero æquior Lipſiæ carceri includitur. Inde Q. mirabili modo evadens ab ijsdem, qui fugitivum reprehendere miſſi per imprudentiam ſecurior redditur: Honores geſſit in Repub. Witeberg. præcipuos, puin & Academiæ & Conſiſtorio ſcriptionibus publicis operam navavit, Ann 16. Multa perpeſs. bello præſertim germ. liberum 23. pater officio boni, viri boniq; Chriſtiani functus, obijt 5. eid. Quinct. Anno Chriſti 1564. ætatii 67.

CLXXIX.

Anna Bürſtenbinderia.

Memoriæ

Annæ Bürstenbinderiæ Coburgi Fr. Natæ opt. Fœminæ taliq;

taliq; Conjugio planæ dignæ. in quo vixit summa fide annos 14. vidua 15. obijt. 27. Aug. Anno 1578. Carissi. patri Matri H. M. P. C. Filius Conradus Reuterus Reip. Bitterfeld. Cos. Anno Christi 1502.

CLXXX.

Petrus Breuningus.

Olim Quæstor Schlibæ. ad Viatores.

Quæstor eram SCHLIBÆ genuit SCHLEUSINGA celebris
Palladis intrepidus post Martis castra secutus
Ungariam inde redux ducta cum Conjuge vixi
Quæ fuit orta domo GRIBENIA hæc pignora lecti
Viva dedit quatuor, quorum tres livida semper
Mors rapuit, primus rapuit spes unica Matris
Lustra ubi quinq; habeo podagra sentisco dolores
Quæ misere septem corpus compunxerat annis
Corpus ubi quæ sum est mundanas desere curas
Spiritus at solidus Domino servetur Jesu
Exuvias hinc pono meas, ad Mœnia templi
Hic ubi tumba meos cineres subjecta recondat.

CLXXXI.

Nicolaus Reusnerus.

BARTHOLOMÆI REUSNERI JC. & in Acad. Professoris ac Senioris filiolus NICOLAUS, hic jacet. Natus 13. Decemb. à merid. An. 1607. Denatus 30. Jan. itid. à Merid. Anno 1608.

CLXXXII.

Andreas Ursinus D.

C. R. M. S.

ANDREÆ URSINO J. U. D. Supremæ Curiæ Electoralis & Consistorij hujus Advocato, viro solida eruditione singulari pietate, delenifico morum candore, spectabiliq; rerum agendarum peritia clarissimo Hieronymus Nymmannus Wittebergensis SS. Theol. D. Pastor Superintendens, ac templi Cathedralis Misenensis Concionator, cum Conjuge suavissima ANNA MARIA Socero ac Parenti suo desideratissimo hoc pijssimi affectus & æviternæ memoriæ Monum. P. C. Natus est Sanderslebiæ, Anno 1568. d. 30. Novembr. circa 2. hor.

antemerid, Parentibus honestissimis à quibus cum domi benedoctus atq; eductus feliciter exorsam in Schola Patria Studiorum etiam in tribus Gymnasijs, sex Academijs felicissimè pertexuisset adjecit animum ad virginem lectissimam Vir. Rev. & Clariss. Dn. M. PETRI HARINGII Pastoris ac Superintendentis Cöthensis relictam filiam, eamq; duxit uxorem anno 1597. d. 3. Octobr. à qua in quatuordecim annorum Conjugio 4. filiorum & 3. filiarum Parens factus hac vita excessit Witebergæ Anno 1612. d. 15. Jan. hor. 3. matutin. cum vixisset annos 43. mens. 1. hebd. 2 dies 3.

Bustum corpus habet paries testamen amoris
Fama solum peagrat Spiritus astra colit.

CLXXXIII.

Anna Maria, VVanckelij.

EPITAPHIUM.

Pietate, Castitate, Conjugalis amoris sinceritate, ANNÆ MARTÆ WANCKELIÆ Filiæ Clarissimi olim PETRI Apiani D. & Illustrissimi Principis Pomeraniæ Medici.

Uxoris verò,

Clarissimi & Excellentissimi Viri M. JOHANNIS WANCKELII Histor. in alma hac Witteberg P P. quo mox subsecutum mœstis marit ita alloquitur.

Cur questu spargis tantos de pectore questus
Et longos gemitus chare marite trahis?
Parce rogo lachrymis hausturn dimitte dolorem
Auget enim luctus non moderatur onus.
Nec prodesse! video quid mundus præstet iniquus.
Est satius Christo jam propiore frui.
O quam læta dies! hæc quæ me carcere solvit
Ut liceat clara in luce videre Deum!
Ad me mox venias ad candida gaudia cœli
Surge, vem, propera! Surge, Marite, veni!

Ultimum clausit diem d. 22. Jun. An. æræ Christianæ 1616.

Philipp. I. vers 23.

Cupio dissolvi & esse cum Christo.

CLXXXIV.

CLXXXIV.

Johannes VVanckel.

EPITAPHIUM.

Clarissimi & doctissimi Viri JOHANNIS WANCKELII Phil. & Professoris P. qui obijt 10. Junij media decima vespertina Anni 1616. cum vixisset annos 62 Mens. 4. D. 10.

WANCKELII lapis exuvias tegit iste JOHANNIS
Inseruit clario quem pia musa choro
Hunc genitum patte Matthia Kemberga puellum
Mox ducta erudijt Grima, Sibere, tuo
Inde Magisterij hic decoratus honore ter annos
Sex pubem docuit Grammara Torga duam
Hinc studium Friderice tibi Guilielme fidemq;
Sex annis aulæ pars quotacunq; probat.
Leucoris extremos vitæ sibi vdndicat annos
Hinc grato extincti nunc fovet ossa sini.
Pignora bina prior sexus utriusq; marita
Annos terq; decem tresq; ingata parit.
Altera jam fessæ solamen dulcæ senectæ
Percupiit cineres contumulare viri.
Verum enixa duas unaq; superstite natas
Ordine converso tendit ad astra viam.
Sit tibi terta levis genitor dulcissime noster
Nec tumulus durus prægravet ossa tibi.

Instauratum & renovatum à pietatis filialibus, retinentissimis Nepotibus An. Ær. Chr. 1653.

In memoria æterna erunt justi.

CLXXXV.

Valentinus Guilielmus Förstervs, D.

VALENTINO GUILIELMO FORSTERO J.U.D. & Profes. Publ. Valentinus Anna Margarita Wilhelmus Carolus Fridericus Liberi Patri optimo desideratissimo Meorsnres Pos vixit Annos 46. Publice docuit An 13. Obiit 4. Cal. Novembr. Anno A. Christo Nato 1620. pietate virtute ingenio & Ediiis Lucubrationibus superstes.

CLXXXVI.

CLXXXVI.

Georgius Daniel Koschwitz.

Beati qui moriuntur in Domino.

Ornatissimo & integerrimo Dn GEORGIO DANIEL COSCHWITZIO Stregaviæ in Silesia, Patre CASPARE, Matreq; HELENA ERCKENBERGIA Anno 1596. die 11. Decembr. nato In Schola patria & Lignicensi piè educato, deinc in Pharmacopœa arte probè informato, multosq; annos diversis in locis exercitato, post in celeberrima Witebergensi Academia Pharmacopolæ fidelissimo Apoplectico malo die 27. Maij, Anno 1628. pie in Christo denato. Marito & parenti ut olim suaviſſimo, ita nunc desideratissimo hoc pietatis & memoriæ monumentum. mœstissima vidua ROSINA GROSSIA cum tribus liberis superstes P. C.

CLXXXVII.

Laurentius Fabricius.

LAURENTIUS FABRICIUS, Dantiscanus, Ebrææ & Aliarum Orientalium Linguarum Witebergæ Annos 36 Prof celeberrimus bis fascibus hujus Academiæ potitus. Decanatu Philosophico Sexies defunctus Facultatis ejusdem imo & totius Academiæ Senior graviſſimus. Anno ætatis 75. pie ex hac vita egressus, ad diem 28. Aprilis Anni 1629. sub hoc tumulo gloriosum Christi Adventum expectat.

CLXXXIIX.

Johannes Ernestus Reichelm D.

M. S.

Sta viator, lege Lector, his situs est JOHANNES ERNESTUS REICHELM U. J. D. multorum Principum Consiliarij Reipubl. Hallensis Syndici emeriti & ELISABETHÆ GRÆFIÆ Consularis familiæ Matronæ filius desideratiſſimus, ætate adolescens, animo senex, speculum pietatis, exemplum humanitatis antiquissimæ familiæ decus omnibus charus vixit annos 29. hebdomadas 15 natus Halis Sax. Denatus Witteberge emortuali Christi Salvatoris die 8. April 31. & præterea audi & para te Mors manet & monet.

CXC.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0580-6
DFG

CLXXXIX.

Jacobus Homs.

Hic jacet præstantissimus & ornatissimus, vir juvenis JACOBUS Homs; Scotus, natus honestis parentibus & pijs Edenburg primariæ civitatis in Scotia; qui post multã peregrinationem militiam unà & Mercaturam agendo diem suum obijt Witebergæ 14. Januarij Anno Domini 1632 ætat suæ 36. cujus funus honestissimè & decenti pompa procuratum est à præstantissimo Domino & populari suo fidelissimo ROBERTO BREMERO Mercatore apud Londinenses in Anglia primario.

CXC.

Ambrosius Rhodius, D.

Vir. Clarisf. & Excellentiss. AMBROSIUS RHODIUS Kembergensis Med. D. & Math. Super Witeberg. Professor Celeber. Magni illius Tychonis Brahei discipulus γνησιος Fascibus hujus Academiæ Witeber. bis Ordinarie bis Vicario positis Decanatu Philosophico sexies Defunctus aquilicijs & Geodæticis de hac Urbe & vicinia optime meritus Anno ætatis 57. inchoati die 6. 24. Augusti Anno 1633. beate obiit & sub hoc Marmore glorioſum adventum Christi expectat.

CXCI.

Godofredus Reuterus, D.

Deo opt. Max. Sacr. & Memoriæ GODOFREDI REUTERI JC. & Antecessoris in Acad. Witeb. in qua de Jure inter Assessores Amplissimi Ordinis Respondit Annos 17. Professor ordinarius Publice docuit Annos 10. & totidem Sereniſſimæ Electrici in Lichtenburg & Illustriss. Anhaldinæ principis in Cosvvig Viduis à Consiliis fuit non sine magna innocentiæ integritatis doctrinæ, fidei & Prudentiæ laude. Natus est Bitterfeldæ die 14. Augusti Anno 1585. obiit Witebergæ die 27. Mensis Junij Anno 1634. cum jam tres integros Menses decubuisset post 7. Liberos. quos genuit insigne pietatis, probitatis Candorisq; exemplum omnibus relinquens Conjunx. M. P.

CXCII.

Michael Ledererus D.

Sub hoc monumento quiescit.

Vir Consultissimus atq; Excellentissimus Dn. MICHAEL LEDERERUS J. U. D. Assessorum amplissimæ Sacultatis Juridicæ Senior, Curiæ Provincialis Electoratus Saxonici Advocatus & Practicus celeberrimus, qui natus est Torgæ Anno 1578. Calend. Junij vespertino tempore inter 7. & 8. & anno 1635. 16. Cal. Febr. inter 3. matutinam plenus fidei ac spei Christianæ tam leni placidaq; morte finitus est, ut ab astantibus liberis & uxore conjunctissima vix sentiretur.

CXCIII.

Jeremiæ Gottfriedt Reichelm.

D. O. M. S.

Et bonæ memoriæ JEREMIÆ GODOFREDI REICHELmI J. U. C. eximij, qui natus Halæ Saxonum 8. Non. Novemb. 1607. in hac Academia, quam fermè sexennium sedem studiorum habuerat propediem eruditionis fructus editurus 8. Cal. Maij Anni 1635. in ipso flore ætatis obijt, & huc ad fratris amantissimi cineres humatus est. JEREMIAS REICHELM J. C. & Reipubl. Hallensis Ex Syndicus, & ELISABETHA GRÆFIA, Parentes afflictissimi Fil. opt. desideratissimo, in quo multum gaudij atq; solatij quo temporum ætatisq; lenirent molestias amiserunt, turbato denuò naturæ ordine, cum quod Parentibus debebat filius, id nunc Parentes Filio præstiterint posuere.

Ingentes lacrimas comprimit iste lapis.

CXCIV.

Casparus & Fridricus fil. Lyseri Christo S.

Quod mortale attulerunt 29. Jan. 1635. 10. Jan. 1636. CASPARUS & FRIDERICUS dulcissimi, suavissimi pueruli & discedentes reliquerunt 26. Mart. 1635. & 18. Julij 1636. pijs cum lacrimis, huc deposuerunt WILHELMUS LYSERUS SS. Theol. D. & P. P. & CATHARINA Dn. CASPAR BOSEN Senatoris & ædilis Lipsiensis F. Parentes.

Dies mortis immortalitati natalis.

CXCV.

Andreas Mitthmannus.

D. O. M. S.

ANDREÆ MITTHMANNO, Wratislaviâ Silesio N. P. C. Consistorij Academici ProtoNotario & Advocato, MARIA VOGELSANGERIA Libriq; 4. ex 6. superstites Marito & Patri desideratissimo mœrentes posuerunt. Obijt d. 28. Febr. An. 1636. cum 47. annos cum dimidio ferè vivus fecisset.

Symbolum.

Auxilium Mediatoris Vulnera Sanat.

CXCVI.

Elisabetha Lentzia.

Quidquid natum est, occidit & redit in terram omne, quod ortum de terra. Inde itaq; viator, hic sita est. ELISABETHA LENZIA, JOHANNIS LENZII Viri Consularis & Electoralis curiæ Advocati, filia: PETRI MULLERI Senatorij ordinis, primo Annos admodum 14. Deinde WILHELMI NIGRINI, Philos. Practicæ Prof. Publ. in Quintum annum uxor: Nam ut homo nata erat, ita necesse habuit mori. Facta Mater sexies filias duas, aliam ex priore, & aliam ex Posteriore conjuge, cum singulari fidei, probitatis & innocentiæ laude post se reliquit. Nata est d. 24. Augusti An. Chr. 1593. obijt d. 25. M. Junij An. 1636 cum 43 ætatis nondum expleviset. WILHELMUS NIGRINUS piissimæ ac desideratissimæ uxori, in qua nil unquam conquestus, nisi quod mortua est. Mœrens posuit.

CXCVII.

Tobias Mevius.

Hic situs est.

TOBIAS MEVIUS J. U. D. Qui Natus Jutroboci An. 1602. Cal. April. Et Wittenbergæ 8. eid. Maij Ann. 1637. denatus est, postquam Ann. 2. in Curia Electorali Advocati partibus, & totidem apud Illustres Barbyens Comites Consiliarij, apud celsiss. vero Anhaltin. Principem Ann. 1. singulari fidei atq; prudentiæ laude esset perfunctus, & ob has ipsas res, nec non insignem Candorem & recti studiosum animum, incredibile desiderium sui apud plures, quibus tantæ virtutes curæ, reliquisset.

Anna Frisia, Cum liberis duobus, quos ex eo suscepit, Marito in æstimabili, qui cum non plures quam 7. Ann. conjunctissime egit, intemerati affectos arctissimiq; amoris Monumentum confusa Mœrore acerbissimo, perpetuoq; luctu Damnata, P. C.

CXCIIX.

Antonius Croesius. D.

D. O. M. S.

Hic ordo rerum est, nascimur & denascimur floremus, interimus & fatum tulit, nec æviternum est, quicquid exortum semel, qua præreptus lege, hic sibi invenit quietem Antonius Croesius Medicinæ Doctor & Prof. Publ. qui natus est Dresdæ Patre Consulari Anno Christi 1583. d. 15. Octobr. obijt d. 5. ejusdem mensis Ann. 1637. Magno totius civitatis desiderio ac luctu, cum exercenda. quam felicissimè arte sua magnam laudem ac famam comparasset, sibi & ordinem omnes præterea singulari candore, modestia probitate, ad amorem benevolentiam & sui studium tùm invitasset mirificè, tùm firmiter sibi obstrinxisset Elisabetha Lorcia optimè merito desideratissimo conjugi, plena, mœrore & lacrimis P. C.

CXCIX.

Michael Schneiderus.

Siste viator, & quid te literatum hoc Saxum velit accipe. Situs hic est MICHAEL SCHNEIDERUS Philos. & lib. art. Mag. nec non Philos. Pract. P. P. Qui ex hac nostra, & post Jenensi Academia Profectus cum locupletandæ eruditionis Caussa inferiorem Germaniam, Belgium, Britanniasq; ac Gallias peragrasset, atq; doctissimis quibusq; inibi ac celeberrimis viris non perfunctorie innotuisset; Jamq; reversus domum 9. Linguarum peritus, ex quibus Ebræa & orientales reliq; cum Latina & Græca nominandæ præcipuè sunt, ad summum in Theologia gradum aspirasset, lento atq; atroci morbo correptus, tandemq; inter ipsa initia Professoriæ dignitatis, cum paullo ante Decanatu Collegij, quem Adjunctus adhuc acceperat decessisset confectus extinctusq; magnò literarum malo est ingens ac acerbis. sui desiderium Multis relinquens.

Michael

Michael Schneiderus Præfecturæ Wittebergensis Quæstor, Desideratissimo Filio, & in quo plusquam Filium, Levamentum certe & præstantiss. solatium ingravescentis ætatis amisit tubrato naturæ ordine Mœrens. P. C.

Natus est Betterfeldæ d. 20. Septembr. Anno 1612. Obiit d. 18. April Anno 1639. cum vixisset Ann. 26. Mens 7.

S. T. T. L.

CC. *Gothofredus Strauchius.*

C. R. S.

Heic ad latus fratrum quiescit GOTHOFRIDUS STRAUCHIUS Magnifici Viri Dn. Johannis Strauchii J.U.D.P.P. ejusq; Colleg. Ord. ac Catharinæ Blumiæ filiolus, noviss. imè editus ann. 1639. d. 11. Aug. qui cum blandissima qua pollebat indole brevi oblectasset matrem viduam, papularum malo decessit d. 10. Jan. an. 1643. desideratissimo filiolo, mœstissima superstes Mater, cum lacrumis Saxum hoc P.

CCI. *Anna Catharina Pelshöferin.*

In Domino quiescit, Mater cum Puerperio trimestri ANNA CATHARINA PELSHOFERIN, Uxor L. Johann Scharffii P.P. desideratissima fœmina, ob singularem pietatem honestatem & fidem in Maritum laudatissima. Nata Dresdæ Anno 1606. è nobili sanguine Patre Vito Pelshofero Cæsareo Officiali & Legato, Matre Sabina Grebmengerin ex generoso Rauchenbergerio Stemmate orta, pie ac placide obijt 1640. die 21. Decembr. Ann. ætat 24. ejus momoria sit in benedictione.

CCII. *Charitas Ursula Reusneria.*

D. O. M. S.

Siste Viator, sita hic est Fœmina Sanctiss. & optima CHARITAS URSULA REUSNERIA, ex antiqua nobiliss. ac erudita Reusnerorum, Hottomannorum & Zangerorum gente, oriundæ, quæ cum linguarum & artium peritia sexum suum adolescens superaret, juncta fuit NICOLAO SCHULTZEN J. U. D. & Facult. Jurid. Assess atq; duorum filiorum ex eo mater facta, eximiæ hæc virtutis, singularis pietatis, atq; in Maritum per 14. ann. studij dabat exemplum. Nata est in hac

Urbe d. 23. Decembr. Anno Christi 1608. Obijt d. 29. Martij Anno 1641. cum vixisset annos 32. Menses 3. ac dies 11.

CCIII. *Cornelius Crullius. L.*

Hic situs est CORNELIUS CRULLIUS JCtus & Anteceſſor, quem exquisitam ob eruditionem, probitatem, prudentiam, aliasq; præclaras virtutes, ut boni, quiq; ac docti viventem, amarunt singulariter, ita nunc properata, ereptum morte acerbe, ac vehementer lugent, ac dolent. Natus est, Quedlinburgi, d. 23. Decembr. Anno Christi 1601. obijt Dresdæ in itinere, d. 18. Septembr Anno 1641. nondum quadragenarius & deportatus. domum, hic conditus sepultusq; est, cum annum 1. Mens 4. & docuisset publice jus & in Electorali curia Ecclesiastico Consistorio, ac Scabinatu definiendis disceptantium controversijs, assedisset Vitus Ottho & Margaretha Elisabetha parvi & orphani, atq; hoc infelices magis patri optimo desideratissimo Curante Materna Avia. P. C.

CCIV. *Fridericus Prætorius, D.*

Hic situs est FRIDERICUS PRÆTORIUS JCtus, in Cujus funere, si per naturam rerum liceret pietatem justitiam, innocentiam proprias ejus virtutes, ubertim fleviſſe vero simile sit, natus est Graboviæ Mechalburgicæ Ditionis d. 25. Januarij Anno Christi 1594. obijt Wittenbergæ, d. 4. Februarij Anno Christi 1642. cum vixisset annos 48. 6. Amplissimo cancellariatus munere, in Quedlinburgensi Aula esset defunctus atq; ex eo huc revocatus civile Jus docuisset publicè Mens 4. & de eodem in Scabinatu & Dicasterio Electorali Respondisset summam prudentiæ solertiæq; & probitatis laudem post se relinquens. Christina Selfischia denuò vidua & acerbissimo orbitatis malo in felix marito optimo desideratissimo lugens mœrensq; P. C.

CCV. *Anna Margareta fil. Sennerti.*

ANNA MARGARETA ANDREÆ SENNERTI Sanctæ Linguæ Prof Publ. filia secundo genita hic sita est, nata Anno Christi 1642. die 27. Martij Mortua 1643. die 22. Martij Christus vita mea.

CCVI. *Hedvvigis Paulina.*

Christo Servatori & Bonæ memoriæ Hedvvigis Paulinæ

Cujus

Cujus Pietate nihil sanctius; Probitate innocentius; Fide sincerius, Castius; Elegantia & Comitate morum nihil honestius nihil ex actius fuit: Nec non CATHARINÆ HEDVVIGIS, dulcissimæ Pupulæ, quæ velut in amplexu Matris hic acquiescit; CHRISTIANUS TAURMANNUS JC. & Prof. Publ. incomparabili conjugi & in exemplum absolutiss. natæ; parvulæq; filiæ; Acerbissimo luctu perpetuoq; desiderio earum damnatus P. C. Nata illa est d. 10 Aug. Anno 1615. bis facta Mater Annis 11. Quibus convixit marito, obiit D. V. Novemb. Anno 1644. Hæc cum ad d. 14. Octobr. Anno 1644. prodiisset in lucem ad d. 14. Jan. Anno 1645. maturæ ut sequeretur Matrem ab eadem decessit. In Christo vivunt gaudia perpetua.

CCVII. Christianus Fridericus, Lyserus.

CHRISTO

Viator perge legendo, condolendo, CHRISTIANUS FRIDERICUS elegantissimus pusio nascitur 3. Augusti 1643. obijt 19. Decemb 1644. CATHARINULA Ephemeris infans nascitur 20. obijt 23. Jun. 1645. WILHEMUS LYSERUS D. CATHARINA BOSIA Parentes præter ordinem superstites, præmissis pignoribus jungi optant vitæ punctum, mors æternitati puncto propior hanc cogita

CCIIX. Elisabetha Cranachia, Polycarp. Lyseri.

Spei Christianæ S.

ELISABETHA gente CRANACHIA, POLYCARPI LYSERI Senioris, Theol. celeberrimi Seren. Elector. Saxon. à Concionib. Aulic. primar. Confessionarij & Consiliarij Ecclesiastici quondam uxor, ab cujus obitu viduitatem colens vixit annos 35. Mater 5. filiorum 8 filiarum Socrus 10. Generorum 4. Nurium Avia 35. Nepotum 19. Neptium Prosocrus 3. Progenerorum 3. Proavia 4. Pronepotum 2 Proneptium orbi quem nata d. 3. M. Decemb. Anno 1560. intravit vitæ & felicitatis caducæ fatur, ætatis anno 85. valedicens d 16. Mens Septembr. Anno 1645. animæ in æternitate jam requiescentis unionem cum corpore futuram hic sita exspectat.

CCIX. Anna Maria Bassen

Marmoris sepulchralis inscriptio, Christo animarum Sospitatori sacrum & ANNÆ MARIÆ BASSEÆ Augustanæ inge-

ingenio, pietate, constantia, moribus, sexui suo in exemplum natæ MARCUS BANZERUS AUGUSTANUS Medicinæ Doctor & Professor primarius ac Senior, incomparabili conjugi, invictæ & individuæ exulij fortunarumq; sociæ, qui cum 27. Annis sine querela ex voto animi egit, non sine veris & copiosis Lacrimis & acerbissimo desiderio ejus P.C. Nata est 20. Augusti Ann. 1600. obiit d. 9 Sept. Anno Christi 1646. Ave dulcissima anima & macta Cœlestibus gaudiis, juncti denuo felicitati æternæ perfruamur, meo me secuturum die læta excepta.

CCX. Johannes Gottfridus Suevus.

Christo Resuscitatori Sacr. JOHANNES GOTTFRIDUS Paterni nominis spes prima, delicium unicum Parentum Gottfridi Suevi J. U. D. P. P. & Annæ Dorotheæ Reusneriæ. Natus d. 24. Januarij, Obijt Anno 1646. acerbis. Parentum luctu Conditus hic, beatam resurrectionem præstolatur.

D. D. D. A. S. N. D. B.

CCXI. Johann Nicolaus Sperling.

Filio suo unico JOHANNI NICOLAO, qui annos absolverat 7. minus d. 17. natus anno 1639. d. 6. Decembr. Denatus anno 1646 d 19. Novembr. hoc posuit monumentum Pater mœstissimus JOHANNES Sperling Professor Publ. Veni Domine Jesu & exiguos hos vivi fica cineres.

CCXII. Nicolaus Schultz, Leor. Sil.

Christo Resuscitatori S. Situm hic est quod mortale habuit NICOLAUS SCHULTZ Leor. Sil. J. U. D. qui cum in Curia Regia District. Leor. Præses per Illustr. Dnn. Comit. in Barby Consiliar. In facult. Jurid. hujus Acad Witteb. Assess. In Curia Elector Advocatus primar. fidem, solertiam, dexteritatem omnibus ubiq; probasset lento confectus morbo, piè ac placidè exspiravit, Anno Christi 1647. d. 7. Apr. ætat. 49. Ingenti luctu Catharinæ Thautiæ, quæ Marito desideratissimo Monumentum hoc P. C.

CCXIII. Magdalena Tuchscherera.

MAGDALENÆ TUCHSCHERERÆ, incomparab. indolis & singularis exempli fœminæ, in qua cum pietate probitas, cum castitate, integritate, fide, hilaritas animi & lepor.

lepor, & exactissima comitas, semper certarunt quæ nupta plurimum V. CL. Erasmo Schmidio, Græc. Lit. & Mathem. P.P. 14. Ann. deinde Johanni Erico Ostermanno, Græc. Lit. & ipsi P. P. Ann. 9. summa concordia & ex sententia animi plane utriq; convixit. utrumq; puellæ unius parentem fecit Maritus superstes Uxori Sanctiss. Piissimæ, exemplis omnibus optime semper de se meritæ; In qua nihil unquam invenit quod quereretur, quam quod mortua est; plenus Lacrimis perpetuoq; desiderio ejus damnatus P. D. Nata Misenæ d. 3. Julij Anno 1602. denata Wittebergæ d. 13. Octobr. Anno 1647. vixit in seculo Ann. 45. Mens 3. d. 10. Victura in Cœlo gaudia perpetua.

CCXIV. Michael Blum.

Jesu Christo R. & M. MICHAEL BLUMIo SS. Theol. cultori, filio optimo & desideratissimo, qui natus An. Chr. 1622. d. 10. Jan. Witteb. suâ indole insignem universæ familiæ faciebat spem; Sed in ipso ætatis flore. Heu! immaturo funere subducitur è vivis d. 5. Mart. An. Chr. 1649. hoc amoris monumentum ut quem mortalem genuerunt, immortalem credunt afflictissimi Parentes Michael Brusius Reip. Witteb. Consul & Maria Wogavia Patricij Gen. apud Halens. cum lacr. posuerunt. *Psal. XVI. vers. 11.*

CCXV. Christophorus Jeremiæ Bresler.

D. O. M. S. Sub hoc tumulo quiescit. CHRISTOPHORUS JEREMIAS, CHRISTOPHORI BRESLERI J. U. D. Consiliarij Barbiensis, Facultatis Juridicæ Assessoris & Syndici hujus loci, ex Anna Maria Reusneria filiolus qui Wittebergæ d. 4. Mart. Ann. 1646. natus & sequenti Mense d. 20. April. in Domino denatus est, expectans glorioßissimam resurrectionem omnium Beatorum.

CCXVI. Michaely Schneidern.

C. S. & MICHAELI SCHNEIDERO Quæsturæ Wittebergensis præfecto, quem eruditio ac Literæ fecerunt clarum experientia ac infinitarum rerum usus & integritati par circumspectio ad Amplissimam dignitatem evexerunt. Gessit præfecturam supra Annos 30. inq; illa plurima gravissima sustinuit

stinuit munera, cum singulari abstinentiæ, fidei ac industriæ laude, quam ejus individui comites, favorquè principis septemviri & singulorum amor sunt consecuti. Natus Bitterfeldæ d. 11. Februarij Mensis sub 9. vespertinam Anno 1582. ac quievit Wittenbergæ d. 8. Aprilis Anno 1649. cum ordinum omnium, quos sua facilitate sibi conjunxerat, & boni cujusq; ingenti Luctu suorum autem æterno mœrore. Superstites de prima conjuge Maria Reutera liberi Tres, ex quibus Nepotum 10. Spirans viderat itemq; ex Matrimonio secundo vidua Dorothea Schonia. Patri & Marito desideratissimo bene meritissimo F. C.

CCXVII. Christophorus Wackius.

Christo Servatori Memoriæq; perpetuæ, CHRISTOPHORI WACKII JC. qui ex Advocato Curiæ Electoral. & Facultatis Juridicæ Assessore Anhaltinæ Principis viduæ Consiliarius,& demum Professor Publ. Nullis non boni & Viri&Consultoris & Professoris partibus functus egregie ingenij, doctrinæ, prudentiæ Judiciiq; ac integritatis non exiguam laudem post se reliquit. Natus est Numburgi An. Chr. 1596. Obijt Cosvvigæ Anhaltinorum in ipsa arce Principali forti Apoplexia, paucis horis exstinctus, cum munus consiliarij 14. Professoris 7. administrasset, in universum autem 53. Annos egisset vivens. Heu mihi, quam propero Turbine vitam hominum versant fata rapacia! Quam cito quæ steterant præcipitata ruunt! Interim mors vita est Mortua Christo. Martha Helleria incomparabili Conjugi, nec oculis tantum, sed ipsa vita dulciori non sine ingentibus lachrimis & incredibili desiderio quam celerrime ad eum perveniendi P. Victura cum eo sed lachrimarum expers gaudia perpetua.

CCXIIX. Johannes Conrad Suevus.

Christo Resuscitatori S. JOHANNEM CONRADUM filiolum secundo genitum desideratissimum Natum d. 12. Novem. Ann. Chr. 1649. finitum d. 13. Martij Ann. Chr. 1650. Civem alterum æternitati transscripserunt Parentes mœstissimi Gottfriedt Suevus U. J. D. P. P. & Anna Dorothea Reusneria.

Sub

Sub hoc Saxo quod mortale fuit in spem resurrectionis deponentes.

CCXIX. M. Matthæus Ranftius.

Tumulus Viri clarissimi Domini MATTHÆI RANFTII liberalium artium Magistri & Theologiæ Candidati dignissimi. Natus Taubenheimij est, pago prope Misenam siti ad diem 4 Septembr. Anni 1603. Moritur Witteb. 22. Decemb. à media nocte hora 1. Anno 50.

Hoc tumulo Matthæo jacet hic corporis artus
Hic tua post ortus contegit ossa lapis.
Spiritus æthereas colit unde recesserat arces
Atq; tuum nomen Laucoris alma canit
Pauca cubent parvo feliciter ossa sepulchro
Judicis ad sedem dum tuba summa vocet.

Fratri Charissimo P. C. frater Superstes.

CCXX. Jeremias Henricus Jahn.

C. S. Sub hoc tumulo quiescit JEREMIAS HEINRICUS, ANDREÆ JAHN U. J. L. & Electoris Curiæ & Facultat. Jurid. Protonotarij hujus loci, ex MAGDALENA REUSNERIA filiolus. Natus Witteberga d. 4. Maij Mens. Hor. 4. pomerid. Anno 1651. Obijt in sequenti die 5. ejusd. Mens. Hor. 9. præstolans gloriosam resurrectionem & vitam æternam.

CCXXI. Dorothea fil. Calovij.

I. N. I. DOROTHEA D. ABRAHAM CALOVII Professoris Theologi & REGINÆ FRISIÆ filiola. Nata & Renata Dantisci Borussorum Ann. 1649. d. 29. Decembr. Denata Witteberga Saxonum Anno 1651. die 27. Augusti. Hic quiescit corpore in terra peregrina, spiritu triumphat in vera patria, gloriosam expectans resurrectionem, Parentes mœstissimi H. M. P. C.

CCXXII. Dorothea Mevia.

TRINITATI SACRUM!

O Spes fallaces! ô res humanæ!
Hic jacet, ah jacet nimium citò.

Dei glorioſum donum, fœminij Sexus decus & ornamentum, pietatis, fidei, prudentiæ, benignitatis, venustatis atq; pudicitiæ singulare exemplum, unæ post Jesum delitiæ meæ,

DOROTHEA mea, Conjux amabiliſſima & in omnibus optima, Ampliſſ. viri, Tobiæ Mevij, JC. & Annæ Friſiæ, Sanctisſimæ Matronæ filia, Matris æmula. Quæ nata Wittebergæ A.S.1633. Nupta mihi A.S. 1651. d. 21. Jan. unanimisq; vixit mecum 10. Menſes, (heu breve tempus!) ad ipſum ſcil. 19. Nov. quo ex puerperij doloribus, excluſo bene formato corpore filiolo, exanimato tamen, quem ſecum extulit, paucis poſt lacrymabilem partum horis piè & ſanctè exſpiravit Anno ætatis 19. nondum expleto.

Jam Cœlites inter triumfat & ipſa Cœleſtis

Aſt ego Maritus infelix ac perpetuò luctu atq; mœrore damnatus orbitatem hanc meam deflebo, donec vobiſcum, ô Mei deſideratiſſimi & cum ipſa æternitate conjugar. Have interim mea DOROTHEA, tuq; pignus optimum! Johannes Andreas Quenſtedt; Th. D. P. Extraord. Coll. Phil. Adj. & p. t. Decanus. Uxori incomparabili & bene meritiſſimæ, quam ipſa vita chariorem habuit, & de qua nihil niſi mortem dolebit unquam lacrymarum plenus H. M. P. C.

CCXXIII. Chriſtianus Taubmannus, D.

Chriſto Sacrum & immortali memoriæ CHRISTIANI TAUBMANNI JCti, Profeſſoris Academici Publici, Facultatis Juridicæ, Scabinatus Electoralis quæ eſt & Provincialis curiæ Luſatiæ Inferioris Adſeſſoris, quem virum, quod cum integritate vitæ conſummatam juris & rerum pulcherrimarum omnium ſcientiam conjunxerat, doctior orbis qua patet maximè Taubmanni nominis paternæq; gloriæ hæredem legitimum veneratur, ecq; quod cũ in illo in tantùm faſtigium evecta, cum eodem Taubmanna gens occidit veris lacrimis luget mœſta & teneræ ætatis filiola unicè ſuperſtes CHRISTINA ELISABETHA Patri ſemper optimo. Hoc pietatis Monumentum P. C. Natus Wittebergæ eſt 27. Septem. Anno 1597. ſupremum obijt intempeſta nocte 28. Novembr. 1651.

CCXXIV. Maria Roſina VVanckelia.

Chriſto Redemptori S.

Sub hoc tumulo, ſita ſunt oſſa MARIÆ ROSINÆ WANCKELIÆ incomparabilis prorſus indolis & fœminæ exem-

exempli egregij, quæ pietati & sanctimoniæ adversus Deum, æquitati & candori adversus proximum, Castitati & modestiæ adversus se ipsam unice fluduit.

Nupta autem

Daniel Römero Thorunienſi, Eccleſiæ huj. Wittenb. Diacono ipſi ut Marito fidem induſtriamq; & amorem quod potuit probavit puellæ item unicæ, cui nomen JOANNA SOPHIA parentem fecit ☉ Ann. æræ Chriſtian 1632 d. 6. Sept. poſtquam vixit in ſeculo Ann. 22. Mens. 2 in Conjugio ann. circiter unic. ſecuta Parentes præmiſſos opt. JOHANN WANCKELIUM Doct. Medicum & ROSINA LOTI ERIN Relinquens præter fratres germanos cum ſororib. filiolam, & viduum, qui uxori optimæ optimeq; de ſe meritæ, in quæ nihil unquam reperire habuit, quod quereretur quam quod tantillo tempore ipſi gaudio fuit, multis quidem cum lacrumis in ſpem tamen reſtitutionis firmiſſimam. H. M. L. M. Q P. C.

In memoria æterna erunt juſti.

CCXXV. Dorothea Eliſabetha Mülichia.

C. S. S. Et DOROTHEÆ ELISABETHÆ MULICHIÆ quam formæ venuſtas amabilem, animi decus & inuſitata probitas admirabilem omnibus fecerant. Nata eſt Wittenbergæ d. 15 Julij An. 1619. ſub Merid. acquievit d. 13. Julij Anno 1653. ad noctem mediam, cum paulò ante defuncta partu noviſſimo 12. liberum quorum octo reliquit ſuperſtites. Facta eſſet Mater CHRISTOPHORUS NOTTNAGELIUS, P. P. Uxori incomparabili, & de qua nihil unquam queſtus, niſi quod mortua eſt, lugens perpetuoq; deſiderio ejus perfixus P.

CCXVI. Anna Catharina fil. Coſelij. D.

Chriſto Sacr. & ANNÆ CATARINÆ delicatiſſimæ parvulæ HENRICUS COSELIUS J. U. D. & P. P. cum ELISABETA BUCHNERIA parentes afflictiſſimi turbato naturæ ordine P. Nata eſt d. 11. Decembr. & quinto poſt denata, ante Deum vivit ſecula perpetua.

CCXXVII. Dorothea Hopfneria, Andr. Kunadi.

C. S. S. DOROTHEA HOPFNERIA ANDREÆ KUNADI S. Theol. D. & P. P. Rectoris Academiæ Magnif.

Uxor. pietate, pudicitia, humilitate & studio rei familiaris clarissima fœmina. Nata Lipsiæ 8 Febr. An. Chr. 1616 Pie denata est Witteb. 16. Martij An. Chr. 1655. Facta Mater octo liberorum, septem reliquit superstites. Cui ex officio pietatis hoc monumentum P. C. Viduus mœstissimus. Memoria Justi in benedictione.

CCXXIX. *Samuel Antherus.*

Ad Literatum lapidem hunc siste, Viator literate. Saxum es, qui tibi loquitur hoc saxum, si legis. nec luges. SAMUEL ANTHERUS, quem honestissimi Parentes M. Nicolaus Antherus & Anna Stiria castis impetrarunt votis filium unicum, felices, quod diuturno tandem potirentur desiderio, quod brevi parum fruerentur gaudio, infelices:

Quem Stroppa Silesiorum excepit infantem
Wintzigium erudijt puerum
Wratislavia formavit Adolescentem.

Exasciandum Alma hæc Leucoris nacta est juvenem quo haberent olim in Viro ac Sene Magistræ. Nutrix. Patria. de quo gauderent & gloriarentur.

Tot illa vota, tantamq; spem 23. April A. S. M. 1655. Æt. 22. finitus in herba secum oppressit atq; huc condidit. Ita nempe, qui tardius dederat, citò repetere voluit donum hoc. & minari fructum, at florem decerpere. Si jus in Autumnum vitæ habet Deus, in ver non habet, angustum habet. Tu angustum id satis hic agnosce L. C. & ante. quam pacem his ossibus precatus abeas animo victori. cœliti novo gratulare. Qui dum compositis peregre corporis exsuvijs. patriam tenet, Et quam nunquam acquisivisset Vivens sapientiam, moriendo invenit non inter Philosophiæ sed æternitatis Candidatos ad scriptus Brabeo coronæ immarcessibilis insignitus, Myrto ac laurui nostræ.

Quas honesta ipsi jam parabat ambitio,
Supremum acclamat vale.
Vale igitur & Tu.

Ah ne cum ipse æternam ex vita inchoet vitam
Spem vitæ brevis inchoare longam desine. F.

IN-

INSCRIPTIONES

Quæ

In Campo Sancto extra portam reperiuntur

CCXXIX. *Elisabetha Lutheri.*

Hic dormit ELISABETH, filiola M. Lutheri Anno 1528. 3. Augusti.

CCXXX. *Georgius Melanchton.*

Hic posuit nati mœstus pater ossa Melanchton
Ut animam serves, te bone Christe, rogat.
Ann. 1529.

CCXXXI. *Fridricus Jonas.*

Anno Domini 29. ætat. 2.

Filius hoc Saxe tegitur FRIDERICUS JONÆ
Mens latet in Christi non moritura sinu.

CCXXXII. *Vitus Amerbachius.*

VITUS AMERBACHIUS. Viti charissima proles
Hic jacet exigua contumulatus humo.
Natus est 4 Cal. Aug. An. Dn. 1534. Decessit 5. Cal. Mart.

CCXXXIII. *Magdalena Lutheri.*

Dormio cum Sanctis hic Magdalena Lutheri
Filia & instrato tuta quiesco meo.
Die Sept. 20. Anno 1542. ætat. suæ 14.

CCXXXIV. *Martinus Hegius.*

Hic HEGII tumulus MARTINI continet ossa
Libera cui Friliæ patria terra fuit.
Doctrinæ studijs clarus virtute fideq;
Commendat moriens se tibi gnate Dei.
Anno 1544.

CCXXXV. *Johannes Sartorius.*

JOHANNES SARTORIUS filius Ludolphi Schroders Luneburgensis, decessit anno ætatis suæ 16. Anno Domini 1544. 1. Augusti.

Non est voluntas patris cœlestis, ut pereat unus de parvulis istis. Matt. XIIX.

CCXXXVI.

CCXXXVI. *Christophorus Melvvizius.*

Hoc pia Melvvicio posuit sua funera Saxum
Mœsta viro conjunx pignora mœsta patri
Nec modo cum liberis uxor castissima luget
Sed quoq; Leucorei plurima turba gregis.
Sedulus inprimis cœlestia jussa curabat
Confessus verbum pectore & ore Dei.
Integer in vita pius & virtutis amator
Sincerus justus semper & æquus erat
Deniq; cuncta virum decorabant nomina laudum
Quæ bonus in vita civis habere potest.
At nunc ereptus curis & carcere carnis
Ætherea præsens cernit in arce Deum.

Decessit Christophorus Melvvitz anno salutis 1551.
6. Calend. January.

CCXXXVII. *Matthias Jeger.*

Hac ego Matthias condor Jegerus in urna,
Qua mihi post vitæ tempora parta quies.
Si quæris patriam quæ me produxit in auras,
Saxonis imperio subdita fido fuit.
Post Witeberga meæ traduxit tempora vitæ,
Atq; inter cives fecit habere locum.
Omnia quæ mores poterant ornare virorum
Ornarunt vitam cum probitate meam.
Postquam lustra duo socia cum Conjuge vixi
Solvunt connubij fata suprema jugum.
Corpus in obducta requiescit cespitis umbra
Mens adijt superi patria templa poli
Sed mihi curavit monumentum hoc Balthasar edi
Mentiusaffini, proprietate suo.

Obijt Ann. Dom. 1555. die 19. Febr.

CCXXXIIX. *Paulus Lutherus.*

PAULUS LUTHERUS Reverendi Domini D. Martini Lutheri ex filio Paulo Medicinæ Doctore Nepos, moritur An. Chr. 1558. die 23. Febr. ætatis suæ 5.

Parvus

Parvus in hac tegitur Lutheri filius urna,
Cum patre qui Paulo nomen habebat idem.
Quiq; fidem confessus avi conceſſit ad astra,
Pro patre terreno nunc habet ille Deum.
Felices pueri fidei quos verba tenentes,
Evocat ad cæli docta theatra Deus.

CCXXXIX. Leonhartus Salbachius.

EPITAPHIUM.

Ossa LEONHARTI parva conduntur in urna
Cu pater Ambrosius, Magdala mater erat.
Hic patris æterni revocatus voce sepulchro
Angelico capiet gaudia digna choro.

Obijt 9. Cal. Sept. an. 1563.

CCXL. Magdalena Peucerin.

MAGDALENA filia D. CASPARIS PEUCERI Neptis D. Philippi Melanchtonis hoc loco sepulta jacet. Obijt die 4. Septembris Anno Christi 1566.

CCXLI. Catharina Salbachia.

Hoc Catharina jacet tumulo Salbachia busto
Membra cubant, cœlo Spiritus astra tenet.

Placidè extingvitur Anno reparatæ salutis humanæ in ipso festo sacrosanctæ Trinitatis.

CCXLII. Samuel Theodorus.

SAMUEL M. Baldass. Theod. Gorl. F. Clar. & Rev. viri D. Johannis Forsteri ex filia nepoti nato M.IIII. d. IX. parantes mœsti H. M. P. Obijt M. Aug. D. VII. CIC. IC 76.

CCXLIII. Nicolaus Lyra.

D. S. A. NICOLAO LYRÆ filiolo tenerrimo inter preces & suspiria suorum placidissimè mortuo Anno Christi Emanuelis nostri 1578. Mens. Jan. d. 15. Hor. 7. A. M. Nicolaus Lyra & Maria Magdalena Mencia parentes mœstiss. cum vixisset Ann. 3. Mens. 2. d. 10. H. X. in beatissimæ resurrectionis signum H. M. P.

Menciadum tetigi materno sangvine stemma;
Elysio genitor natus in orbe fuit
De me spes matri fuit ampla, sed irrita, namq;
Non usum lustro me fera Parca tulit.

Squalebat vertex lue, nativumq; colorem
Absumsit stimulis flamma aliena suis.
Fudi vota tamen blesa puerilia lingua,
Aligeri teneram dum caperent animam.
Cum quibus ante Deum dulces jam misceo lusus
Et careo curis, sorde, dolore, metu.
Salve chara parens mea, tu pater optime salve
Vos salvete, quibus sanguine junctus eram.
Alma dies instat rursus qua jungimur, ergo
Fas vanis lachrymis est adhibere modum.

CCXLIV. Urbanus Mulmann.

Conditur hoc tumulo præstans pietate senator
Mulman qui patriæ Leucoris urbis erat.
Hic piâ post obitum septem quoq; pignora liquit,
Hæc statuunt patri quæ monumenta suo
Spiritus æthereæ vitæ est transcriptus, at ossa
Expectant reditum Maxime Christe tuum.

Jacob Pulmannepos F.

Obijt Anno 1580. die 18. Jann.

CCXLV. Albinus Ermericus.

ALBINO ERMERICO Leorino Silesio artis Medicæ Studioso qui 12. Cal. Octobr. An. Christi 1582. peste hic grassante mortem obijt. Frater Matthæus Ermerich H. M. P. C. vixit annos 25. Mens. 3. d. 1.

CCXLVI. Anna Wiederstadts.

Obijt Anno Christi 1583. d. 17. ætat. suæ 49.
Annorum atq; animi jacet hic spes Anna Philippo
Ergo sit & requies Anna perenna tibi.

CCXLVII. Augustinus Petzelius.

Vulnere ergo perij, sed dulcia lucra reporto
Nam pro morte mihi vita beata redit.
Fata quid ergo gemis mater mea mortis iniquæ
Ulter erit Christus, qui malefacta videt.

Obyt 1581. 15. Jun. ætat. 27.

CCXLIIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0598-2
DFG

CCXLIIX. *Fridricus Voitus.*

FRIDERICUS. Davidis Voiti Theologi filius obijt die Conversionis Pauli Anno 1589 cum ageret anno ætat 19.

Hunc tumulum chari nato struxere Parentes
Ut mea defuncti molliter ossa cubent.
Vita fuit brevior terris: æterna sequetur,
Vivere quam incipio clara per astra poli.
Quisquis es inde mori disces: prudentia nunquam
Sic te destituet, quatuor ampla docens.
Nempe homo quod sibimet peccando sit necis auctor
Evadas Christi quod loca mortis ope.
Quod tibi securo hic liceat non esse quod usus
Sit fragili ut pareat sæpè rogare Deum.

CCXLIX. *Nicolaus Lyra.*

Hic ego Nicoleus Lyra dormio, siste viator
Ex hoc qui fuerim carmine disce modum.
Me natum Elysijs Glogovia protulit agris.
Agnovit civem me Witeberga suum.
Menciadum de stirpe mihi sociata marita est
Quæ nomen Mariæ Magdalidosq; tenet
Deserui placida vitam cum morte, reliqui
Fœmellam, & sexu de potiore marem.
Uxor mœsta suâ pro relligione fideq;
Hæc caro posuit marmora parva viro.

Placide ex hac vita decessit Anno ætatis 51. Christi incarnati 1591. M. May. d. 17. H. V. ant. Merid.

CCL. *Anna Richterin.*

Honestissimæ atq; omni matronali virtute ornatissimæ fœminæ Annæ R. Balthasaris Mencij & Barbaræ Iegeræ filiæ honesti viri Bartholomæi Richteri civis Iessensis conjugi religiosissimæ, quæ Witebergæ in complexu sobolis fratrum & Sororum spiritum misericordi patri, reliquias corpusculi magnæ matri reddidit Anno Christi 1594. d. 7. Aprilis ætatis 57. Conjugi 37. Balthasar Mencius Sorori charissimo hoc pietatis monimentum A. E. P.

Vixi igitur cursumq; datum sine labe peregi
Hancq; mihi optavi post mea fata domum.
Sum satâ Menciadum longâ de stirpe, Nimecum
Et vitam, & mores cum pietate dedit.
Si quod ineſt omen, dixi cognominis Anna
Annæ, quam memorant Biblia Sacra tibi
Richterus mihi primus erat, charusq; maritus
Cui liqui thalami pignora multa mei.
Sunt binæ in vivis natæ, quas opto benignè
Augeat atq; sua Jova secundet ope.
Bis mihi præluxit tædas Hymenæus, & ultra
Me voluit septem lustra tenere torum.
Sed quoniam ordo jugalis habet mala multa maritus
Vita mihi alter erat, Mors mihi & alter erat.
Infelix nupsi, felix sum mortua, felix
Nunc vivo, & felix Numina cerno sacra.

CCLI. Anna Hartungs.

Hartungi quæ nata fuit, Blumiq marita
Andreæ, jacet hic Anna pudica, pia.
Confecit messem, septenaq; lustra: reliquit
Pignora bina, ferox cætera Parca tulit.
Numinis aspectu fruitur mens, corpus in urna
Expectat reditum maxime Christe tuum.

27. Decemb. 4. Cal. Jan. Anno 1590.

CCLII. Traurfreud Birnbaum.

Traurfreudus D. Urbani Pierij filius in Christo obdormivit, 9. Martij, ætatis suæ 24 Hebdom. Anno 1592.

CCLIII. Bertha Felderina.

Honestissima fœmina, BERTHA Viri ornatissimi JOHANNIS FELDRI arcis Schonborchianæ in Ducatu Wirtembergico præfecto integerrimi vidua, Mater ELEONORÆ Conjugis ÆGYDII HUNNII Doctoris Theologi, hic ad Nepotis sui M. LUDOVICI HUNNII latus sepulta jacet, quæ annos nata 78. die 18. Octobris, Anno salutis humanæ 1592. placide in Domino obdormivit.

Humi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0060-7
DFG

Humi verò

Sub hoc tumulo sepulta jacet pia & honesta matrona Bertha Feldrina, beatæ recordationis, socrus Ægidij Hunnij, Theologiæ Doctoris, Professoris & Pastoris Witebergensis.

CCLIV. Casparus Sommer.

Caspar Balthasaris Sommeri Medicinæ Doctoris Torgensis filius hic sepultus quiescit, expectans lætum adventum Christi discessit ex hac vita ærumnosa An. 1594. Mens. Mart. die 13. Hora 4. p. m.

Johann.

Sanguis Jesu Christi purificat nos ab omni peccato
Pater hoc Mon. illi posuit.

Subjectum insigne cui facies Solis incisum.

Sommeri soboles jacet hac Casparus in umbra
Hunc illi extremum fata dedere locum.
Hyberno mœstus, cecidit qui tempore, certò
Æstive lætus Sole resurget humo.

CCLV. Petrus Volterus.

Mole sub hac Petri Wolteri membra quiescunt
Cui vitam & nomen clara Lubeca edit
Felix morte sua Petrus est, da Christe Redemptor
Quod Petrus est ut nos esse queamus idem.

Decessit 26. Martij anno Christi 1597. ætat. 28.

Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Joh. 3.

CCLVI. Andreas Fridemannus.

Reverend. & Cl. viri Noachi Superint. Querfurt.

Hac Fridemanniades lapidis sub mole quiesco:
Nec poteram tumulo floridiore regi.
Quod dilecta putas me circum pignora matrum
Hocce peregrino contumulata solo?
Integritas vitæ, morumq; virilis honestas,
Et studij vigilax & pietatis amor.
Clarabant juvenem poteruntq; referre parentem
Hos nisi conatus frangeret atra dies.

Jamq; Magistralis sperabam præmia mitræ
Quum fluerent vitæ lustra quaterna meæ.
Ista quidem magnifacienda sed omnibus unum
Præfero, quod? faciem posse videre DEI.

Obiit die 30. Julij Anno 1598. ætatis suæ 29.

M.P. Quem Dij diligunt moritur juvenis.

CCLVII. Johannes Schütz. Witeberg.

Hic ego cui pietas, doctrina, modestia laudem,
Arrogat ex vero Schuziades tumulor.
Cuncta venerabant contage suburbia pestis
Tuta sed in muris cuncta fuere diu.
Ipse sub accursum Rhedæ funebris inhorrens
Suspectam feci primus in urbe fidem.
Quo læthi moriare modo, nihil ô homo refert
Hoc demum refert qua moriare fide.

Obiit 20. Aug. A. Dom 1598 ætatis suæ 17. P.C. Tutore & A.B. & B.R.

CCLIIX. Ludovicus Hunnius.

M. LUDOVICUS HUNNIUS, Marpurgi natus anno 1577. die 23. Febr. ex D. Ægidio Hunnio, Patre, Eleonora Felderina Matre, in doctrina pietatis egregiè institutus, anno ætatis 17. Magisterij gradum assecutus est, pius in Deum parentibus in omni vita obsequentissimus, qui 19. ætatis anno gravi morbo correptus post 8. Septimanarum ægrotationem 30. Junij anno 1596. placidè in Domino obdormivit.

CCLIX. Iohannes Roligius.

Hac positus tellure cubat post fata Johannes.
Cui cognomen erat de patre Roligius.
Cunas Annaberga dedit Witteberga sepulchrum,
Artibus excoluit Musa Afra rudem.
Vixerat hic annum & bis tres tricteridas, at nunc
Æternos vivit cælica in arce dies.

Obiit Anno 1601. 10. Januarij H. 4. pomeridiana.

CCLX. Laurentius Rhodomannus.

LAURENTIUS RHODOMANNUS, Cheruscus Professor Histor Publ. qui cum memoriam nominis sui Præstantissimis

Græ-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0602-8 DFG

Græcarum Literarum monumentis inscriptam orbi Europæo vivus suspendisset perfunctus hoc tantillum loci invenit ubi corporis reliquias conderet prid. eid. Ian. anno Christi 1606. ad latus maritæ Adelheidis Feminæ præstantissimæ.

CCLXI. Andreas Tschornaccius.

Ille ego qui vivus Tschornaces nomina gessi
Andreæ, cineris Marte furente gero.
Quam Senftberga mihi dedit, hen Witeberga reposcit
Vitam crudeli sæva Magistra modo.
Tu mea Christe salus reddes mihi: Nam tua præsens
Vulnera vulneribus sunt medicina meis.

Anno 1602.

CCLXII. *M. Christophorus Libhardus.*

Anno 1602. die 6. Junij piè in Christo obdormivit M. CHRISTOPHORUS LIBHARTUS, Wonsidelius, Variscus, cui Deus sit propitius.

Christe tibi vivo, morior tibi Christe redemtor,
Tu mea tu mortis spes in agone manes.

CCLXIII. *Henricus Velstenius.*

CHRISTO SACRUM.

HENRICUS VELSTENIUS. Optimarum artium & Philosophiæ moralis per quadriennium Professor vixit annos 31. humatus ad d. 3. Non. Maji anno 1611.

CCLXIV. *Elisabetha Mullerin.*

CHR. SAC. R. Hoc sita est.

ELISABETA MULLERIANA, Cl. Viri D. M. Henrici Velstenij, Professoris Ethici per triennium, Uxor. duarum filiarum Mater vixit annos 23. Mens. 1. humata ad d. 10. Febr. ann. 1611.

CCLXV. *Fridericus Taubmannus.*

FRIDERICO TAUBMANNO, Wonsesati Franco, Viro pietatis zelo publice notissimo literarum Græcarum & Latinarum Vindici acerrimo barbariei extirpatori felicissimo. Europæ totius lumini splendidissimo, Poetæ incomparabili & humanitatis in celeberrima Witebergensium Academia Professori clarissimo, marito & patri desideratissimo, ann. Christiano 1613. d. 24. Martij ætatis 48. piè in Christo defuncto, monumentum hoc vidua & Liberi mœstissimi affectu pio & grato P. C.

Ada-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0603-4
DFG

CCLXVI. *Adamus Theodorus. Siberus.*

Christo Sacrum, tumulus ADAMI THEODORI, Adami Siberi F. Professoris Eloquentiæ Romanæ anno 1615.

CCLXVII. *Georgius Schultzius, D.*

Sub hoc monumento quiescit Vir Clarissimus atq; Excellentiss. Dn. GEORGIUS SCHULTZIUS, Leorinus Silesius, U. I. D. Facultatis Iuridicæ Assessor, Curiæ Provincialis Electoratus Saxon Advocatus & Practicus, nec non Illustriss. & Generosissimorum Comitum Barbiensium quondam Cancellarius & Consiliarius, qui natus est Leobergæ, in Silesia Anno à nato Christo 1599. die. 2. Septembr. mortuus vero d. 5. Octob. Witteb. Anno 1634.

CCLXIIX. Martinus Trostius.

Martinus Trostius. Huxariensis Linguarum Orientis in Academia Wittebergensi Professor celeberrimus, quas nova & compendiosissima ratione docuit, vitâ functus est anno recuperatæ gratiæ 1636. d. 8. Aprilis.

CCLXIX. Anna Maria Schurerin. D. O. M. S.

Quæ vita nostra est floris instar emicat caditq; sæpè maximè cum jam nitet. Testis est ANNA MARGARITA, Zachariæ Schureri. Senatorii viri & Annæ Frisiæ filia, quæ cum in ipso Adolescentis æratis flore inopini fati genere exstincta esset, hic dormitorium sibi ac quietis sedem invenit. Nata est d 8. Maij. A. C. 1620 decessit d. 3. Iunij. A. C. 1637.

Infelicissima Mater filiæ beatissimæ, de cujus annis jam latiora omnia expectabat, non sine ingentibus lacrimis turbato naturæ ordine fieri curavit.

CCLXX. Maria Elisabetha Schurerin.

CHRISTO SERVATORI.

Hic ad dulcissimæ Sororis latus dormit MARIA ELISABETHA SCHURERA, duodecennis adolescentula, quippe quæ auspicata vitam est d 18. Aug. A. 1625. & d. 4. Iunij d. 1637. acquievit. Quid agis mors quæ cum omnia calces consumas solvas hîc duas arctissimè amantes conjunxisti.

ANNA FRISIA miserâ mater & in tot luctus suos superstes malo desideratissimæ filiæ P. C.

Johan-

CCLXXI. Johannes Georgius Pelshoferus.

D. O. M. S. Hic ordo perstat, quicquid editum est semel mortalitatis continetur legibus nihil futurum vix quod esse cœperat, inde, hic situs est JOHANNES GEORGIUS PELSHOFERUS, quem eruditio excellens & rarus candor in Academiæ hujus clarissimæ lucem evexerunt, ut inter Patres ac Professores cæteros Medicinam doceret publicè exerceretq; quo Munere functus ipsos 10. annos industria ac dexteritate summa & sibi non parum nominis ac famæ & loco quem tutus haud vulgare decus comparavit. Natus est Græzij in Styria Anno 1599. Obijt Wittenbergæ d. 11. Junij Anno Christi 1637. ANNA WECKERA Marito desideratissimo & incomparabili mœrens posuit.

CCLXXII. Arnoldus Still.

D. O. M. S. Humana cuncta fumus, umbra, vanitas & scenæ imago, & verbo ut absolvam, Nihil. Hic situs est ARNOLDUS STILL J. U. D. qui cum egregiam doctrinam acquisiverit sibi, factum est, ut ob animi dexteritatem in Ordinem Advocatorum Curiæ Electoralis Saxonicæ ac Collegium Assessorum Facultatis Juridicæ Wittebergensis fuerit allectus. Natus is est Hanoveræ Brunsuigorum Anno 1608. die 2. Festi Pentecostes. Præmaturè denatus Witebergæ d. 6. Septembr. Anno 1637. Nomine ac Fama spirans perpetuo. Cui monumentum hoc ipsius vidua ANNA DOROTHEA RAUSSERIA cum filiola ex duabus unica superstite, animi mœrore plena ac perturbatione posuit, ut ipsa solatij initium, tu autem, Viator, Mortalitatis haberes speculum, defunctiq; faveres cineribus.

Summa Inscriptionum, quæ in Cœnobio & in Templo ad Arcem reperiuntur sunt 63

Quæ in Templo, Cœmiterio Parochiali, & Suburbano, sunt 272

Omnium verò 335

Inscriptiones aliæ
Præter sepulchrales in præcedentibus relatas.

In porta Templi ad arcem.

Divi Friderici Ducis Saxoniæ Sacri Romani Imperij & ejusdem Cæsareæ majestatis, Archimarschalli Electoris & locum tenentis generalis Landgrafij Thuringiæ & Marchionis Misniæ sumptu 1518.

Struximus hæc Divis & nostræ cuncta saluti,
Et pro Saxontcæ posteritate domus.

Super Tabula parij marmoris ad Suggesti dextrum latus, in qua Dominicæ Passionis historia exprimitur una cum imposita Effigie Fridrici Tertij hæc inscriptio legitur.

FRIDERICUS III. Dux Saxoniæ Elector, hujus Templi & Academiæ Fundator.

Ad dextrum latus insigniorum Electoralium aliorumq; Saxonicorum Territoriorum in eadem Tabula hi versus inscripti sunt.

Ab urbe vectam Sueviæ
Habente nomen Cæsaris
Divino honori hanc tabulam
Dux FRIDERICUS TERTIUS
Saxoniæ collocavit
Imperij Sacri ensifer
Landgravius Thuringiæ
Misnensiumq; Marchio.

AD SINISTRUM VERO LATUS.

Eximiam meruit laudem: memoranda vetustas
Artifice ingenio
Nec desinit hujus; quas laudes; tempòris artes
Viridio eulogio
Qualis & hæc ars est: à cive: reperta: recenter
Sueyia clara tuo
Hanc igitur tabulam: sanctorum examina servans
Primitias operis.

Inscri-

Inscriptio Spinarum binarum Ceti, catenis ferreis affixarum.

Omnes terrigenæ prægrandem cernite Cete
Bis septemq; pedum costa de latere tensa,
Cuncti potentis opus, non perscrutabile cuivis,
Perspicuis undis sub talia monstra creavit.
Wer ist von allen so ein sunriger Mann/
Der Gotteswerck ausgründen kan
Wie er über XIV. Fuß eines Walfisches Grad
In dem durchsichtigen Wasser geschaffen hat.

Inscriptio

Super forma & longitudine corporis Servatoris nostri, quam de monumento Jerosolymis desumtam ferunt pronâ & supinâ parte exhibitâ sydone quasi involutâ.

Disce homo cura salus matris spes unica Jesus,
Dum mille ærumnas dum pius usq; tulit.
De cruce grata quies mundum apprehendit Joseph
Syndone: cui corpus signa dedit lacerum.
Non est crede mihi quem spectas amice Viator,
Illius at præfert hæc tibi signa: Vale.

Singularia cætera, cornu

Quoddam ingens admodum venatorij, nec non costam magnitudinis prægrandis, quam Gigantis cujusdam esse ferunt. & prætereaq; picturas quasdam, Alberti Dureri Nürnbergensis & Lucæ Cranachij, vulgo Lucas Mahlers / cùm inscriptione careant neq; repræsentari adeò sermone vel scriptione possint, lubens prætereo. Descripsit eadem ut & alia ad ipsam Urbem Wittebergam pertinentia Balthasar Mentzius in Syntagm Epitaphiorum Wittebergensium Lib. 1.

In Collegio Divi Augusti

Inscriptio Ipsius Collegij ingressu.

Pietate & munificentia Illustrissimi Principis Domini Augusti Ducis Saxon. Romani Imp. Electoris & Archimarschalli Landgrafij Thuring. Marchionis Misniæ & Burggravij Magdeburgensis, Nutritoris Ecclesiæ & Scholar. clementiss. hæc domus quæ fuit Doctoris Lutheri comparata & extructa est.

In Cenaculo ejusdem Collegij Majore sub ingressu, exhibetur effigies Martini Polichij Mellerstadij, cum hac inscriptione.

Martino Polichio Mallerstad. Franco divinar. humanarq; scientiar. eruditiss. Electoris Friderici Sapientiss. optimar. liter. morq; domi Doctori foris, terra, mari ductori ubiq; consultori fido felici constitutæ, hic Academiæ Authori Rectori primo, & in Cathedra Medica Antecessori Viro suo seculo claro caroq; Poni curavit Doct. Johannes Jessenius à Jessen. Rector Friderico Taubmanno Fr.

Circa ejus effigiem scriptum extat

Aureus hocce loco stare diu merui.

Super effigie Christi crucifixi hi versus leguntur.

QUi me cernis homo te cerne tuumq; reatum
Nam sine morte forem, tu nisi mortis eras.
Quòt patior, tua culpa facit, quodq; impleo legem,
Justitiam mereor, tu modò crede, tibi.
A cruce tu pende, namq; in cruce pendeo pro te
Qui Deus & qui sum crimine purus homo.
Sed pro labe tua factus vadis ante parentem
Quæ tu debueras hæc cruce solvo mea.
Te finxi pro te solvi, te ex hoste recepi;
Sum tuus, atq; meum fit meritum omne tuum.
Quid majus poteram dare, vel tu poscere majus?
Magnus amor certè est hostis amore mori.
En caput, ut spinis urgetur? ut æmula Soli
Lumina, jam tenebras, omnia mortis, habent.
Os quoq; quo veræ trado præcepta salutis,
Inficitur tristi felle meroq; gravi.
En faciem qua sancta oculos gens pascere gaudet
Quam pugnos & quam livida sputa tulit?
Quæq; manus ad opem promptæ, sunt tegmen & umbra.
Dispansæ in rigido stipite vulnus habent.
Cerne pedes unco fixos, quibus æquora prelli
Summa: quibus colubri frango nocentis opus.

Cor

Cor, quod amore tui flagrat, terebrabitur hasta.
Vixq; habet in nobis jam nova plaga locum.
Restat lingua, favens hosti, & læta arva latroni
Discipulo Matrem dans: animamq; Patri.
Est transacta salus & vatum fata priorum;
Ergo meæ vitæ finis origo tuæ est.

Super Effigie Electorum, in statura juxta ibidem exhibitorum hæ leguntur subscriptiones.

FRIDRICUS III. Dei benignitate Dux Sax. &c.
INCHOAVIT

JOHANNES Dei benign. Dux. Sax. &c.
CONSERVAVIT.

JOHANNES FRIDERICUS D. B. Dux &c.
FUNDAVIT.

MAURITIUS D. B. Dux Sax &c. bello dissipatam.
INSTAURAVIT.

AUGUSTUS D. B. Dux Sax. &c.
EXORNAVIT, AMPLIFICAVIT, & CONFIRMAVIT.

Videntur ibidem CHRISTIANI I. & II. Electorum Laudatissimorum Effigies: quibus adhuc nulla subscriptio addita est.

In muro Templi ipsius subtecto versus meridiem hæc scripta extant.

Domus mea Domus orationis est, cujus repurgatio à Latronibus Papistis A. V. D. D. Martino Luthero inchoata 1517. Dei beneficio in præsentem annum 1570 duravit, quo anno restauratio ædificij hujus templi facta est. *Deus constituit regnum tuum, confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis* Psal. 68. Octavo Idus Septemb. Anno 1570.

In Templo Porochiali

Sub organo Choro Musico sequens epigramma adscriptum extat.

Sacra Jovis numerisq; animat Jessæius heros
Cujus ad exemplum nunc quoq; templa sonant.
Promptius arcanos animi vox blanda recessus
Intrat & ignota discutit arte situm:

Atq; vias laxat divinæ motibus auræ:
Vatis ut Elisæ nos pia gesta docent.
Nec res digna sacro magis est quam Musica cultu.
Ergo sit illecebris hanc temerare nefas:
Ast operâ aut opibus quicunq; hanc adjuvat artem,
Grata dat his homini munera, grata Deo.
Talis Esaiæ celebranda industria Becci:
Plenius hoc præsens qui dedit autor opus.

Ibidem sub eminentijs sequens dictum Psal. 150.

Laudate Deum in chordis & organo,
Laudate eum in cymbalis bene sonantibus,
Laudate eum in cymbalis Jubilationis,
Omnis Spiritus laudet Dominum Halleluja.

Ad fores Scholæ oppidanæ sequentia dicta inscripta sunt.

Disce bonas artes, per quas Ecclesia crescit.
Dum datur ingenio, disce juventa frui.

MENANDER.

Κάλλιστον ἐστι ἀτῆμα παιδεία βροτοῖς
Διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μάθοντες γράμματα
Θεοῦ μὲν ἐητὸς οὐδεὶς εὐτυχεῖ βροτοῖς

Præsens videt omnia Christus
Patiens terit omnia virtus.

Οἴστεον καὶ ἐλπίστεον.

Anno Domini 1564. Mense Julio, hujus Scholæ ædificatio incepta est, quo tempore Illustrissimus Princeps Saxoniæ Augustus Sacri Romani Imperij Elector, has terras regebat, qui sua munificentia ad hanc ædificationem adjutor fuit. Ecclesiæ hujus Pastor erat D. Paulus Eberus, Kittingensis. Et in hac Civitate Consul Dominus Thomas Heilingerus.

Supra Epigraphen excisa sunt insignia Electorum Saxoniæ, duo scilicet gladij decussatim sese intersecantes, & sertum rutaceum, clypeo uno comprehensa: Ipsisq; subscriptum:

Disce, fili mi, sapientiam & lætabitur cor meum, ut responderi possit his, qui mihi convitium faciunt. *Prov. 27.*

Ad Coloss. 2.

In Christo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi.

Sequen-

Sequentia verò non quidem Saxonis incisa sed muris Scholæ circumcirca majusculis literis inscripta sunt.

Sermo Christi habitet in vobis opulenter cum omni sapientia. *Coloss. 3.*

Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ, hæc exerce, in his esto, ut tuus profectus manifestus sit in omnibus, attende tibi ipsi & doctrinæ, persiste in his. *1. Timoth. 4.*

Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire, talium enim est Regnum cœlorum, videte, ne contemnatis unum ex his pusillis. *Matth. 18.*

Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes. *Johan. 6.*

Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me & ego vitam æternam do eis, nec peribunt in æternum, neq; rapiet eas quisquam è manu mea. *Joh. 10.*

Item.

Initia sapientiæ timor Domini. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Non me pudet Evangelij Christi, potentia siquidem Dei est ad salutem omni credenti. *Rom. 1.*

Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam, & statuta tua doce me. Non est voluntas Patris vestri, qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis. *Matth. 18.*

Item.

Qui susceperit unum pusillum talem in nomine meo, me suscipit, & qui offenderit unum ex pusillis istis, qui in me credunt, præstiterit ei, ut suspendatur mola asinaria in collum ejus, ac demergatur in altitudine maris.

INDEX

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0011-8
DFG

INDEX INSCRIPTIONUM

Quæ in Cœnobio Franciscanorum ut & in Templo ad arcem reperiuntur. Sub Lit.

A.

Albertus II. Elector Sax. 3
Albertus Dux Sax. 7
Anna Ducissa Sax. 15
Albertus III. Elector Sax. 18
Andreas Schato. 45

B.

Barbara Ducis. Sax. 20
Barbara à Schönberg 32
Benedictus Carpzovius 51
Balthasar Meisnerus 52
Bartholomæus Reusnerus. 55

C.

Cecilia Ducis. Sax. 19

D.

Degenhardus Pfeffinger 23
David Rungius 46
Daniel Sennertus. 57

E.

Elisabetha Ducissa Sax. 11
Elisabetha Ducissa Sax. 14
Ernestus Hettenbach 50
Erasmus Unruhius 54
Erasmus Schmidt. 58

F.

Fridricus III. Elector Saxoniæ 21
Fridericus Brandt 29
Franciscus Faber. 40

G.

Georgius Major 33
Georgius Tilenus 37
Georgius Weckerus 56
Gregorius Nymmannus 59

H.

Helena Ducissa Sax. 17
Hagne Ducissa Sax. 48 & 49
Henningus Godenus. 24

I.

Johannes Dux Sax. 2
Jutta Ducissa Sax. 6
Johannes Elector Sax. 22
Johannes Schneidewinus 28
Johannes Schütz 34
Josephus Engel 38
Johannes Limmerus 39
Johann Georgius Volckmar. 42
Johannes Zangerus 48
Johannes Stranchius 60
Jacobus Martini 61
Jeremias Reusnerus. 63

K.

Kunigunda Ducissa Sax. 8

L.

Leonhartus Hütterus. 49

M.

Martinus Lutherus 26
Margaris à Wolckenitz 30
Matthæus Wesenbecius 35
Michael Reichardus. 44

O.

Otto Dux Sax. 10

P. Pe-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0012-4 DFG

P.

Petrus Lupinus. 25
Philippus Melanchthon 27
Petrus Otto. 41

R.

Rudolphus I. Elector Sax. 12
Rudolphus II. Elector Sax. 13
Rudolphus III. Elector Sax. 17
Raban à Canstein. 36

S.

Sebastianus à VValvvitz 31
Salomon Gesnerus. 47

W.

VVenceslaus Dux Sax. 5
VVenceslaus Elector Sax. 16
VVolfgangus Dieffeterus 43
VVolfgangus Frantzius 53
VVilhelmus Lyserus. 62

INDEX INSCRIPTIONUM

In Templo, & Cœmiterio Parochiali, nec non suburbano.

A.

Anna Cameraria 17
Abdias Pratorius 35
Anna Hetzerina 39
Ægidius Hunnius 56
Augustinus Schurfius 73
Anthonius VValtherus 76
Appollonia à Gunderoda 78
Andreas Morison 88
Anna Fendia 92
Albertus Elector 99
Augustinus Ritter 122
Andreas Madinus 124
Andreas Teuberus 126
Ambrosius Bernutzius 141
Anna Strympfelia 146
Agatha Thom. Fridsij 152
Andreas à Seidvvitz 154
Adamus Mollerus 162
Anna Eluthin 175
Ambrosius Reuterus 178
Anna Burstenbinderia 179
Andreas Hrsinus 182
Anna Maria, VVanckelij 183
Ambrosius Rhodius 190
Andreas Mitthmannus 195
Antonius Cræsius 198
Anna Catharina Pelshöferin 201
Anna Margaretha, fil. Sennerti 205

Anna Maria Bassea 269
Anna Catharina, fil. Coselij 226
Albinus Emericus 245
Anna Wiederstadts 246
Augustinus Petzolius 247
Anna Richterin 250
Anna Hartungs 251
Andreas Fridemannus 256
Andreas Tschornaccius 261
Adamus Theodorus Siberus 266
Anna Maria Schurerin 269
Arnoldus Still. 272

B.

Bartholomeus Vogelius 27
Barbara & Magdalena Cranachia 58
Barbara Summia 64
Bogislaus Fabricius 67
Barbara Marschalckin 72
Basilius Matthes 85
Bartholomeus Vogelius 96 & 97
Bartholomeus Stenius 168
Bertha Felderina 253

C.

Casparus Lindemannus 5
Christophorus Breitenbach 6
Casparus Crneiger 8
Christophorus Schrammius 9
Caspar Schiltelius 15
Caspar Nimeck 19
Canutus Schrammius 23
Casparus Eberhardi 41
Carolus à Schleinitz, Libr. Baro 42
Catharina Krappina 77
Catharina Rosin 80
Catharina Burchardina 98
Caspar Princkius 101
Catharina Limmerina 127
Catharina Tangerina 128
Casparus Mostelius 139
Clara, M. Johann Gall. fil. 142
Christianus Schlebingius 148
Catharina Burchardin 149
Cyriacus Engelke 150
Christophorus Cegledius 156
Casparus VVinshemius 160
Christoph à Berga 164
Christianus Salbach 170
Christianus im Hoff 172
Casparus & Fridericus fil. Lyseri 194
Charitas Ursula Reusneria 202
Cornelius Crollius 203
Christianus Fridericus Lyserus 207
Christophorus Jeremias Bresler 215
Christophorus VVackius 207
Christianus Taubmannus 223
Christophorus Melevvizius 236
Catharina Salbachia 241
Gasparus Sommer 254
Christophorus Libbartus. 262

D.

David Voitus 49

Dorothea

Dorothea Sophia Lentzia 68
Dorothea Bernutzin 117
Dorothea à VVeihe 140
Dorothea. fil. Calovij 221
Dorothea Mevia 222
Dorothea Elisabetha Mülichia 225
Dorothea Höpfneria. 227

E.

Elisabetha Rothia 10
Elisabetha Palsmanina 26
Elisabetha Schrammia 29
Elisabetha Karpenführerin 74
Edvardus Meierus 104
Euphrosina Rauchbarina 133
Euphrosina Pauls 134
Elisabeth Person 147
Eman Schot 163
Emanuel Person 176
Elisabetha Lentzia 196
Elisabetha Cranachia 208
Elisabetha Lutheri fil. 229
Elisabetha Müllerin. 264

F.

Franciscus Oldehorst 23
Fridricus Drachstedt 37
Fridericus Tilemannus 53
Fridricus Balduinus 61
Fridericus Venus 65
Fridricus Pratorius 204
Fridricus Jonas 238
Fridricus Voitus 248
Fridricus Taubmannus. 265

G.

Georgius Major fil. 13
Georgius & Christophorus Major 14
Gregorius Baro à Lampèrg. 16
Georgius Schvveickerus 43
Gregorius Matthaus 46
Georgius à Miltiz 55
Georgius Mylius 59
Georgius & Christophorus Major 79
Garberta Mollerin 87
Gertrudt Geyerbergera 110
Georgius Schvveigkerus 116
Georgius Metzgerus 118
Georgius Roll 131
Gregorius Rudolphi 137
Georgius Daniel Koschvvitz 186
Gadofredus Reuterus 191
Gadofredus Strauchius 200
Georgius Melanchthon 230
Georgius Schultzius. 267

H.

Hermannus Winterkamp 44
Hugna Schurffia (Augustini uxor) 71
Huldricus Morzius 119
Harmannus Hübschmann 144

Hedvvigis Paulina 206
Henricus Velstenius. 263

I.

Johann de Osten 3
Johannes Rhagius 4
Johannes Forsterus 11
Johannes Bugenhagius 12
Johannes Krebs 13
Johannes Sturio 20
Johannes Draconites 24
Johann Abraham a Bernstein 40
Johannes à Zetvitz 47
Johannes Richardus 52
Jeremias Neve 54
Johannes Lentz 63
Johannes Nierus 75
Jacobus Milichius 82
Johan. Magdal. & Agnetha Granachs 83
Josephus Froschesserus 91
Johannes VVidebramus 103
Iohannes Francisens 105
Iacobus Grobius 107
Iohannes Fluthius 109
Iohannes Schurstab 111
Iohann Herteg 114
Iohann Petrus Albinus 121
Iohann Fridricus à VVeibe 125
Iohann Bezholds 129
Iohann Kniphoff 136
Iohannes Breitnerus 138
Iohannes Matthæi 145
Iohannes Grunius 153
Iohannes Canutus 165
Iacobus Rungius 166
Iohannes Sommer 167
Jeremias Neve 169
Iohannes VVanckel 184
Iohannes Ernestus Reichelm 188
Iacobus Homs 189
Ieremias Gotfried Reichelm 193
Iohannes Gotfridus Suevus 210
Iohann Nicolaus Sperling 211
Iohannes Conrad Suevus 218
Jeremias Henricus Jahn 220
Iohannes Sartorius 235
Iohannes Schultz 257
Iohannes Roligius 259
Iohannes Georgius Pelshoferus. 271

L.

Laurentius Zochius 7
Lucas Cranach 57
Lucas Beckmannus 62
Lademilds Friedessen 120
Laurentius Matthiæ 143
Lucas Leiserus 174
Laurentius Fabricius 187
Leonhardus Salbachius 210
Ludovicus Hunnius 258
Laurentius Rhodomannus. 260

M.

Martinus Polichius 2

Melchior

Melchior Fendius 22
Matthias à Schudenburg 28
Marcus Hohenfelder 34
Margarita Majorina 36
Martinus Salbach 58
Margaridos Metia 70
Magdalena VVinshemia 84
Margaretha Matthei 86
Martin Lutherus, Martin. fil. 93
Michael Teuber 115 & 135
Martha Heslingerin 123
Michael Voitus 130
Martinus Goltzpryssius 132
Michael Varadinus 151
Maria Salbachin 155
Melchior Breus 158
Melchior Reich 173
Martinus Colerus 177
Michael Ledererus 192
Michael Schneiderus 199
Magdalena Tuchscherera 213
Michael Blum 214
Michael Schneider, Quæst. VVitt. 216
Matthæus Ranftius 219
Maria Rosina VVanckelia 224
Magdalena Luthers 233
Martinus Hegius 234
Matthias Jeger 237
Magdalena Pencerin 240
Martinus Trostius 258
Maria Elisabetha Schurera 170

N.

Nicol. Seidlitz 45
Nicolaus Hancke 106
Nicolaus Reusnerus 181
Nicolaus Schultz 212
Nicolaus Lyra. 243 & 249

P.

Paulus Eberus 30
Petrus Ezelius 31
Paulus Röberus 66
Philippus Neidelius 81
Philippus Iacobus Hallerus 102
Paulus Grosserus 108
Petrus VVesenbecius 157
Petrus Breuningus 180
Paulus Lutherus 238
Petrus VVoltherus 255

S.

Sara Bugenhagia 21
Sebastian Froschelius 32
Salomon Albertus 51
Samuel Selfisch 60
Sara Bugenhagia 89
Susanna Moschovicia 94
Sebastianus Matthæi 100
Salomæ Mollerin 159
Samuel Calixtus 161
Samuel Antherus 228
Samuel Theodorus. 242

T.

Thomas Heylinger 93

Thomäi Calixtus 50
Timotheus Eberus 90
Tobias Mevius 197
Trauerfreud Birnbaum. 252

V.

Udalricus Erbar 1
Vitus VVinshemius 48
Vrsula à Esrnitz. 69
Valentinus VVendelerus 95
Valentinus Espich. 113
Veronica im Hoff 171
Valentinus Guilielmus Förſterus 185
Vitus Amerbachius 232
Vrbanus Mulmann. 244

W.

VValpurgis Lindnerina. 112

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0618-8
DFG

Pon Yé 3438

ULB Halle 3
001 515 799

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-76399-p0621-4
DFG